

COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
Ο ΒΙΟϹ
ΤΕΧΝΗ
ΒΡΑΧΥϹ Η
ΔΕ
ΜΑΚΡΗ

PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS TERTIAE VOLVMEN SECVNDVM, SECTIO PRIMA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS TVBI INTESTINALIS.

QVAM EXPOSVIT

FRIDERICVS AVGVSTVS BENIAMIN PVCHELT,

MAGNO DVCI BADARVM A CONSILIIS AVLAE INTIMIS, PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS PATHOLOGIAE ET THERAPIAE, DIRECTOR INSTITVTI CLINICI ET POLICLINICI IN VNIVERSITATE HEIDELBERGENSI, COMPLVRIVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM DOCTARVM SOCIVS CVM HONORARIVS, TVM ORDINARIVS VEL CORRESPONDENS.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIↃIↃCCCXLI.

LECTORI.

Jos. Frank, vir illustris, fautor ac patronus summe colendus, ut, quod promiserat, perfectum opus publicaret, attamen difficultates interventuras esse praevidens, mutato, quod in partis primae hujus operis, ejusque secundae editionis praefatione pag. XIX indicavit, consilio, quosdam medicinae practicae professores, qui ipsum adjuvarent secum conjungere decrevit, mihique anno MDCCCXXXVII proposuit, ut partem, quae tubi intestinalis morbos in se contineret, literis traderem. Quamquam vero satis difficile est, ad mentem, consilium et ordinem alius autoris librum ita conscribere, ut majoris cujusdam operis partem referat, tamen tum consiliis datis et notulis mecum communicatis adjutus, tum librorum copia meoque studio fretus non potui non tam honesto desiderio annuere et laborem eo lubentius in me suscepi, quo magis olim optavi, ut opus anno MDCCCXI inceptum, sola experientia fulcitum, observatisque omnis aevi plenum, quod quasi corpus

medicinae practicae referat, medicis, praecipue junioribus, iisque qui librorum copia carent, utilissimum, umquam ad finem perducatur.

Scribebam Heidelbergae Kal. Januariis MDCCCXLI.

PUCHELT.

DE MORBIS

TUBI INTESTINALIS.

Caput I.

De morbis tubi intestinalis generatim.

§. I.

Tubi intestinalis dignitas[1]), *considera-tio, functiones laesae, morbi.*

1. In ventriculo cibi in similarem et pulta- Dignitas
ceum commutantur chymum, qui per intestina, dignitate haud minore, quam ventriculus insignita, ulterius vehitur, cum bile, succo pancreatico, muco et succo intestinali commistus, vasorum lymphaticorum originibus exponitur, ut inde resorbeatur chylus, qui sanguinem restituit, corporisque nutritionem adjuvat.

2. Quapropter tubus intestinalis [2]) longitu- Consideratio.
dine excellit, eamque corporis ter ad sexies [3]) supe-

1) Plath diss, de tubo intestinali ejusque in nonnullis morbis vi et dignitate. Hal. 1826.

2) Recentioribus temporibus de anatomia et physiologia tubi inteitinalis summo cum studio actum est. Cfr. Halleri elementa physiologiae *T. VII.* p. 1. Meckel *Handb. der Anat.* 4. *Th.* p. 270. Hildebrandt *Handb. d. Anat. d. Menschen.* 4. *A. v.* F. H. Weber. 4. *Th.* p. 276.

3) F. Tiedemann mensuram tubi intestinalis plurimorum corporum explorans, illam rationem in aprico posuit; id quod oretenus nobis communicavit.

superat, varium ambitum multosque flexus habet, atque contractione et expansione alternantibus, ea quae continet lento passu protrudit, ut uberrima resorptioni facultas et occasio praebeatur. Tubus iisdem ac ventriculus, membranis vid. serosa (qua quidem duodenum, posterior pars intestini coeci et inferior recti carent), musculari et mucosa s. villosa, inter quas telae cellulosae strata interposita sunt, instructus in sex partes dividi solet, quarum primam sistit duodenum [4]), quod parvus ventriculus dictum est, deinde sequuntur jejunum, quod abundat valvulis conniventibus, et ileum [5]), quod vix differt a jejuno, nisi minore valvularum copia, coecum [6]), quod ventriculus secundarius nuncupatur, colon et rectum intestinum. Haec intestina in situ suo retinentur per membranam serosam, quae a peritonaeo producta, mesenterio formato, intestinorum plurima proxime circumdat, eorumque membranam externam exhibet, nec non per telam cellulosam, quae duodenum, posteriorem partem intestini coeci et

4) Claussen de intestini duodeni situ et nexu. Lips. 1757. Rec. in Sandifort thes. diss. T. III. — Sandifort tabb. intestini duodeni. Lugd. Bat. 1780.

5) Jure Broussais (*traité de physiologie appliquée à la méd. Par.* 1823. p. 108) intestini tenuis duas tantum partes, duodenum et reliquum intestinum distinguit.

6) Van den Busch diss. de intestino coeco ejusque processu vermiformi. Halae 1814. — Unger com. de morbis intestini coeci et de dignitate hujus visceris in dijud. passione colica et iliaca. Lps. 1828.

et inferiorem intestini recti sede firmat. Motus, peristalticus dictus, a membrana musculari ejusque fibris cum circularibus tum longitudinalibus perficitur. Sed membrana interna [7]), mucosa s. villosa dicta, epithelio [8]) tenuissimo obducta tam secernendi quam resorbendi facultate pollet. Haec in foetu coloris est rosei [9]), in adolescentibus ea fit lacteo-alba, in adultis vero cinereo-alba, eadem tempore concoctionis ciborum in intestino duodeno et in initio jejuni plus minusve rubescit, cibi excitantes ruborem magis intensum, quam lac et similia efficiunt [10]), nec non jejunio diutius protracto et vulnere ulli cuidam parti inflicto rubedo producitur [11]). Eadem membrana mollis et muco tenaci obducta est, valvulas conniventes efformat, cum musculari per telam cellulosam intermediam tam firmiter cohaeret, ut vix frustula

7) Helvetius *Mém. de Paris.* 1721. p. 392. Galeati de cribriformi intest. tunica. In Comm. Bonon. Vol. 1. p. 359. Adolphi r. Kriegel de tunica villosa plurimorum morborum foco atque immediato curationis subjecto. Lps. 1721. — Billard *d. Schleimhaut d. Magens u. Darmkanals im ges. sowohl als krankh. Zustande* etc. *a. d. Fr. v. Urban. Lpz.* 1828. — Gendrin *anat. Beschreib. d. Entzünd. u. ihrer Folgen in d. versch. Geweben. A. d. Fr. v.* Radius. *Lpz.* 1828. p. 394.

8) Henle symbolae ad anatomiam villorum intestinalium inprimis eorum epithelii et vasorum lacteorum. Berol. 1837. — Ej. *üb. Ausbreit. d. Epithelium im menschl. K.* Müller *Arch. f. d. Phys. Jahrg.* 1838. p. 103.

9) Gendrin l. c. ruborem cum cerasis comparat.

10) Gendrin l. c.

11) Gendrin l. c.

stula detrahi possint. In interna superficie prominent[12]) villi cum originibus vasorum lymphaticorum; praeterea continet membrana mucosa quatuor glandularum species[13]), in duodeno enim conspiciuntur glandulae Brunnii[14]), per totum vero canalem intestinorum tenuium sese extendunt folliculi mucosi (glandulae mucosae s. cryptae minimae) Lieberkühnii[15]) et glandulae solitariae[16]), tandem in fine intestini ilei agminatae[17]) a Peyero dictae glandulae conspiciuntur. Vasa lymphatica, quae multa sunt, a villis abeunt ad glandulas mesaraicas et in cisterna chyli conveniunt. Sanguinem major tubi intestinalis pars ab arteriis mesaraica superiore et inferiore, nec non coe-

12) Lieberkühn de fabrica et actione villorum intestinorum tenuium hominis, icone aere incis. illustrat. Lugd. Bat. 1745. Amstel. 1760. — Hewson in ej. *exper. and inquir. T. II. c.* 12. — Rom. Ad. Hedwig disq. ampullularum Lieberkühnii. Lps. 1797. — Rudolphi *über Darmzotten* in ej. *Abhandll.* p. 39. — Buerger villorum intestinalium examen microscop. Hal. 1819. — Alb. Meckel *in Arch. der Physiol. Bd.* 5. p. 163. —

13) Böhm diss. de glandul. inguinal. structura penitiori. Berol. 1835. Albers *Vers. e. Darstell. d. Darmdrüsen in anat. physiol. u. pathol. anat. Beziehung.* Ej. *Beobacht. a. d. Geb. d. Pathol. u. pathol. Anat.* 1. *Th.* p. 135. —

14) Conr. a Brunn glandulae intestini duodeni s. pancreas secundarium. Francof. et Heidelb. 1715.

15) Lieberkühn l. c. c. 2. 3.

16) Hae a pluribus falso glandulis Brunnii adnumerantur.

17) Peyer de glandulis intestinorum. Scaphus. 1677. In Mangeti biblioth. anat. T. 1. p. 155.

coeliaca, aortae ipsius ramis accipit eumque venis mesaraicis et venae portarum reddit. Nervi ex sympathico originem ducunt ideoque neque voluntas motum tubi intestinalis regit, nec sensu percipitur, quid ibi fiat.

3. Denique ea, quae in tubo intestinali continentur, superata valvula coli, quae reditum impedit, ad intestinum coecum perveniunt, ultima concoctione in stercora commutantur, per colon adscendens, transversum [18]) et descendens in rectum vehuntur, et resorptione in hisce etiam partibus peracta, nec non humoribus a glandulis [19]) peculiaribus secretis admistis, non sine voluntatis imperio excernuntur. Nervi enim inferioris intestini recti partis et sphincteris utriusque non a sympathico, sed a spinalibus proveniunt; nec minus arteriae hujus partis, haemorrhoidales mediae et externae dictae ab arteriis hypogastricis oriuntur, venae vero haemorrhoidales mediae et externae, quae cum internis anastomoses habent, ad venas hypogastricas, venae cavae ramos abeunt. Continuatio.

4. Cohaeret igitur tubus intestinalis [20]) per nervos cum systemate nervoso ganglioso et cerebro- Ratio ad alias partes.

18) Broussais (*tr. de physiol. appliquée à la méd.* T. 2. *Par.* 1823. p. 111) monet, colon transversum per vasa et nervos cum ventriculo cohaerere et huic rei multum tribuit.

19) Böhm l. c. — Albers l. c. p. 200. — Ille glandulas minores simplices (tubulatas) et majores simplices distinguit.

20) Lautenbacher diss. de consensu partium organismi humani ac potissimum ventriculi et intestinorum in statu morboso. Wirceb. 1827.

bro-spinali, per arterias cum trunco hujus systematis ipso, per venas cum vena portarum et vena cava, per vasa lymphatica cum trunco hujusce systematis; nec non cum cute externa, cujus epidermis in epithelium, rete MALPIGHII — in membranam mucosam abit et transformatur. Chorio respondere videtur tela cellulosa et insuper systema musculare repraesentat aut refert membrana muscularis. Ita plurimae corporis telae in tubo intestinali conveniunt, unde fit, ut idem iisdem morbis obnoxius sit, ac telae illae; nec non morbi particeps fit, qui in ullo quodam horum systematum sedem habet. Eadem de caussa diatheses variae vim habent in morbis tubi intestinalis gignendis. Diathesis inflammatoria per vasa sanguifera eum afficit, rheumatica membranam muscularem et serosam, catarrhalis mucosam, scrofulosa glandulas intestinales, mesaraicas, nec non lymphatica vasa corripit.

Functiones laesae. 5. Functiones tubi intestinalis laesas[21]) esse indicant dolores, nunc vehementiores, nunc obtusi, modo continui, modo periodici, aut arctis limitibus circumscripti, aut magis extensi, fixi, vagi, sensationes aliae molestae, volumen abdominis auctum, tumores circumscripti, qui tactu percipiuntur, percussio abdominis, nunc tympaniticum, nunc obscurum sonum exhibens, alvus tarda,

21) NAGEL diss. de signis ex ventre. Berol. 1828. ALCKEN diss. de affectibus systematis gastrici idiopathico-dynamicis. Berol. 1826.

tarda, obstructio pertinax et rebellis, diarrhoea, excrementa alba, flava, viridia, nigra, cruenta, atrabilaria, mucosa, polyposa, lacti similia, purulenta, ichorosa, excretiones cum doloribus, tenesmo conjunctae, nescio et invito aegro, vermes excreti. Ad haec idiopathica symptomata accedunt sympathica, videlicet: habitus aegri perversus, color faciei spurcus, febris variae indolis, inflammatoria, remittens, intermittens, hectica, macies totius corporis, nausea et vomitus, appetitus et gustus depravati, salivatio, lingua obtecta, dyspnoea, pulsatio et palpitatio cordis, pulsatio abdominalis[22]), anxietas, moeror, tristitia, congestiones in capite et pectore; cephalalgia, in fronte, acuta, arctis finibus circumscripta, obtusa, pulsans, agrypnia, deliria, sopor, dolores vagi artuum, pectoris, nunc rheumatismum, nunc inflammationem mentientes, lassitudo extremitatum inferiorum, catamenia parca vel menostasia, leucorrhoea, urina, nisi naturali similis, turbida, sedimento insignis albo, flavo, lateritio; dysuria, ischuria.

6. Tubus intestinalis ipse corripitur variis primae conformationis congenitis vitiis, situ alieno, intussusceptione, prolapsu, hernia, strangulatione interna, varicibus, vulnere, inflammatione, suppuratione, ulceratione, gangraena, marcore, perfora- **Morbi.**

22) Albers *über Pulsat. im Unterleibe. Lpz.* 1803. Hohnbaum *üb. Pulsationen in d. Ober-Bauchgegend als begleit. Symptom der Indigestion. Hildburghausen.* 1836.

foratione, fistula, induratione, tuberculis, melanosi, fungo medullari, scirrho, cancro, adhaesionibus morbosis, polypis, oedemate, hydatidibus, strictura, angustatione, et dilatatione.

§. II.

Indagatio anatomico pathologica. Literatura.

Indagatio anat. pathol.

1. Hi morbi nonnisi cadaverum sectionibus rite institutis [1]) et bene judicatis [2]) cognosci possunt. Meminisse juvabit, intestina sana pro aetate, stirpe, sexu, statura corporis et rebus accidentalibus variae indolis esse, nec non eorumdem mutationes morbosas ab alio morbo nonnunquam pendere, morbive nonnisi partem exhibere.

Literatura.

2. Tubi intestinalis morbi jam antiquissimis temporibus, ab Hippocrate, Galeno, Aretaeo, Aetio, Caelio Aureliano commemorantur; quicunque deinde de morbis generatim egerint, eosdem non praetermiserunt; v. c. Sydenham [3]), Boerhaave [4]), van Swieten [5]), Sm. Gli. Vogel [6]), P. Frank [7]),

1) Olim minus tubi intestinalis interna superficies sectione facta ante oculos posita est, id quod hisce temporibus, ut fas est, nunquam negligitur.

2) Caveamus, ne nimii existimemus ea, quae occurrunt in dissecto tubo intestinali, id quod novissimis temporibus saepe accidit.

3) Opera infra citand.

4) 5) Van Swieten comment. in Hm. Boerhaavii aphorismos T. III.

6) *Handb.* 4. *Theil* et alibi.

P. Frank [7]), ab Hildenbrand [8]), Naumann [9]), Cruveilhier [10]). Tandem singuli morbi pertractantur ab autoribus, quos deinceps citabimus. Quid quod non desint, qui huic illive morbo, vel cruditatibus [11]), vel stasibus [12]), vel inflammationi [13]) justo plus tribuerint. Nihilotamen secius perfecta et completa quaedam morborum tubi intestinalis monographia ad haec usque tempora in votis est. Attamen praeter supra laudatos viros prae aliis nominandi sunt G. E. Stahl [14]), J. Leake [15]), Alex. Monro [16]), Pemberton [17]), Abercrombie [18]), Brous-

7) Epitome lib. II. et alibi.

8) Institutt. T. III. 9) *Handb. 4. Bd.*

10) *Anat. pathol. ou description avec figures lithographiées des diverses altérations morbides, dont le corps humain est susceptible. Par.* 1830 et s.

11) Stoll, ejusque schola.

12) Kämpf. 13) Broussais.

14) Diss. de intestinis eorumque morbis ac symptomatibus cogn. et cur. Halae 1684.

15) *A pract. essai on diseases of the viscera particularly those of the stomach etc. Lond.* 1792.

16) *The morbid anatomy of the human gullet, stomach and intestines. Edinb.* 1811, 2. *ed.* 1830.

17) *A pract. treatise on various diseases of the abdominal viscera. Lond.* 1814. *A. d. Engl. v. Gh.* v. d. Busch. *M. Vorr. u. Anmerkk. v.* Albers. *Bremen* 1817. — *Erfurt* 1818. — *Nach d. 4. A. übers. v.* Bresler. *Bonn* 1836.

18) *Untersuch. üb. d. Krankh. d. Darmkanals. A. d. Engl. v.* Wolf. *Bonn* 1822. *Patholog. and pr. researches on the diseases of the stomach, the intest. canal* etc. *Edinb.* 1828. *A. d. Engl. v.* Gh. v. d. Busch. *Bremen* 1830.

Broussais [19]), Billard [20]), Hutin [21]), Louis [22]), Bompard [23]), Andral filius [24]), Armstrong [25]), Jobert [26]), Blösch [27]), Larroque [28]), Leforgue [29]), Law [30]). Praeterea F. Hoffmann [31], Schmiedel et

19) *Histoire des phlegmasies ou inflammations chroniques. Par.* 1822. — *Examen de la doctrine méd. généralement adoptée, et des syst. modernes de nosol. Par.* 1816. 1821.

20) *De la membrane muqueuse gastrointestinale dans l'état sain et dans l'état inflammatoire. Par.* 1825. 8. *A. d. Franz.* von Urban. *Lpz.* 1828.

21) *Recherches d'anatomie physiologique et pathol. sur la membrane muqueuse gastrointestinale. Par.* 1826. 8.

22) *Recherches anat. pathol. et thérap. sur la maladie connue sous les noms de gastro-entérite* etc. *Par.* 1829. 8. *A. d. Franz.* v. Balling. *Würzb.* 1830.

23) *Traité des maladies des voies digestives et de leurs annexes. Par.* 1829.

24) *Recherches sur l'anat. pathol. du canal digestif considéré dans sa portion sous — diaphragmatique. (Nouv. journ. de méd. T. XV. Nov.* 1822. p. 193.) *A. d. Fr.* v. Krause. (Horn's *Archiv.* 1823. 1. *Bd.* p. 355.) Ej. *clinique médicale. T. I. fièvres, maladies de l'abdomen. Par.* 1827.

25) *The morbid anatomy of the bowels, liver and stomach. Lond.* 1828. fasc. *I. II.*

26) *Traité théorique et prat. des maladies chirurgicales du canal intestinal.* 2. *Vol. Par.* 1829.

27) *Beitrag zur Pathol. u. Ther. d. gastrischen Krankheiten. Bern* 1832.

28) *De quelques maladies abdominales, qui simulent, provoquent ou entretiennent des maladies de poitrine. Par.* 1831.

29) *Considérations sur les maladies des voies digestives. Nantes* 1836.

30) *Obs. on derangement of the digestive organs and on it connexion with diseases in other parts. Edinb.* 1836.

et Landolt[32]) de morbis intestini duodeni, Unger[33]), Copland[34]), Posthuma[35]) de morbis intestini coeci, Merling[36]) de processu vermiformi, Fischer et Liebscher[37]), Roth[38]) de morbis intestini coli, Fischer et Callmann[39]), C. C. Siebold et Scherer[40]), Beling[41]), Palletta[42]), Th. Copeland[43]), White[44]), Howship[45]), J. Wen-
des-

31) Diss. de intestino duodeno, multorum morborum sede. Hal. 1708.

32) Diss. de dignitate duodeni in dijudicandis et curandis morbis. Erl. 1757.

33) De morbis int. coeci et de dignitate hujus visceris in dijudicanda passione colica et iliaca. Lips. 1828.

34) *Encyclopäd. Wörterb. d. prakt. Med. A. d. Engl. v.* Kalisch. *Berl. Posen. Bromb.* 1831. 2 *Bd.* Art. Coecum, p. 30.

35) Diss. de intestini coeci ejusque processus vermiformis pathologia. Gron. 1835.

36) Diss. sist. proc. vermiformis anatomiam pathologicam. C. II. tab. Heidelb. 1836.

37) Diss. de morbis intestini coli ex anatomia dijud. Erf. 1728.

38) Diss. pathol. intest. coli. Erl. 1802.

39) Diss. de morbis intest. recti. Erf. 1728.

40) Diss. de morbis intest. recti. Wirceb. 1772. Rec. in P. Frank delectus opuscul. Vol. IV. p. 144.

41) Diss. de intest. recti c. h. anat. pathol. Hal. 1796.

42) *Osservazioni sopra alcuni morbi del intestino retto. Giorn. di Venezia a.* 1795. Weigel *ital. med. chir. Biblioth.* 3. *Bd.* p. 21.

43) *Observat. on the diseases of the rectum and anus. Lond.* 1814. — *A. d. Engl. v.* Friedreich. *Halle* 1819.

44) *Obs. on the contracted intestinum rectum. Bath* 1812. 3d *ed.* 1820. et *further observations. Lond.* 1822.

45) *Pract. obs. on the symptoms, discrimination and treatment of some of the most common diseases of the lower intesti-*

DESLEBEN[46]), HEDENUS[47]), CALVERT[48]), MÜLLER[49]), MAYO[50]), BUSHE[51]), SYME[52]) de morbis intestini recti egerunt. CRUVEILHIER[53]) aliusque[54]) morbos intestinorum delineatos exhibuerunt.

§. III.

Caussae. Diagnosis.

Caussae. 1. Quae caussae ventriculo damnum ferunt, ea et in intestina agere valent; ingesta nociva ad intestina vehi possunt, ut venena, pharmaca, condimenta, alimenta adulterata, cibi potusve major copia aut pessumdata indoles, corpora peregrina; haec omnia in intestinis plus nocent, quam in ventriculo, quoniam diutius in iisdem commorantur et ampliorem quam afficere possunt superficiem, inveniunt. Animi pathemata, studia, somnus

nes and anus. Lond. 1820. *A. d. Engl. v.* ELI. WOLF. *Frkf.* 1824.

46) De strictura intest. recti. Hal. 1820.

47) *Üb. d. versch. Formen d. Verengerung d. Afterdarms u. deren Behandl. Lpz.* 1828.

48) *Pract. treat. on haemorrhoids, piles, stricture and other important diseases of the urethra and the rectum. Lond.* 1824.

49) Diss. sist. delin. morborum intestini recti et praesertim carcinom. int. recti. Würzb. 1827.

50) *Obs. on injuries and diseases of the rectum. Lond.* 1833.

51) *On diseases of the rectum and anus. New-York* 1837.

52) *On diseases of the rectum. Edinb.* 1838. *A. d. Engl. Berl.* 1839.

53) *Anatomie pathologique du corps humain* etc. *XXIV. Sect.*

54) *A fasciculus containing nine lithogr. anat. Drawings Lond.* 1824.

nus brevior, venus, jactura sanguinis, aër impurus, miasmata et contagia quaedam, calor nimius, atmosphaerae vicissitudines non solum ventriculum sed etiam intestina insimul afficiunt. Nec non metastatica origo in morbos intestinorum cadit, quare transpiratio suppressa, morbi cutanei aut suppressi aut praepostere sanati, excretiones habituales cohibitae morbis intestinalibus ansam praebent. Tandem et intestina mechanico modo afficiuntur vestimentis nimis arctis, opificiis quibusdam, violentia externa, lapsu, contusione, ictu, concussione, compressione, vulnere; morbi hepatis, lienis, omenti, uteri, ovarii, vesicae, renum, steatomata, aquae in cavitate abdominis collectae, intestina aut comprimunt et laedunt, aut ad ea extenduntur.

2. Factum est interdum ut morbi intestinales nullius fere momenti haberentur v. c. a Brunonianis, multo saepius accidit, ut medici sedem morbi, quae alias erat, in abdomine quaererent, quid quod intestina pro communi omnium fere morborum caussa et sede haberentur. Nunc cruditates, nunc infarctus nunc gastroenteritidem accusaverunt. Procul a nobis talis exaggeratio! Ne singulis symptomatibus nimiam fidem habeamus, linguae v. c., cujus rubedo pro certissimo signo gastroenteritidis habebatur, quamque, ubi obtecta erat, cruditates indicare putaverunt. Ne confundamus affectiones intestinales sympathicas, secundarias, symptomaticas, quae in omni fere morbo Diagnosis.

morbo accidunt, cum idiopathicis, primariis et essentialibus! Ex altera vero parte caveamus, ne morbi intestinales praetervideantur et justo minoris aestimentur! Quare medicum sine praeconcepta notione liberum a systematum fuco, hypothesium imperio, tranquillo et acuto animo omnia symptomata, eorum successionem et compositionem (non neglecta abdominis exploratione cum externa[1]), abdomine tacto, compresso et percusso[2]), tum interna digito, specillo exploratorio aut speculo[3]) in anum immisso) caussas, constitutionem et epidemicam et individuam, aegri stirpem, aetatem, habitum, temperamentum, vivendi rationem, morbos praegressos, pharmaca antea adhibita perpendere decet. Quo facto non solum, intestina morbo correpta esse, sed etiam quomodo affecta sint, cognoscetur. Gravis illa quaestio vero interdum satis difficilis est. Tumores ipsi tubi intestinalis facile confundi possunt cum tumoribus aliis, qui in cavo peritonaei siti sunt. Dantur vitia, quae adesse conjectura tantum assequi liceat v. c. intussusceptio, incarceratio interna etc., contra dantur alia, quae non cognoscere aegro detrimento et medico dedecori sit, v. c. hernia, atresia ani etc.

§. IV.

1) Vid. P. III. Vol. 1. Sect. II. C. XII. §. XXXVIII. p. 162.

2) Non possum non admonere, percussionem abdominis sive pleximetro sive digito interposito, non spernendum in morbis abdominalibus dijudicandis adminiculum esse. Mayer *de percuss. abdom. Hal.* 1838. Ejusd. *die Percuss. des Unterleib. Halle* 1839.

3) Lisfranc in Kleinert *Repertor. IV. Bd. 7. St.* p. 11.

§. IV.

Prognosis. Cura. Monitum.

1. Prognosis morborum intestinalium in genere vix statui potest. Uti enim levissimi, sic etiam gravissimi, periculo pleni et fere lethales morbi in eo sedem habent. Porro unus idemque morbus varium gradum, variamque non raro indolem exhibet. Tenendum vero est, tubum intestinalem, nisi aut occlusus aut perforatus sit, multa ferre posse. Utrum tenuia an crassa plus tolerent, vix dici potest. Sunt morbi, qui magis laedant tenuia, quam crassa, v. c. inflammatio; contra, qui cum augustatione conjuncti sunt, morbi propter faeces duriores in crassis magis timendi sunt, quam in tenuibus. Prognosis.

2. Cura pro varietate morbi vario modo et diversis remediis tum therapeuticis, tum chirurgicis, tum denique diaeteticis exhibitis institui debet. Per se patet, ciborum delectum et copiam in curandis morbis intestinalibus maximi momenti esse. Nec non tenendum est, excretiones alvinas in omni fere morbo curando, in intestinalibus vero praecipue respiciendas et sic agendum esse, ut quotidie alvus solvatur. Quod ad pharmaca attinet, cavendum est, ne talia exhibeantur, quae locali modo partem morbosam aegre afficiunt v. c. salia, quae ubi attingunt partem inflammatam, eam excitant ejusque inflammationem augent. Praeterea sunt, quae unam alteramve intestinorum partem specifico modo afficiant v. c. rheum duodenum, jalappa colon, aloë rectum etc. Cura.

Denique in chronicis intestinorum morbis imprimis aquae soteriae jure laudantur.

Monitum. 3. Penitior vero cognitio morborum intestinalium hauriri poterit ex sequentibus capitibus: de intestinorum vitiis congenitis, deque illorum situ et forma abnormibus; — de enteritide; — de suppuratione, ulceratione, marcore et perforatione; — de induratione membranarum tubi intestinalis, ejusque tuberculis, melanosi, fungo medullari, scirrho et cancro; — de adhaesionibus morbosis, polypis, oedemate, hydatidibus, strictura et angustatione intestinorum; — de vermibus; — de affectionibus flatulentis; — de colica; — de alvo clausa; — de ileo; — de diarrhoeis; — de dysenteria; — de haemorrhagiis; — de cholera.

Caput II.

De intestinorum vitiis congenitis, deque illorum situ et forma abnormibus.

---

§. V.

Defectus; canalis intestinalis interceptus; ejus strictura congenita; finis coecus; exitus incongruus; fissura.

Defectus. 1. Tubum intestinalem prorsus defecisse, non observatum est. Quid quod Andral[1]) id locum

1) *Pathol. Anat. Herausgeg. v.* Becker. 2 *Th.* p. 84.

cum habere posse, jure meritoque negat et monet, nonnisi partes illius defecisse. Quodsi Lemery [2]) puellam describit caeteroquin bene formatam, quae per septimanam vixerat, etsi locum tubi intestinalis, hepatis et lienis, carnosa massa capitis infantilis magnitudine cum ventriculo cohaerens, sine ano tenebat; dolendum est, hanc massam accuratius non esse investigatam. Accuratissime vero Büttnerus [3]) refert de monstro, quod capite, thorace et brachiis carebat. Plurima imi ventris organa deficiebant, ut et ventriculus, nihilotamen secius portio intestini tenuis et totum crassum (sine processu vermiculari et ani orificio) aderant, inter se vero non cohaerebant. Roederer [4]), Marrigues [5]), Curtius [6]), Klein [7]) enarrant simi-

2) *Mém. de l'acad. des sc.* 1704 *hist.* p. 21.

3) *Anat. Wahrnehmungen. Königsb. u. Lpz.* 1769. 4. cum tab. aen. — Similis casus narratur in *Bresl. Samml.* 1722. 4. *Frühlingsquartal* p. 626. In monstro nimirum, quod superiore dimidia corporis parte carebat, tubus intestinalis brevis inventus, qui crasso tantum adscribendus esse videtur. Nec non legi, in *Journ. de Trevoux.* 1706. *Juil.* monstrum describi, in quo nonnisi pars coli et rectum adfuissent.

4) Comm. soc. reg. Gotting. T. IV. ad a. 1754. p. 113. Foetus parasitici descriptio. C. tab. aen. VII. (opus egregium!)

5) *Mém. de math. et de phys. présentés à l'ac. R. des sc. T. IV.* p. 123—128. (intestina, quorum pars magna in funiculo umbilicali dilatato sita erat, in tres partes inter se non cohaerentes divisa erant).

6) De monstro humano. L. B. 1762. p. 19. 20.

les casus, in quibus praeter defectum partis intestinorum tot et tanta alia vitia conformationis aderant, ut vita extra uterum protrahi non posset. Bedingfield [7]) acephalum describit, cui cor, pulmones, hepar, lien, pancreas et ventriculus deficiebant, intestinum vero sacco coeco incipiebat et modo consueto finiebatur. — Intestinum coecum defecisse, viderunt Ludwig [9]), Rezia [10]), de Pozzis [11]), Bartholinus [12]), Morgagni [13]), Otto [14]), Meckel [15]), Andral [16]), Langenbeck [17]), Soemmerring [18]), Loesecke [19]), Fürstenau [20]), aliique, quorum alio loco mentio fiet.

2. Porro

7) Spec. inaug. sistens monstri descr. Stuttg. 1793. p. 30.

8) *The Lancet. Lond.* 1833. *July.*

9) Pr. de situ praeternaturali viscerum imi ventris. p. 12 („coecum ferme nullum erat in cadavere viri triginta annorum et ileum in colon tantum continuabatur, et solus proc. verm. a vestigio coli relicti eodem ferme modo extendebatur, uti in infantibus recens natis deprehenditur").

10) Opusc. anat. et pathol. Ticini 1784. vol. III. p. 26.

11) Ephem. nat. Cur. Dec. 1. a. IV. obs. 30.

12) Hist. anat. rar. Cent. 1. obs. 63.

13) De sed. et c. m. XXVI. 37.

14) *Handb. d. pathol. Anat.* 1814. p. 279.

15) *Hdb. d. pathol. Anat. I. Bd* p. 547.

16) *Pathol. Anat.* 2. *Th.* p. 90.

17) *Bibliothek.* 6. *Bd.*

18) Baillie *Anat. d. kr. Baues.* p. 123.

19) Observatt. anat. chir. Berol. 1754. p. 38. Tab. III. fig. 2 *Anat. chir. med. Wahrnehmungen. Berl.* 1761. p. 61. *tab. III. fig.* 3 (simul coli adscendentis pars proxima valde angusta erat).

20) Acta N. C. Vol. IX. obs. V. p. 16.

2. Porro accidit, ut intestinum quidem formatum ejus vero canalis interceptus sit, dummodo aut pars ejusdem impervia est et funem refert, aut membrana transversa eum claudit, aut sacco coeco finitur intestinum, nec attingit alteram partem. De hoc vitio egit SCHAEFER[21]). Jam supra[22]) commemoratum est ventriculum in regione pylori nonnunquam impervium fuisse. Idem locum habuit inter duodenum et jejunum intestinum, testibus FINK[23]), PIED[24]), AUBERY[25]), SCHAEFER[26]), BILLARD[27]), JEFFREYS[28]), BARON[29]) et ano-

Canalis intest. interceptus.

21) Diss. de canali intestinali a prima conformatione in plures partes diviso cum novo hujus monstrositatis exemplo. Würzb. 1825. 4.

22) P. III. Vol. 1. Sect. II. p. 221., — adde SAUTER in *med. Jahrb. d. österr. Staates. Bd.* 12. 1832.

23) *Abhandl. v. Gallenkrankheiten* etc. *A. d. Lat. von* SCHREGER. *Nürnb.* 1787. p. 277 (Ventriculus et duodenum summo gradu extensa, hoc clausum, nec jejuni intestini initium coecum cum eodem cohaesit. Jejunum, ileum et crassa intestina summopere coarctata in cavitatem pelvis depressa).

24) *Journ. de méd. Frimaire a. X.* HUFELAND'S, SCHREGER'S *u.* HARLES *Journ. d. ausländ. med. Lit.* 2. *Bd.* 1802. p. 512 (ventriculus et duodenum maxime extensa, hoc sacco coeco finitum; initium jejuni clausi libere in cavitate abdominis situm).

25) HARLES *neues Journ. d. ausländ. med. chir. Lit.* 8. *Bd.* 2. *St. no.* 3. — *Med. chir. Zeit.* 1808. 4. *Bd.* p. 269.

26) L. c. p. 6.

27) *Die Krankhh. d. Neugeb. A. d. Fr. v.* MEISSNER. p. 389 (mucosa sola occlusa erat, serosa vero ad jejunum pergebat).

28) *Lond. med. and phys. journ. Juny* 1823.

anonymo [30]), nec non eo loco, quo tenuia in crassa abeunt, testibus HORCHIO [31]), OSIANDRO [32]), DESGRANGES [33]), GAUBE [34]), DUPARCQUE [35]), GEDDINGS [36]), HEYFELDER [37]), MAYGRIER [38]). De intestino

29) *Arch. gén. T. XI.* p. 138.

30) HUFELAND's *Journ.* 22. *Bd.* 2. *St.* p. 110 (finis intestini duodeni impervius, simul hepar, lien et cor in opposito latere sita).

31) Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 3. obs. 97. p. 188. („intestinum ileum substantia quadam carnosa clausum et caudae piscis Tincae figuram repraesentabat").

32) *Neue Denkwürdigkeiten f. Ärzte u. Geburtshelfer.* 1r *Bd.* 1 *Bogenzahl.* 1797. p. 179. c. fig. aen. (in fine jejuni (ilei) transversa, pellucida, rubra, densa membrana, quae canalem intestinalem prorsus clausit). Idem casus ab anonymo in HUFELAND's *Journ.* 2. *Bd.* p. 310. minus accurate describitur.

33) *Journ. de méd. a. X. Thermidor.* HUFELAND, SCHREGER u. HARLES l. c. p. 314 (ventriculus vacuus, jejunum duplo et quod excurrit amplius, nec non ileum, quod sacco coeco finiebatur, qui ope telae cellulosae cum intestino coeco cohaesit. Crassa angusta, rectum normale).

34) RUST *Magazin.* 19. *Bd.* p. 361 (intestinum ileum sacco coeco finiebatur et cum coeco nonnisi per tenuem telam cellulosam cohaerebat. Processus vermiformis deficiebat, intestinum crassum angustum et in regione flexurae iliacae clausum, anus apertus erat).

35) *Transact. méd. T. XIII.* 1833. *Juillet.* p. 1. *Hamb. Mag. d. ausländ. Lit. von* JULIUS *u.* GERSON. 26. *Bd.* p. 426 (puer, qui tres fere per dies vixerat, ilei partem inferiorem, quae digitum transversum aequabat, clausam et summo gradu angustatam exhibuit).

36) *Baltimore med. and surg. journ.* 1833. *no.* 1. *Oct.* 250 (in infante, qui quarto post partum die obierat, inferio-

stino colo et recto clauso infra[39]) agetur. Illi infantes quidem vivi nati sunt, et e mammis suxerunt, attamen vomitu reddiderunt lac, nec alvus unquam soluta est. Die quarto (OSIANDER et PIED), sexto (FINK et AUBERY), septimo (DESGRANGES), vel vigesimo tertio post partum obierunt. Diagnosis hujusce vitii ex vomitu repetito, obstructione rebelli et ano integro repetenda, prognosis lethalis, cura nulla, nisi symptomatica.

3. BAILLIE[40]) in jejuno invenit annulum s. valvulam, quae pyloricae simillima lumen intestini angustius reddiderat, nil vero incommodi excitaverat eamque delineari[41]) jussit. LOESECKE[42]) in puella recens nata vidit, coecum fere deficere, processum vermiformem minimum, colon adscendens angustissimum. Idem frequentius locum habet in intestino recto, id quod paullo infra[43]) pertractabitur. Strictura.

4. Saepenumero intestinum crassum coeco modo finitur, nec formatur anus, qui ideo clausus est ita ut Canalis intestinalis finis coecus.

ilei pars octo digitos longa perfecte clausa; funem firmum referebat et dissecta massae tuberculosae similis erat).

37) *Beobachtt. üb. Krankhh. d. Neugeb.* 1825.

38) *La clinique II. N.* 22. FRORIEP *Notizen.* 20. *B. N.* 7. p. 110 (praeter pulmonis vitium congenitum tubus intestinalis annulis duriusculis insignis erat in infante brevi post partum mortuo).

39) N. 4.

40) *Auserl. Abh. z. Gebr. f. pr. Ar.* 20. *B. S.* 429.

41) *Engravings* fasc. IV. tab. VI. fig. 3.

42) Observatt. anat., chir., med. Berol. 1754. p. 83. Tab. III. fig. 2.

43) N. 4. et 5.

ut nonnunquam ne vestigium quidem ejus loco consueto conspiciatur. Quare sub nomine *atresiae*[44]) sive *imperforationis ani* haec vitia comprehenduntur. Miratus sum, cur neque ab Hippocrate nec a Galeno[45]) hujus vitii mentio facta sit. Aristoteles[46]) enarrat vaccam Perinthi fuisse, quae excrementa per vesicam reddidisset. Paulus Aegineta[47]) primus esse videtur, qui ani atresiam tetigerit. Recentioribus autem temporibus complures observationes literis traditae sunt et agitur de hoc vitio in operibus chirurgicis, anatomico-pathologicis et encyclopaedicis[48]) quibuscumque. Speciatim vero de eodem egerunt Schurig[49]), Schaarschmidt[50]), Giering[51]), Petit[52]),

Le

44) Ab *α* priv. et *τρησις* perforatio, foramen (*τιτράω*, *τιτρημι* perforo); *τρησέω*, (unde derivat Rudolphi (*Encyclopäd. Wörterb.* 3 *Th.* art. atresia p. 681) verbum) non existit in lingua graeca.

45) Citatur quidem a quibusdam locus: de med. offic. cap. VI, hic vero et in aliis locis, quos inveni, atreti tanguntur, quorum genitalia clausa sunt. Id etiam valet de Celsi loco qui citatur lib. VII. cap. 25.

46) De generat. quadrup. lib. IV. cap. IV. in fine.

47) Lib. VI. cap. 81 (unam vero tantum speciem, membranaceam scilicet novit).

48) Mangetus (bibl. chirurg. T. 11. p. 496) plures observationes infra citandas collegit.

49) Chylologia. Dresd. 1725. cap. IX. §. 29. p. 650.

50) *Med. u. chir. Nachrichten.* 1. *Jahrg.* p. 136.

51) De atreto, cui anus clausus et a nativitate concretus erat. Selecta med. Francofurt. IV. T. Francof. 1747. p. 126.

52) *Remarques sur différens vices de conformation de l'anus,*

Le Vacher [53]), Aubrai [54]), Papendorf [55]), Jolliet [56]), Copeland [57]), Gerdessen [58]), Hasselmann [59]), Troussel-Delvincourt [60]), Oettinger [61]), Löper [62]), Dieffenbach [63]), Löper et Heusinger [64]), Meissner [65]), Alberti [66]). Ano clauso

que les enfans apportent en naissant. Mém. de l'acad. de chir. T. I. P. II. 1743. 12. p. 236. *ed.* 4. p. 377. *Nouv. ed. Par.* 1819. p. 280.

53) Diss. de ani imperforatione. Par. 1765.

54) *Sur le défaut d'anus. Journ. de méd. T.* 31. 1769. p. 257.

55) Pr. Walt. van Doeveren diss. observatt. de ano infantum imperforato. L. B. 1781. — Jansen collect. dissertatt. sel. T. 1. — versio germ. Lps. 1783. 8. *Neue Samml. d. auserlesensten u. neuesten Abhandl. f. Wundärzte.* 2. *St. Lpz.* 1783. p. 179 (quo usus sum). Richter's *chir. Biblioth.* 7. *B.* p. 282. *Journ. de méd. T.* 66. p. 529.

56) *Journ. de méd. T.* 32. 1815. p. 272. Horn's *Archiv.* 1819. 1. *B.* p. 143.

57) *Observat. on the diseases of the rectum. Lond.* 1812. *A. d. Engl. v.* J. B. Friedreich. *Halle* 1819. *cap. VIII.* p. 77. *u. C. IV.* p. 130.

58) Diss. de proctotoreusi. Berol. 1818.

59) Diss. de ani intestinorumque atresia. C. tab. aen. Utrecht. 1820.

60) *Nouv. Journ. de méd. chir. et pharm. par* Adelon etc. *T.* 13. 1822.

61) *Ueber die angeb. Aftersperre. München* 1826.

62) Diss. de vitiis fabricae primitivae intestini recti et orificii ani. C. tab. Wirceb. 1826. 4.

63) *Ueber die Verschliessung des Afters.* Hecker *litcrar. Annalen.* 1826. *II.* 1. p. 31.

64) *Zwei Fälle von angeb. Afterverschliessung, nebst* 4 *Abbild. Zeitschr. f. d. organ. Physik. B.* 1. *H.* 2. p. 207.

clauso nil meconii excerni potest, quare intumescit abdomen, vomitus accedit, quo primum mucus et lac, deinde meconium ejicitur. Sequuntur dolores, enteritis, jactatio, convulsiones, mors paucos post dies[67]). Nonnunquam abdomen tensum erysipelate corripitur, quod ubi digito pressum fuerit, ictericum colorem exhibet. Vitia vero ipsa, quae cum atresia ani conjuncta sunt, vario modo se habent. 1° Rarius accidit, ut intestinum crassum excepto coeco, quod coeco modo non solum incipit sed etiam desinit, deficiat. Sic Baudelocque [68]) infantem recens natum observasse

65) *Forschung. d. 19. Jahrh. im Gebiete d. Geburtsh. Th. III.* p. 43.

66) Diss. de atresia ani congenita. Berol. 1831.

67) Qui casus narrantur longioris et incolumis vitae, jure in dubium vocantur a Rudolphi (*Encyclopäd. Wörterb. d. med. Wiss.* 3. *B. S.* p. 682.) Bank (Vandermonde *Journ. de méd. T. VIII.* 1758. p. 59. Versio german. B. VIII. p. 29.) simul cum patre suo vidit puellam 14 annorum, quae orificio ani, genitalium et urethrae destituta erat, nihilominus bene valuit. Faeces per os, urinam per mammas reddidit!? eumdemque casum etiam Sauvages (*nosolog. méth.* T. III. P. II. p. 124) referre videtur. — Bartholinus (hist. anatom. rar. Hafniae 1654. Cent. 1. obs. 65. p. 113) refert de viro sine pene et podice 40 annos nato, qui „per cornu ori imposito (sic!) faeces evacuaverit; lotium ex pila quadam fungosa circa locum umbilici absentis enata, velut per spongiam stillando reddidit et pro lubitu, velut lac ex papillis expressit"!! Nec non Delamare (*Journ. de méd. T.* 13. 1770. p. 510) refert de infante atreto, qui 6 menses vixerit, donec operatio funesta instituëretur.

vasse dicitur, qui coecum solum habuit sine processu vermiformi; id vero per canalem angustum duxit ad parvam vesicam coecam. JUNG [69]) colon, rectum et anum deesse vidit. F. L. FLEISCHMANN [70]) colon transversum, descendens et rectum defecisse enarrat. 2° Frequentius colon quidem formatur, in regione flexurae sigmoideae autem coeco modo finitur et intestinum rectum prorsus deficit; id quod observarunt FEL. PLATER [71]), RUYSCHIUS [72]), HUBER [73]), BONN [74]), BEAUREGARD [75]), JAMIESON [76]), THOM [77]), OTTO [78]), FOURNIER [79]), LÖWENHARD [80]), MERREM [81]), P. U. WALTER [82]), SCHWABE [83]),

68) SEDILLOT *recueil périodique ou journ. de méd. T. II. Par.* 1797. p. 104.

69) JUNG diss. symbola ad doctr. de vitiis circa abdomen congenitis. Bonn. 1825. p. 14.

70) *Bildungshemmungen.* p. 366. *Note.*

71) Observatt. lib. III. p. 583.

72) Adversaria anat. Dec. II. p. 43 (bis).

73) Acta Nat. Cur. Vol. VIII. obs. 24. p. 64 (locum intestini recti tenuit carneo-pinguedinosa massa, valde crassa).

74) PAPENDORP l. c. p. 218 (colon descendens in regione flexurae sigmoideae, quae deficiebat, sese flectebat dextrorsum et in regione iliaca dextra sacco coeco finiebatur. Alter et similis casus a BONNIO ipso (de continuatione membranarum p. 19.) narratur a PAPENDORPIO (p. 226) commemoratur.

75) *Journ. de méd. T.* 66. 1786. *Janv.* p. 90.

76) *Edinb. med. essays. Vol. IV. obs.* 32. p. 354.

77) *Erfahrr. u. Bemerkk. a. d. A. W. u. Entbind.kunst.* 1799.

78) *Pathol. Anat.* p. 282. Note N. 28.

79) *Dict. des sc. méd. T. IV.* p. 158.

80) GRAEFE et WALTHER *Journ. B.* 12. *H.* 1.

Schwabe[83]), Werner[84]). Rebus sic sese habentibus utplurimum ne vestigia quidem ani conspiciuntur; et Bonnius[85]) solus observavit, anum apertum esse, specillum vero paucas lineas introduci potuisse. Praeterea cavitas pelvis angustior et tubera ossis ischii sibi propiora esse solent. 3° Benninger[86]), Schulz[87]), Heister[88]), Matani[89]), Oosterdyk[90]), Schneider[91]) invenerunt rudimenta intestini recti sub forma solidi funis, secundum os sacrum descendentis. Ani loco firma cicatrix intus ducta conspiciebatur.

4°

81) *Gemeins. deutsche Zeitschrift f. Geburtskunde.* 1. *Bd.* 3. *H.* p. 615.

82) Graefe *u.* Walther *Journ. f. Chir.* 18 *B.* 3. *H.* p. 445 (colon transversum non sinistrorsum, sed dextrorsum flectebatur, post colon adscendens descendebat, in infima demum parte sinistrorsum flectebatur et in pelvi sacco coeco finiebatur).

83) Blasius *klin. Zeitschr.* 1. *B.* 3. *H.* 1837.

84) *Wochenschr. f. d. ges. Heilk. v.* Casper. 1837. *N.* 31. p. 495.

85) Papendorp l. c.

86) Observatt. med. chir. V. obs. — Lieutaud hist. anat. med. T. 1. p. 120.

87) Eph. Nat. Cur. Dec. 1. a 3. obs. 2. p. 5 („rectum longitudine 9 digitorum transversorum ad podicem usque firmissime et arctissime ad funis modum quasi contractum").

88) Eph. Nat. Cur. Cent. III. IV. obs. 193. Rec. in ej. *Wahrnehmungen.* 1. *B.* p. 347 (massa quaedam carnea impervia loco recti aderat).

89) Ortschi *giorn. di med. T. III.* p. 250.

90) Papendorp l. c. p. 254.

91) Siebold's *Journ. f. Geburtshülfe.* 7. *B. St.* 2. p. 470.

4° Ille solidus funis quidem pervius factus est, ita tamen ut in aliis impervia pars remanserit in aliis canalis intestini recti angustissimus sit. Tale quid viderunt STADTLAENDER[92]), LUDOVICI[93]), HOYER[94]), GIERING[95]), TRIOEN[96]), PETIT[97]), GARNIER-LAGRÉE[98]), SAVIARD[99]), CERVENON[100]), FILLEAU[101]), SCHERER[102]), HUTCHINSON[103]), LARACINE[104]), SCHLAGINTWEIT[105]), STAUB[106]), ALX. MONRO

92) Eph. Nat. Cur. Dec. I. a 3. obs. 2. p. 4.

93) Ibid. obs. 257.

94) Ibid. Cent. VI. obs. 69.

95) L. l. p. 134 (massa solida quatuor digitorum transversorum supererat).

96) Obs. med. chir. L. B. 1743. p. 60 (rectum quidem pervium erat, sed adeo angustum ut vix stilum exploratorium mediocris crassitiei amplecteretur).

97) *Mém. de l'acad. de chir. T.* 1. p. 386. *nouv. éd.* 1819. p. 282.

98) *Journ. de méd. T. XII.* 1760. p. 157.

99) Observatt. chir. Par. 1784. p. 8.

100) SEDILLOT *Journ. de méd. T. I.* p. 36. HUFELAND's *neueste Annalen d. franz. Arzneik.* 3. *B.* 1. *St. N.* 11.

101) SEDILLOT *Journ. de méd. T. II.* p. 101.

102) Diss. de morbis int. recti. p. 62.

103) *Chir. Bemerkk.* HORN's *Archiv.* 1826. 2. *B.* p. 342.

104) *Bull. de la soc. d'émulation.* 1824. *Sept.*

105) OETTINGER l. c. p. 35 (coecum sub umbilico situm, colon descendens inde a flexura sigmoidea dextrorsum flectebatur, denique in osse coccygis sacco coeco et acuto finiebatur).

106) *Verhandl. d. vereinigten ärztl. Gesellsch. d. Schweiz.* 1829. 1. *H.* p. 69 (finis coecus coli descendentis dilatati et intestini recti angustissimi, praeterea coecum minus evolutum, processus vermiformis deficiens).

Monro III.[107]). 5° Deinde intestinum rectum ita formatur, ut nil abnorme supersit, nisi membrana plus minusve crassa, quae integro ani orificio unum alterumve pollicem ab eodem distans extensa est et intestinum rectum occludit. Haec nonnisi digito aut specillo exploratorio in anum immisso, detegi potest. Id observarunt Reisel[108]), Ledel[109]), Burg[110]), Petit[111]), Courtial[112]), Thioen[113]), Henckel[114]), Bonafos[115]), Boncerf[116]), Engerran[117]), Bonn[118]), van Wy[119]), Abr. van Stipriaan-Luiscius[120]), Baillie[121]), Earle[122]), Chamberlaine[123]), Fourcade[124]), Co-

107) *Morb. anatomy of the gullet* etc. p. 544.

108) Eph. Nat. Cur. Dec. II. a 7. obs. 8.

109) Ibid. Dec. III. a. 2. obs. 50.

110) Ibid. Dec. III. a 6. obs. 58. p. 139.

111) L. c. p. 385. *nouv. éd.* p. 286.

112) *Obs. anat. sur les os. Suite. obs.* 5. p. 74. *et* 147.

113) L. c. p. 61.

114) *Neue med. u. chir. Anmerkk.* 1. *Th. Berl.* 1769. p. 11.

115) *Journ. de méd. T. VII.* p. 360.

116) Ibid. T. LIII. p. 254.

117) *Mém. de l'acad. de chir.* 4. *T.* 1. p. 387.

118) Papendorp l. c. p. 244. 246. 252.

119) *Samml. wichtiger Wahrnehm. A. d. Holl. v.* Dericks. 1794. p. 14.

120) *Geneeskund-Mag. door* A. van Stipriaan-Luiscius. *Deel II. St.* 2. *et* 3. 1802. 1803. Hufeland's *u.* Harles *neues Journ. d. ausländ. med. chir. Lit.* 2. *B.* 2. *St.* 1804. p. 51.

121) *Engravings.* 1803. p. 78. *Tab. V. fig.* 4.

122) *Lond. med. and phys. journ. Sept.* 1826. Horn's *Archiv.* 1826. 2. *B.* p. 845.

Copeland[125]). 6⁰ Eadem membrana in ipso ani orificio invenitur, quae modo cuti externae, modo membranae intestinali internae similior est, apice digiti impressa cedit, meconio intus collecto, quod perlucet, protruditur, unde locus, ubi anus esse deberet, indicatur. Hanc atresiae ani speciem, quae omnium frequentissime occurrit, quaeque facili negotio sanari potest, observarunt Paulus Aegineta[126]), Fabricius ab Aquapendente[127]), Borellius[128]), Benivenius[129]), Marc. Donatus[130]), Fabricius Hildanus[131]), J. van Meekeren[132]), S. de Löwenheim[133]), Bauer[134]), Böhmer[135]), Kolichen[136]), Guillemeau[137]), Giering[138]), Saviard[139]), Delamare[140]), Alix[141]), Fil-

123) *Mem. of the med. soc. of London. Vol. V.* 1799. p. 206.

124) *Révue méd. Oct.* 1830. p. 52.

125) L. c. p. 133.

126) L. c.

127) Observatt. chir. c. 88.

128) Hist. et observatt. Par. 1656. Cent. I. obs. 77. p. 76.

129) De abd. morb. et sanat. causis. c. 30.

130) De hist. med. mirab. ed. Horstius. Francof. 1613. lib. VI. c. 2. p. 618.

131) Observatt. chir. Cent. I. obs. 73.

132) Observatt. med. chir. c. 24.

133) Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 1. p. 35.

134) Acta Nat. Cur. T. IV. obs. 147.

135) Observatt. anat. rariores. fasc. II. obs. 7. praef. p. 7.

136) Acta Hafniensia. Vol. I. p. 167. Mangetus bibl. chir. T. II. p. 499.

137) De educat. infantum. c. 40.

138) L. c. p. 127.

139) Observatt. chir. 3.

140) *Journ. de méd. T.* 33. 1770. p. 510.

141) Observatt. chir. fasc. II. Altenb. 1776. obs. 2 et 3. p. 12.

FILLEAU[142]), ABR. VAN STIPRIAAN-LUISCIUS[143]), OTTO[144]), THIERRY[145]). — GULLMANN[146]) conspexit non tam membranam, quam potius satis crassam concretionem carnosam, qua anus clausus erat. Huic cauterium potentiale impositum est. 7° Ad haec vitia conformationis quoque id accedit, quod ani orificium adeo angustum est, ut excrementa solida evacuari non possint. Id observarunt SCULTETUS[147]), J. WIER[148]), ROONHUYSEN[149]), DÜRR[150]), VAN WY[151]), ROCHARD[152]), TIEDEMANN[153]). Pro ambitu ani varia sequuntur; si angustatio tanta est, ut vix acus admittatur, nil fere excerni potest, et res eodem modo procedit, ac si anus clausus esset; sin autem aliquid excernitur, nec vero sufficiente modo, sensim sensimque superiores partes dilatantur. Anum clau-

142) SEDILLOT *Journ. de méd. T. II.* p. 101.

143) L. c. p. 62.

144) *Seltne Beobacht.* 1. *H.* p. 123.

145) *Révue méd.* 1830. *Oct.* p. 53.

146) Acta Nat. Cur. T. V. obs. 39. p. 150.

147) Armament. chir. obs. 77. p. 323.

148) Observatt. med. L. I. in opp. omnibus. p. 944.

149) Obs. med. chir. lib. II. obs. no. 2. 3.

150) Ephem. nat. cur. Dec. II. a 7. obs. 62.

151) *Allgemene Konst-en Letter-Bode.* 1802. *N.* 49. 50. HUFELAND *u.* HARLES' *neues Journ. d. ausl. med. chir. Lit.* 2. *B.* 2. *St.* 1804. *S.* 68.

152) *Journ. de méd. T.* 85. 1790. p. 252.

153) In theatro anatomico Heidelbergensi colon enormis voluminis conservatur, quod ex cadavere viri adulti sumtum est. Hic ano angusto, ut videtur congenito, affectus fuerat.

clausum esse, facillime et certissime cognoscimus, parte affecta rite et oculis et manibus et, ubi opus est, specillo exploratorio explorata. Haec exploratio ideo non negligenda est, ubi infans recens natus meconium non excrevit [154]), eaque docere debet, quaenam species atresiae adsit. Quodsi enim membrana sola spuria anum claudit, id facillime cognoscitur eo, quod faeces eam tendunt atque propellunt. Sin autem caussa atresiae altius latet, tale quid non conspicitur. Prognosis hujus vitii fausta, siquidem id brevi tempore post partum praeterlapso detegitur, et ubi imperforatio anum solum spectat. Sin autem longo tempore praeterlapso vitium detegeretur, aut caussa mali altius lateret, auxilium, quod sola chirurgia ferre potest, vel sero parabitur, vel dubium erit. Auxilium vero quod ferri potest in eo consistit, ut vel angusta pars dilatetur [155]), vel imperforata pars tricuspidis vel cultri ope dissecetur. Denique in casu desperato LITTRE suasit, ut flexura sigmoidea aperiatur. Chirurgis autem relinquimus docere, quid et quomodo fieri debeat.

5. Deficiente ani orificio loco consueto, intestinum rectum non raro loco incongruo finitur et exit. Idem patuit in vesicam urinariam, collum

Intestini exitus incongruus.

154) Non semel accidit, ut ante explorationem localem infantibus haec illave medicamina laxantia porrigerentur (!) et vetula quaedam anum clausum esse prius, quam medicus aut obstetrix cognosceret,

155) Nescio cur radix gentianae rubrae a veteribus maxime commendetur, qua dilatari debeat anus angustus.

lum vesicae aut urethram ita, ut meconium simul cum lotio per urethram excerneretur. Utplurimum hi casus brevi lethales fuerunt, quoniam orificium communicans adeo angustum esse solet, ut meconii pars crassior id superare non possit. Talem casum omnium optime descripsit WRISBERG[156]) eumque tabulis aeneis egregiis illustravit. Similem observationem KALTSCHMID[157]) habet. Idem observarunt FABRICIUS HILDANUS[158]), HOLZACH[159]), BALD. RONSSEUS[160]), SENNERT[161]), VOLLGNAD[162]), WOLFSTRIEGEL[163]), DE SANDEN[164]), ano-

156) De praeternaturali et raro intestini recti cum vesica urinaria coalitu et inde pendente ani defectu. Gott. 1779. — Rec. in commentatt. soc. R. sc. Gott. pro a. 1778. Gott. 1779. p. 3 („Circa secundam ossis sacri vertebram intestinum rectum suam directionem mutabat, transversim a posterioribus versus anteriora per pelvim incedebat et cum vesicae urinariae parte posteriore et inferiore in unum corpus confluebat").

157) Pr. de raro casu, ubi intestinum rectum in vesicam urinariam insertum fuit. Jenae 1756. 4. („intestinum in vesicam supra ejus collum immissum, exigua tamen apertura, ita ut stylum saltem crassiorem immittere in vesicam posset").

158) Observ. chir. Cent. 1. obs. 75. — In opp. omnibus p. 55 (intestinum rectum adnatum fundo vesicae).

159) Vid. SCHENK observatt. rar. Lugd. 1644. L. III. p. 366 (extremitas recti intestini corpori vesicae inserta).

160) (Epist. 14.) PAPENDORP l. c. p. 208.

161) BORELLIUS observatt. Par. 1656. obs. 77. p. 77.

162) Ephem. nat. cur. Dec. 1. a. 1. obs. 11. p. 33 (faeces et flatus per mentulam excernebantur. Sectio vero non instituta est).

anonymus[165]), Duverney[166]), Wagler[167]), Boirie referente Morand[168]), Roonhuysen[169]), Moebius[170]), Bertin[171]), Siebold[172]), Leveille[173]), Baudelocque[174]), Dumas[175]), Meckel[176]), Wenner[177]),

163) Ephem. nat. cur. Dec. 1. a. 2. obs. 22. p. 36 („Intestinum rectum eo loci, ubi aliàs vesica locari solet, in appendicem vesicae annatam (haec enim etiam in hoc foetu deficiebat) dilatabatur ac tandem non per annm, sed antrorsum, membrum virile praeputio suo munitum referens, extra corpus finiebatur").

164) Ephem. nat. cur. Dec. III. a. 9 et 10. obs. 194. p. 364 (vesicae urinariae per canalem cum intestino recto connexio).

165) (Novell. literar. Germ. a. 1703. p. 290). Papendorp l. c. p. 209. (Canalis tenuis intestini cum collo vesicae cohaesit).

166) *Mém. de l'ac. R. des sc. a.* 1706. p. 418 (Colon commune monstri bicorporei in vesicam urinariam abiit).

167) (Acta Haarlem. Vol. XIX. P. 2. et 3. p. 277). Papendorp l. c. p. 207 (in foetu octimestri intestinum cum fundo vesicae per angustam aperturam cohaesit).

168) *Mém. de l'ac. R. des sc. A.* 1755. p. 50 (rectum cum collo vesicae cohaesit).

169) App. observatt. N. 2. Papendorp l. c. p. 205 (rectum fundo vesicae insertum).

170) Fundamenta med. phys. c. 19.

171) *Mém. de l'ac. des sc.* 1771. p. 491.

172) Oehme morbi intest. recti. p. 21. nota 4.

173) Desault *journ. de chir. T. IV.* p. 248. *Auserl. chir. Wahrnehm.* 8. *B.* p. 68.

174) Sedillot *journ. de méd. Vol. II.* 1797. p. 103 (intestinum rectum cum fundo vesicae conjunctum).

175) Ibidem Vol. III. p. 46 (rectum ad collum vesicae abiit).

176) *Pathol. Anatomie* 1. *B.* p. 712 (intestinum rectum in-

NER[177]), FLAJANI[178]), BAILLIE[179]), BRANDT[180]), DELESALLE[181]), TEXTOR[182]), WINDSOR[183]), CAVENNE[184]), MUNOD[185]), HEUSINGER[186]), anonymus[187]), VERBEEK[188]), BLANCH[189]), VILLAUME[190]), DE CHONSKI[191]), JENISCH[192]). Omnes illi infantes

feriorem vesicae partem attingit et aperitur in urethram orificio unius lineae, quod duas lineas a prostata distat).

177) Diss. de atresia ani vesicali. Ups. 1792.

178) *Oss. di chir. T. IV. obs.* 39 (rectum per canalem angustum quatuor pollices longum transiit in partem membranaceam urethrae).

179) *Anat. d. krkh. Baues. A. d. Engl. v.* SÖMMERRING. p. 104.

180) HUFELAND *Journ.* 56. *B.* 1823. 5. *St.* p. 99.

181) *Bull. de la soc. d'émulation de Par. Juin.* 1824. JULIUS *u.* GERSON *Mag.* 8. *Bd.* p. 149.

182) LOEFFER l. c. p. 29.

183) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 17. 1821. p. 561. MECKEL *Archiv f. d. Phys.* 7. *B.* p. 20.

184) *Arch. gén. de méd.* 1824. *May.* JULIUS *u.* GERSON *Mag.* 8. *B.* p. 149.

185) *Revue méd.* 1830. *Oct.* p. 55 (intestinum in urethrae parte prostatica se aperuit).

186) NAUMANN *Handb. d. med. Klin.* 4. *B.* 2. *Abth.* p. 261.

187) *Nouv. bibl. méd.* 1828. *Août* (a sacco coeco recti, qui in promontorio situs erat, abiit canalis angustus, superiorem partem prostatae superavit et in urethram prope collum vesicae se immisit).

188) GERSON et JULIUS *Mag.* 1828. 16. *B. II.* 5. p.304 (rectum in collo vesicae finem habuit).

189) GERSON et JULIUS *Mag.* 1833. 25. *B. H.* 3. p.428 (bis vidit intestinum rectum in superiore parte urethrae se aperiens).

190) *Arch. gén. de méd. Par.* 1827. *Dec.*

191) Diss. de vitio quodam primae conformationis inferio-

tes brevi tempore post partum praeterlapso, sub symptomatibus consuetis atresiae ani interierunt. Contra Zacutus Lusitanus [193]), Morgagni [194]), Wagler [195]), Bravais [196]) et Fergusson [197]) de infan-

rem potissimum tubi intestinalis partem et vesicam urinariam spectante. Berol. 1837 (intestinum colon perbreve in fundum vesicae duplicis s. bipartitae se immisit, insimul intestini tenuis finis in hernia umbilicali situs anum praeternaturalem praebuit).

192) *Würtemb. med. Correspondenz-Blatt. B.* 7. 1837. *N.* 17. p. 129 (intestinum rectum cum collo vesicae cohaesit, insimul duplex penis cum urethra et duplex scrotum, quorum utrumque singulum testiculum continebat, aderant).

193) De praxi medica admiranda lib. III. obs. 72 (infans trium mensium spatio excrementa alvina per urinae vias excreverat, rupta vero membrana, quae anum occluserat, felicissime evasit).

194) De sed. et c. morb. ep. 32. art. 4 (Bononiae audivit esse virginem, quae nihil per intestina, sed omnia dissoluta lotio redderet per vesicam. At haec observatio jam propterea dubitationem relinquit, quoniam virginis mentio fit, quippe quae potius per vaginam excrementa reddiderit).

195) Act. Haarlem. Vol. 19. P. 2. et 3. p. 300. Papendorp l. c. p. 211 (Infans atretus una cum lotio mucum viridem reddiderat, ano vero aperto restitutus est, nec amplius mucus viridis per urethram excretus).

196) *Actes de la soc. de santé de Lyon. T. II.* 1801. p. 97. Hufeland, Schreger u. Harles *Journ. d. ausländ. med. Lit.* 1. *B.* 1802. p. 513 (Mortuus est quatuor menses et dimidium natus puer, qui excrementa sub forma flavae pultis per urethram reddiderat. Sectione facta compertum est, intestinum rectum sub vesica urinaria in urethram transiisse, quae productio intestini ipsius esse videretur. Per hunc canalem stilus exploratarius facile in

infantibus referunt, qui diutius vixissent, imo restituti essent. — In sexu sequiore rectum vesicam non attingere, sed in vaginam abire solet, unde fit, ut faeces ex eadem reddantur. Foeda illa calamitas haudquaquam vitae periculum struit. Plures contra diutius vixerunt et per totam vitam faeces reddiderunt per vaginam. Quod observarunt FABRICIUS AB AQUAPENDENTE [198]), JOANN. HESSUS[199]), RHODIUS[200]), MERCURIALIS[201]), BENIVENIUS [202]), JUSSIEU [203]), REHEBOLDUS [204]), MI-

intestinum, haudquaquam vero in vesicam angustam immitti potuit).

197) *The Edinb. med. and surg. Journ. Vol.* XXXVI. 1831. *Oct.* p. 363 (puer operatione restitutus).

198) Operat. chir. c. 88. p. 583 („aliquando vidimus foeminam sine ano et egerentem per vulvam faeces, facto intus, sed prope os vulvae foramine").

199) SCHENKIUS observat. med. Lugd. 1644. L. III. p. 376 (Refertur de pulchra puella Tubingensi, per vulvam faeces reddente. Quapropter magistratus ei interdixerat ne nuberet. Effugit vero, nupsit sutori et peperit puerum pulcherrimum).

200) Observatt. Cent. II. obs. 91.

201) De morbis puer. L. 1. cap. 9. MORGAGNI (ep. 32. art. 3.) teste CANTARINO enarrat, hanc foeminam, Judaeam centum annos vixisse).

202) (De abd. morb. et sanat. causis. c. 86). PAPENDORF l. c. p. 217. (Puella octavo quoque die faeces ex vulva reddidit et 16 annos nata colica orta obiit).

203) *Hist. de l'acad. R. des sc.* 1719. p. 41 (puella 7—8 annorum).

204) SENNERT pract. med. L. IV. P. 1. Sect. 1. cap. 11 (puella novem septimanas nata quotidie alvum per vulvam excrevit).

Minadous [205]), Fürstius [206]), Haesbart [207]), Hartmann [208]), Moebius [209]), Schurig [210]), van Swieten [211]), Arand [212]), Forsten [213]), Rochard [214]), Petit [215]), Röstel [216]), Fielitz [217]), Burns [218]),

205) (De humani corp. turpitud. L. V. c. 18). Papendorp l. c. p. 217 (puella sexennis).

206) Ephem. nat. cur. Dec. II. a. 3. obs. 112 (puella octo septimanas nata).

207) Ibid. Dec. II. a. 10. obs. 75 (virgo viginti aliquot annos nata).

208) Ibid. Dec. II. a. 10. obs. 159 (ubi, subtus vaginam labiorum ambitus coit, inibi orificium intestini recti delitescebat. Nutrix primum vitium ignoraverat, quando autem faeces anteriori parti indusii adhaerere subinde advertit, intentior tandem ex vulva prodiisse deprehendit).

209) Fund. med. phys. c. 19. Papendorp l. c.

210) Chylologia c. 9. §. 36. p. 668 (duos refert casus, ab ipso observatos. In utroque, ano per operationem faustam restituto, faeces liquidiores per vulvam abire pergebant).

211) Comm. in Boerhaavii aphor. (§. 1340) T. IV. Par. 1765. p. 577 („novi virginem, nubilem jam, caeterum satis sanam, quae foedam hanc calamitatem patitur").

212) Observatt. med. chir. Gott. 1770. p. 28. (Foemella, quae a partu mensibus ano clauso et ulcere genitalium indurato laboravit (ex inferiore vulvae parte ferebatur stercus) incisione ani facta perfecte sanata est).

213) Papendorp l. c. p. 218 (rectum in posteriore vaginae parte amplo orificio apertum).

214) *Journ. de méd. T.* 85. 1790. p. 370 (puella 13 dies nata, quae per vulvam faeces reddidit, operatione facta perfecte restituta est).

215) *Actes de santé de Lyon. T. II.* 1801. p. 101. Hufeland, Schreger u. Harles *Journ. d. ausländ. med. Lit.*

Burns[218]), Sharpless[219]), Fournier[220]), Löwenhard[221]), Ricord[222]). Sin autem puellae citius moriebantur, alia caussa mortis jure accusatur. Id quod observarunt Kirsten[223]), Bousquet[224]), Daubenton[225]), Bonn[226]). Tandem anus

1. *B.* 1802. p. 518 (novit puellam decennem et foeminam 35 annos natam, quae bene valentes faeces per vaginam reddiderunt).

216) Mursinna *Journ. f. Chir.* 1 *Bd.* 3. *St. N. XIV* (puella operatione facta restituta).

217) *Asklepieion* 1811. *Jul.*

218) *Edinb. med. and surg. journ. Vol. I.* p. 137. Alx. Monro jun. *morbid anat. of the human gullet* etc. p. 547 (rectum perforabat posteriorem vaginae parietem, ejusque canalem implebat, deinde per vulvam exibat et digitum transversum extra labia protrusum imperfecto peni simile reddidit meconium ex orificio, quod in apice situm erat).

219) *Philadelphia journ. Vol.* 7. p. 91 (operatione feliciter curata).

220) *Dict. des sc. méd. T. IV.* p. 155 (vocatus ad parturientem, cujus intestinum rectum scybalis refertum erat, quapropter clysma applicaturus, invenit exitum intestini recti in vagina).

221) Gräfe u. Walther *Journ. B.* 12. *H.* 1. p. 110.

222) *Gaz. des hôpitaux. T. VII. N.* 132. *Oct.* 1833 (foemina 22 annos nata faeces per vaginam deficiente ano reddit).

223) Acta nat. cur. Vol. IX. 1752. Obs. XI. p. 24 sq. (Parentes parvi aestimabant infantem, qui hinc mortuus est decimo post natalem die. Ignoraverunt parentes per aliquot dies filiolam ano carere, donec quotidie linteamina semper in anteriori regione faecibus conspurcata, posteriori prorsus munde relicta, cernerent).

224) Vandermonde *journ. de méd. T. VI.* 1757. p. 128 (In-

anus quidam succenturiatus observatus est, qui utplurimum in superficie externa anteriore abdominis sese aperuit. Ruyschius[227]) vidit „puerum, in cujus corpore nulla apparebat ani species; sed parvus, tenax, cavus, tenuis, membranosus sacculus, crassitie calami circiter scriptorii, adhaerens scroto; extremitas ejus erat clausa, et plenus porro erat faece aut nigro meconio, quod pellucebat. Quarto deinde vel quinto die sponte rumpebatur spurium hoc intestinulum, atque exonerabat se a faece dicta, et pauco dein tempore elapso moriebatur infans.“ Cruveilhier[228]) et Späth[229]) viderunt finem recti sub glande penis per canalem, qui superavit raphen scroti et penis. Schneider[230]) similem canalem invenit, qui a sacco intestini recti incepit et sub radice penis patuit. Littre[231]) dissecavit infantem recens natum sub partu maturo mortuum, cujus intestinum ileum in massam carnosam (*poche charnue*) ovi gallinacei magni-

simul vesica et uterus defecisse, et ureteres in labiis externis exitum habuisse dicuntur).

225) (*Description du cabinet du Roi. T. III.* p. 203). Papendorp l. c. p. 214.

226) Papendorp l. c. p. 249 (Mortua est puella, quoniam vagina, in qua rectum exitum habebat, ibi admodum angusta erat).

227) Adversar. anat. Dec. II. p. 43.

228) *Anat. pathol.* pl. 6. 1. *Livr.* — Ejusdem casus Monod (*revue méd. Oct.* 1830. p. 55) mentionem facit.

229) *Würtemb. med. Corresp.-Bl.* 6. *B.* 1836. *N.* 27. p. 212.

230) Naumann *Hdb. d. med. Klin.* 4. *B.* 2. *Abth.* p. 260.

231) *Mém. de l'acad. R. des sc. année* 1709. p. 12.

gnitudinis et formae abiit. Inde provenit canalis tres lineas longus, duas lineas latus, qui foramine rotundo in anteriore superficie, supra locum, ubi symphysis ossium pubis esse deberet, exitum habuit. Coecum, colon et rectum deficiebant, et plura alia conformationis vitia aderant. HARTMANN [232]) invenit aperturam coli in umbilico. MERY [233]) vidit in monstro bicorporeo finem intestini coli in umbilico, et in exomphalo [234]) supra locum, quem tenere debuisset symphysis ossium pubis. Eodem fere loco invenit PETIT [235]) in infante, qui 4 horas vixerat, foramen, quod duxit ad ileum sive jejunum et coecum; KLEIN [236]) in infante, qui decem dies vixerat, dicto loco duo foramina separata invenit, quorum alterum ilei, alterum recti finis et exitus erat. Simile quid vidit DELFINI [237]). JUNG [238]) vidit partem intestini ilei et coeci inversam, extra limites abdominis positam duplici foramine apertam, nec non processum vermiformem simul hiantem in externa superficie. THAMM [239]) vero ilei finem cum utro-

qu

232) Ephem. nat. cur. Dec. II. a. 10. obs. 162. p. 260.

233) *Hist. de l'acad. R. des sc. ann.* 1700. p. 39.

234) Ibid. *année* 1716. p. 142.

235) Ibid. *année* 1716. p. 89. et 91. 92.

236) Nova acta nat. cur. T. 1. p. 146.

237) *Opusc. scelti sulle scienze e sulle arti. Milano.* *T. V.*
p. 21 — 23 (MECKEL *pathol. Anat.* 1. *B.* p. 702).

238) Diss. symbola ad doctr. de vitiis circa abdomen conge
Bonn. 1825.

239) De genit. sexus seq. var. Hal. 1799. (MECKEL l. c. p. 704

que urethere in anteriore abdominis superficie apertum conspexit. Sic et Voisin[240]). Dietrichs[241]) colon transversum sub umbilico apertum vidit. Conquest[242]) anum invenit inter umbilicum et os pubis situm. Ulrich[243]) vidit in puero, qui tres dies vixerat, orificium, quod ad ileum et crassum intestinum duxit, simul cum vesica inversa et fissa, in regione ossium pubis, quae symphysi non conjuncta erant, situm et recti in regione ossis coccygis finem coecum. E contrario contendit de la Faye[244]), se vidisse duos infantes recens natos, quorum os sacrum in media parte habuisset foramen apici digiti aequum. In altero infante partem intestini hoc foramen superasse et herniae quandam speciem retulisse, in altero vero stercora per id abiisse. — Praeterea Lotze[245]) anum infra vaginam clausam collocatum, Coquin du Martel[246]) eundem in loco vaginae deficientis, et Pasquier[247]) duplicem anum conspexerunt.

6. La-

240) Sedillot *journ. de méd. T.* 21. *Par.* 1804. p. 353.

241) Zadig u. Friese: *Archiv d. prakt. Heilk.* 1. *B.* 1800. p. 485.

242) *Edinb. med. and surg. journ. Vol. VII.* 1811. *N. VI. Med. chir. Zeit.* 18. *Ergänzbd.* p. 370.

243) Meckel *Archiv.* 6. *B.* p. 536.

244) *Principes de chir. Par.* 1761. p. 456.

245) Diss. sist. casum singularem ani praeter naturam collocati et atresiae vaginae. Jenae 1827 (perinaeum prorsus deficiebat).

246) *Bull. de la soc. méd. d'émulat. A.* 1824. *Juin.* (insimul prolapsus vesicae urinariae aderat).

Fissura. 6. Laminae, ex quibus, autore WOLFFIO, intestina formantur, interdum non clauduntur, ita ut fissura remaneat, et in externa abdominis superficie sese aperiat. Alia respondet tenui, alia crasso intestino. Hae partes intestini ut plurimum non cohaerebant et praeterea atresia ani aderat. Tale quid FLEISCHMANN[248]) aliique observarunt.

§. VI.

Duplicitas. Diverticula.

Duplicitas. 1. Intestinum duplex esse solet, ubi ventriculus duplex est[1]). Totus vero canalis tantum in monstris bicorporeis duplex invenitur. Quod ad singulas partes intestini attinet, CALDER[2]) duodenum, JUNG[3]), DELIUS[4]), FLEISCHMANN[5]) et MECKEL[6]) coecum duplex invenerunt. Idem[7]) et FLEISCH-

247) *Compte rendu des travaux de la soc. de méd. de Lyon depuis le* 11 *Août* 1830 *jusqu'au* 1. *Janv.* 1833. 1837 (anus supra anum est collocatus, superior ad canalem 3 digitos longum, secundum os sacrum adscendentem canalem duxit).

248) De vitiis congenitis circa thoracem et abdomen. Erl. 1810. p. 33. tab. II. III.

1) Vid. P. III. Vol. 1. Sect. II. p. 213.

2) *Med. essays of Edinb. Vol. I.* p. 167.

3) Ephem. nat. cur. dec. 1. ann. 1. obs. 29 („unum loco ordinario, alterum vero jejuno intestino annectebatur," quare pro diverticulo habendum est).

4) DELIUS amoen. acad. 1747, dec. II. p. 92. c. fig.

5) FLEISCHMANN *Leichenöffn.* 1815. p. 4. 5. *fig.* 1. Id. de vitiis congen. circa thoracem et abdomen. Erl. 1810. Tab. IV.

6) MECKEL *Arch. f. d. Phys. Bd. III.* p. 28.

7) L. c.

Fleischmann[8]) in uno coeco duplicem processum vermiformem viderunt. Symptomata, quae inde sequuntur, non innotuerunt.

Diverticula.

2. *Diverticula* s. *appendices* s. *processus* dicuntur productiones laterales tubi intestinalis ejusque cavitatis. Quorum primum mentionem fecit Riolanus[9]), quem Bartholinus[10]) citat. Nec non Meibomius[11]) ea obiter tangit, quae F. Ruyschius[12]) accuratius descripsit et depingi curavit. Post eum dein eadem observarunt et descripserunt Littre[13]), Mery[14]), Verheyen[15]), Schröck[16]), Schacher[17]), Zwinger[18]), Schulze[19]),

8) *Leichenöffn.* p. 4, 5.

9) Anthropographia. Par. 1626. lib. II. cap. 14. p. 175 (nonnunquam in ileo intestino tres notavi appendices membranosas, huic [scil. processui vermiformi, Bartholinus habet coeco] similes).

10) Anat. L. Bat. 1671. L. I. cap. 11. pag. 67.

11) De vasis palpebr. Helmst. 1668. p. 6. — Quatuor lucul. anat. fascic. L. B. 1723. p. 128 (εκφυσις quaedam triangularis, plena excrementis).

12) Thesaurus anat. VII. Amst. 1726. N. 15. p. 7 (Ipse citat observ. suarum anat. chir. obs. XLVIII., ubi vero nil de hoc vitio inveni commemoratum). — Catalogus rar. 1725. Opera p. 149. N. II. fig. III.

13) *Mém. de l'acad. R. des sc.* 1700. p. 294 (in herniis reperta).

14) *Mém. de l'acad. R. des sc.* 1701. p. 272 (in hernioso).

15) Anatomia. Lips. 1718. Tract. II. cap. XI. p. 104. Tab. VI. fig. 3 (icon rudis).

16) Ephem. nat. cur. Cent. VIII. obs. 50. p. 331 (tres tumores membranosi in ileo juvenis 12 annos nati).

17) Teste anonymo in *Bresl. Samml. Nov.* 1721. p. 541.

ze[19]), Schlichting[20]), Weitbrecht[21]), Hunauld[22]), Amyand[23]), Walther[24]), Günz[25]), Bonazzolius[26]), Delius[27]), van Doeveren[28]), Heuermann[29]), Morgagni[30]), Fabricius[31]), de Horne[32]), Haller[33]), Sandifort[34]), Tabarrani[35]), Ludwig[36]), Greding[37]),

18) Acta nat. cur. T. 1. obs. 82. p. 157 (cum figura minus distincta).

19) Acta nat. cur. T. I. obs. 226. p. 502 (in puella recens nata intestinum ileum illo loco, qui quatuor latos pollices distabat a coeco, appendicem praeternaturalem habebat).

20) Acta nat. cur. T. VI. obs. 21. p. 105.

21) Commentar. acad. scient. Petropolitanae. T. IV. ad a. 1729. p. 262. Tabula XXIV. fig. 1. 2.

22) *Hist. de l'acad. R. des sc.* 1732. p. 29. N. II.

23) *Philos. transact.* Vol. 39. *for the years* 1735. 1736. p. 336. — *Vol.* 41. *for the years* 1744. 1745. p. 369.

24) Pr. de aneurysmatibus. Lips. 1738. p. 8. (vide Bose l. c.).

25) De herniis. Lips. 1744. p. 6. Not. e.

26) Comment. Bonon. 1745. T. II. P. I. p. 141 (valvula in orificio).

27) Amoen. acad. Lips. 1745. dec. II. p. 98. — Nova acta nat. cur. T. VI. obs. 3. p. 11.

28) Spec. observatt. acad. cap. V. p. 14. p. 76.

29) *Physiologie.* 3. *B.* 1753. p. 591.

30) De caus. et sed. morb. ep. 34. art. 16. et 17. Ep. 36. art. 23. — Ej. adversaria anatom. lib. 3. obs. 5. p. 9.

31) Animadvers. varii argum. med. (Pr. 1750.) Helmst. 1783. p. 22. obs. V.

32) Hautesierck *rec. d'obs. de méd. des hôp. mil.* T. II. p. 619 (tres digitos transversos longum et aeque amplum ac ileum).

33) Elementa physiol. T. VII. p. 96.

34) Observatt. anat. pathol. lib. 1. cap. X. p. 121. tab. VIII. fig. 8. lib. III. cap. I. p. 26. — Ej. Museum.

DING[37]), BOSE[38]), WRISBERG[39]), WALTER[40]), DUPUYTREN[41]), SÖMMERRING[42]), ELSNER[43]), ROSENMÜLLER[44]), ISENFLAMM[45]), OTTO[46]), MECKEL[47]), LUCAE[48]), FÜLLING[49]), FLEISCHMANN[50]). Nostris temporibus vix desunt exempla diverticuli in ullo museo anatomico. Diverticula ab autoribus laudatis descripta fere omnia sedem habent in intestini ilei parte, quae plus minusve distat a fine ejusdem; iisdem membranis constant, easdem glandulas, vasa et nervos habent, ac intestinum ipsum. Dantur, quae ore aperto in umbilico hient, plu-

35) *Atti dell' acad. della scienza di Siena.* 1767. *T. III.* p. 99. in appendice.

36) Advers. med. pract. Vol. I. P. II. p. 363.

37) Ibid. Vol. III. P. I. p. 99.

38) De diverticulis intest. Lips. 1779. 4 (tractatus completus).

39) LODER *Journ. f. Chir.* 1. *B.* 2. *H.* p. 182. et tab. IV.

40) Museum anat. p. 264. N. 1578. 1579.

41) *Bull. de l'école de méd. an.* 13. et 14. p. 58.

42) BAILLIE *Anat. d. krkh. Baues.* p. 116. *Zus.*

43) METZGER *ger. med. Beobachtt.* 1781. 2. *Th.* p. 35.

44) *Beitrr. f. d. Zergliederungsk.*

45) *Ebend. B.* 2. *H.* 2. p. 275.

46) *Seltne Beobacht.* 1. *H.* p. 122.

47) *Ueb. d. Divertikel am Darmkanal.* REIL *u.* AUTENRIETH *Archiv f. d. Physiol.* 9. *B.* p. 421. *Pathol. Anat.* 1. *B.* p. 553—597 (viginti casus vidit remque uberrime tractavit).

48) *Anat. Bemerkk. üb. d. Divertikel am Darmkanale u. d. Höhlen d. Thymus. Nürnb.* 1813.

49) Diss. obs. de diverticulo intestinali sex mensium embryonis herniam umbilicalem referente. Marb. 1817.

50) *Leichenöffnungen.* Erl. 1815. p. 1.

plurima vero clausa saccum coecum referunt. Ab apice hujus sacci filum ad mesenterium tendens viderunt SANDIFORT[51]), VAN DOEVEREN[52]), OTTO[53]). Unum aut plures digitos transversos longa, nunc angustiora, nunc ampliora intestino, nunc ejusdem ambitus, ac illud, cylindrica aut conoidea forma sunt, utplurimum angulo recto, rarius obliquo abeunt ab intestini parte mesenterio opposita (sed non constanter), quin valvula quaedam adsit (quam vero BONAZZOLIUS et MECKEL invenerunt). Haec diverticula ilei MECKEL, TIEDEMANN, LUCAE ab evolutione tubi intestinalis impedita derivant, quibus FLEISCHMANN solus contradicit. — Praeter haec, quae sedem habent in intestino ileo, inventa sunt in alia intestini parte diverticula. In duodeno MORGAGNI[54]), OTTO[55]), FLEISCHMANN[56]), in media parte jejuni GREDING[57]), in colo LOSCHGE[58]) (plura), in colo transverso LITTRE[59]), HEUERMANN[60]),

51) L. c. lib. I. p. 124. fig. VIII. tab. VIII.

52) Obs. acad. p. 80.

53) Monstr. sex anat. et phys. disq. p. 16.

54) De caus. et sed. morb. ep. 34. art. 17 (duobus ferme digitis infra pylorum cellulam non multum extuberantem sed orificio digitum admittente, nulla cinctam tunica, praeter extimam).

55) *Seltne Beobachtt.* p. 122.

56) *Leichenöffn.* p. 1.

57) LUDWIG adversaria med. pr. Vol. III. p. 100 (minoris molis BOSE).

58) ROTH diss. pathologia coli. Erl. 1802. p. 22 (fibrae musculares non aderant).

59) *Mém. de l'acad. R. des sc. à Paris.* 1714. p. 259 (BOSE pro extensione partis habet).

MANN[60]), ROTH[61]), in colo descendente GREDING[62]), ROTH[63]), in intestino recto MORGAGNI[64]) diverticula animadverterunt. Quorum alia nimiae energiae vis plasticae adscribuntur et ad duplicitatem intestini referuntur[65]), alia a ruptura membranae internae derivantur. Illa tunicas easdem habent ac intestina, haec tunica musculari destituta, illa congenita haec acquisita sunt, et illa ad vera diverticula referuntur, haec falsa sive spuria dici solent et formam globosam, vesicae similem habent, utplurimum minus amplum orificium habent, quam vera. Quae diverticula ore aperto in superficie abdominis hiant, prioribus septimanis post partum lethalia sunt, minus, ut videtur per se, sed propterea, quod alia conformationis vitia adsunt; colon enim utplurimum non formatum fuerat. Quare clauso diverticuli orificio infantes moriuntur. — Diverticula clausa nil damni afferre videntur; contenta in iis non retinentur, quoniam fibras musculares habent. — Saepius diverticulum lapsum est in herniam inguinalem, id quod LITTRE bis,

60) *Physiol.* 3. *Th.* p. 591 (per errorem legitur *Quereöco.* Strictura non describitur).

61) L. c. p. 21.

62) L. c.

63) L. c. p. 21.

64) Adversar. anat. lib. III, animad. 5 (cellulam vidit mediocris ficus magnitudine, ex eadem, ac intestinum substantia, tunica interna laevissima et orificio reliquae cavitati ferme aequali cum ejusdem intestini tubo communicantem).

65) MECKEL *pathol. Anat.* 2. *B.* p. 18.

bis, Mery, Wrisberg, Hasenöhrl[66]) et Meckel observarunt. Quae ubi strangulata fuerit hernia, symptomata solito mitiora esse possunt, quid quod Wardrop[67]) sine damno tale diverticulum resecasse videatur. Minter[68]) refert de hernia crurali foeminae, quae solum ilei diverticulum in se continebat, quaeque a medico cultri ope aperta, fistulam stercoralem relinquebat. Praeterea accidit nonnunquam, ut vasa omphalomesaraica, quorum vestigia Heusinger[69]) duplici in casu vidit, obliterata remaneant et filum exhibeant, quod postea intestina strangulare potest. Id observaverunt van Doeveren[70]), Moscati[71]), Duvigrandit, Louis[72]), Selle[73]), Monro[74]), Martin et Regnault[75]), Lawrence[76]), Ullrich[77]), Retzius[78]),

66) Hist. med. morbi epidem. cui adj. obs. anat. dec. Vien. 1760. obs. VI. p. 63 (ipsa substantia ilei, quod efformavit herniam in saccum oblongum, processus vermiformis aemulum, fuit producta).

67) Monro *on the crural hernia.* 1803. Langenbeck *chir. Bibl. B.* 1. p. 842.

68) Müller *Archiv f. Anat. Phys. Jahrg.* 1835. p. 507.

69) *Zeitschr. f. organ. Physik.* 1. *B.* 3. *H.* no. *V. VI.*

70) Observatt. acad. no. V.

71) *Mém. de l'acad. de chir.* 4. *T. III.* p. 468. 12. *T. IX.* p. 103.

72) Ibid. 4. T. IV. p. 256. 12. T. XI. p. 372.

73) *Neue Beiträge.* 1. *Th.* p. 33.

74) *Morbid anat. of the gullet* etc. p. 538. *pl.* XX.

75) *Bull. de la faculté et de la soc. de méd. de Paris a.* 1816. p. 248. 250. *Annales de la soc. de méd. pr. de Montpellier. T.* 42. p. 185. Meckel *Archiv f. Physiol.* 4. *B.* 2. *H.*

TZIUS [78]), RAYER [79]), WAGNER [80]), ROKITANSKY [81]), FALK [82]), ESCHRICHT [83]), WOLFF [84]), TRIER [85]). Sed diverticulum adesse, vitae tempore vix unquam cognosci potest, nec datur, quod ad curam ejusdem aliquid facere possit.

§. VII.

Vitia congenita processus vermiformis et valvulae coli.

1. Processus vermiformis deficit primum simul cum deficiente coeco [1]), praeterea vero etiam eodem praesente, quoad formam nonnunquam aberrante. Id observarunt NIC. MASSA [2]), BARTHOLINUS [3]), Vitia proc. verm.

76) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 34. p. 314. FRORIEP *Notizen.* 29. *B. N.* 12. p. 186 (diverticulum 4″ longum ope ligamenti 1½″ longi cum umbilico cohaesit et intestinum compresserat).

77) *Krit. Repert. f. d. ges. Heilk.* 23. *B.* 1. *H.*

78) *Års Berattelse af Setterblad.* 1835. p. 48. DIEFFENBACH, FRICKE u. OPPENHEIM *Zeitschr. f. d. ges. Med. Bd. IV. H.* 2. p. 254.

79) *Arch. gén. de méd. T. V.* 1825. *Mai.* HUFELAND *Bibl.* 55. *B.* p. 157.

80) *Med. Jahrb. d. österr. Staates.* 13. *B. od. neuste Folge* 4. *B.* p. 201. 207 (duo casus).

81) Ibid. 19. *B. od. neueste Folge* 10. *B.* p. 663.

82) Diss. de ileo ex diverticulis, adj. morbi historia c. tab. Berol. 1835.

83) MÜLLER *Archiv f. Anat. Phys. Jahrg.* 1834. p. 222 (duos casus refert).

84) *Med. Zeit. d. Vereins f. Heilk. in Preussen.* 1833. *N.* 36.

85) PFAFF *Mittheill.* 3. *Jahrg. H.* 9. 10.

1) Vid. §. V. N. 1.

nus[3]), Morgagni[4]), Santorinus[5]), Fürstenau[6]), Hunter[7]), Delius[8]), Autenrieth[9]), Meckel[10]), et egomet[11]) ipse. Aut ne vestigium quidem ejus aut rudimentum sub forma tuberculi rotundi inventum est. — Idem admodum brevis et angustus fuit, uti referunt Morgagni[12]), Sömmerring[13]), Meckel[14]), Otto[15]), Fleischmann[16]), Tiedemann[17]). Contra processus vermiformis nonnunquam longitudine et amplitudine excelluit; id quod conspexerunt Reinmann[18]), Valsalva[19]), Crel-

2) Portal *hist. de l'anat. et de la chir. T. I.* p. 352.

3) Hist. anat. rar. Cent. 1. hist. 63.

4) Adversar. anat. III. animadv. 14. p. 27. De sed. et c. morb. ep. 26. art. 37.

5) Morgagni adversar. III. l. c. p. 23.

6) Acta nat. cur. T. IX. obs. 5. p. 16.

7) *Phil. transact.* Leske *Auszüge.* 2. *Th.* p. 110.

8) Amoenit. med. Dec. II. p. 92.

9) Tritschler observatt. in hernias praes. int. coeci Tub. 1806.

10) L. c. p. 599.

11) *Heid. klin. Ann. B.* 8. *H.* 4. p. 535.

12) De sed. et c. morb. Ep. 67. art. 11.

13) Baillie *Anat. d. krankh. Baues, übers. v.* Sömmerring. p. 123. art. 32.

14) L. c. p. 600.

15) *Seltne Beobachtt.* 1. *H.* p. 123.

16) *Leichenöffnungen.* p. 93.

17) Merling diss. proc. vermif. anat. pathol. Heidelb. 1836. p. 6. Tab. I. fig. 2. et 3.

18) Nova acta nat. cur. T. 1. obs. 71. p. 294. tab. V. fig. 3 (6″ longus et 1″ et quod excurrit amplus).

19) Morgagni de sed. et c. m. ep. 20. art. 16 (8″ longus et calami anserini amplitudinem aequans).

Crelle [20]), Sömmerring [21]), Autenrieth [22]), Blackkader [23]), Welge [24]), Lesser [25]), Tiedemann [26]). Infundibuli instar abit interdum a coeco et solito amplior manet, foetalem formam referens, teste Otto [27]). In ostio ejusdem, quod vulgo patet, rugam aut valvulam conspexerunt Morgagni [28]), Vosse [29]), Weitbrecht [30]), Haller [31]), nec non in ipsa appendice valvula latuit [32]). Tandem plures formae, situs et directionis varietates exhibet, quarum mentio-

20) Acta nat. cur. T. IX. obs. 58. p. 226 (digiti medii apicem recipere potuit).

21) Baillie *Anat. d. kr. Baues. Uebers. v.* Sömmerring. p. 123 (5″ longus).

22) Tritschler l. c. p. 23.

23) *The Edinb. med. and surg. journ.* 1824. *Jul. N.* 80 (lumbricum in se continebat proc. verm.).

24) Roose *Beitrr. zur öffentl. u. ger. A. K.* p. 71 (quartam ulnae partem longus mireque volutus).

25) *Entzünd. u. Verschwär. d. Verdauungsorg.* p. 147.

26) Merling l. c. p. 5 (descripta et delineata sunt tria exempla, quorum primum 5″ 3‴ longum et 3‴ amplum, tab. I. fig. 5., secundum 6″ 9‴ longum et 3‴ amplum, fig. 6., tertium 5″ longum, 7‴, 6‴ et 4‴ latum fig. 4. fuit).

27) *Seltne Beobacht.* 1. *H.* p. 123.

28) Adversar. anat. III. N. 14.

29) Diss. de int. coeco. Rec. in Halleri coll. diss. anat. T. VII. p. 190.

30) Comment. Petropol. T. XII. p. 325.

31) Elementa physiol. T. VII. p. 118.

32) Comment. Bonon. T. II. p. 140.

tionem faciunt Vosse[33]), Haller[34]), Morgagni[35]), Santorinus[36]), Sandifort[37]). Processus vermiformis, qui longitudine (vix semper congenita) excellit, facile delabi potest in herniam[38]) et congenitam et acquisitam. Eundem coaluisse nonnunquam cum partibus vicinis et internam eamque lethalem partium intestini strangulationem effecisse observarunt Marteau et Bourgeois[39]), Moreau[40]), Monro[41]), Meyer[42]), Kloeckhof[43]), Ehrhardt[44]), Scarpa[45]), de Seckendorf[46]), Joyand[47]), Seiler[48]), Abercrombie[49]), Wagner[50]), Rostan[51]), Mourel[52]). Praeterea vero pro-

33) L. c. p. 189. 34) L. c. p. 117.

35) Adversar. anat. T. III. 26.

36) Obs. anat. cap. IX. §. IX.

37) Observatt. anat. lib. IV. cap. XI. p. 28.

38) Merling sedulo casus collegit. l. c. p. 7.

39) *Journ. de méd. T.* 32. p. 327.

40) Ibid. 1790. *T.* 81. p. 217.

41) *Essays of a soc. in Edinb. Vol. II.* p. 368.

42) Diss. de strangul. in cavo abdom. p. 6. *N. Samml. auserl. Abh. f. W. Ae.* 16. *St.* p. 152.

43) Acta Harlem. P. XII. App. p. 37. N. 8. — *Samml. auserlesner Abh. f. pr. Ae.* 1. *B.* 2. *St.* p. 184.

44) N. acta nat. cur. Vol. VIII. (locum non inveni).

45) *Ueb. d. Brüche. Abh.* 2.

46) L. c. (hunc casum et ipse vidi).

47) *Dict. des sc. méd. T.* 23. p. 564.

48) Rust *Handb. d. Chir.* 8. *B.* p. 600.

49) *Krkh. des Magens, Darmkanals. A. d. Engl. v.* van den Busch. p. 160.

50) *Med. Jahrbb. d. österr. Staates.* 13. *B. od. neueste Folge* 4. *B.* p. 213. 219.

processus vermiformis vitia congenita nil damni ferre videntur, saltem non nota sunt eorum symptomata. Solus Reinmann [53]) mentionem facit doloris insignis colici, quem in dextro hypochondrio sentiebat aeger septuagenarius per aliquot annorum spatium ante obitum, idque constanter eodem loco. Dolor saepius, praecipue ubi corpus vehementer moveret aut ira excandesceret aeger, recruduit. Idem vero dolor testatur, processum seriore demum tempore tantopere increvisse.

2. Valvulam coli prorsus deficere ejusque vices fibras musculares singulari ordine, copia ac firmitate gessisse, observavit Rezia [54]) in adulto. „Coecum erat conicum, aequale, brevissimum, contractum atque infundibuli instar in vermiformem appendiculam statim abscedens, quae appendicula e fundi centro coeci serpentinis inflexionibus producebatur." „Intestini ilei extremum quatuor vel quinque pollicum longitudine praeternaturalem quamdam prae se ferebat dilatationem, quae sensim intestinum crassum versus augescebat, ad quod tandem ubi pervenit, aliquantisper diametro iterum contracta in ipsius cavitate retro adpendiculae vermiformis originem in laterali, sinistra inferiore ac posteriore ejusdem intestini coli parte rotundo ac patente orificio aperiebatur." Vitia valv. coli.

„Mu-

51) *Arch. gén. de méd.* T. 19. 1829 *Mars.* p. 337.

52) Ibid. 1837. *Juillet.* p. 381.

53) L. c.

54) Opuscula anat. et pathol. Ticini 1784. N. III. p. 26. tab. 1. fig. 1. et 11.

„Mutuo concursu intestina non angulum verum quemdam arcum efficere videbantur.“ — Nec non de HAËN[55]) valvulam deficere ejusque loco foramen rotundum in intestinum ileum hians observavit et depingendum curavit. Simile quid HOPFENGAERTNER[56]) observavit. Praeterea SÖMMERRING[57]) monet formam valvulae coli diversam esse; ejus alas esse nonnunquam tam debiles et breves, ut apertura perfecte claudi non possit, alias vero valvulas (utut rariores) fortes et longas ita ut apertura minima remaneat.

§. VIII.

Intestinorum volumen auctum et diminutum; longitudo varia.

Monitum. 1. Volumen totius tractus intestinorum vix umquam ita vel auctum vel diminutum est, ut pro morbo aut vitio haberetur. Etenim leviores vicissitudines nec cognosci possunt, nec damnum ferunt. Praeterea tenendum est, volumen intestinorum in statu valetudinis prosperrimae pro aetate, sexu, constitutione et copia contentorum varium esse.

Volumen auctum. 2. Nihilotamen secius in cadaveribus dissectis intestini partes tanti ambitus frequenter invenimus, ut de morboso statu dubitari nequeat. Prae

55) Rat. med. cont. P. II. Sect. II. c. 2. PLATNER *Uebers.* 8. *Bd.* p. 127. tab. IV.

56) HUFELAND *Journ.* 6. *Bd.* p. 536.

57) BAILLIE l. c. p. 124. N. 38.

Prae aliis id valet de intestinis crassis, quae aëre distenduntur[1]), aqua[2]), corpore peregrino, faecibus[3]) diutius retentis et majore copia coacervatis implentur[4]). Id accidit, si contenta majore copia

1) Morgagni ep. 20. art. 16. ep. 21. art. 19, 30, 33, 35, 36. ep. 43. art 22. ep. 52. art. 2. ep. 55. art. 10, 11.

2) Pet. Frank (del. opusc. V. 6. p. 204. de partu difficili ob hydropem intest.) vidit intestinum infantis recens nati viginti vesicis, aqua impletis constans, quae 8 libras seri in se continebant.

3) S. G. Vogel *allgem. med. diagnost. Unters. Th. I.* p. 99.

4) Morgagni ep. 34. art. 27 (In cadavere mulieris, quae anno ante in dorsum ceciderat, quaeque ingenti nuper dolore cum vomitionibus conjuncto dies aliquot conflictata erat, intestinum coecum a semifluidis flavis stercoribus ita dilatatum erat, ut ventriculum mentiretur. Idem inflammatum quoque erat). Ep. 48. art. 38 (duodenum multo amplius erat, quam solet longiorique insuper tractu a dextris vertebrarum se demittebat). Andral (*clinique méd. T. II.* p. 133) vidit totum duodenum ejusque tres portiones ita dilatatas, ut pugnus facile immitti posset. Contra intestini jejuni initium contortum simul cum mesenterio, quod chordae instar strangulationem effecit. Ruysch observat. anat. chir. Cent. obs. 92 (aperto cadavere puellae quinquennis praeter eam intestini coli partem, quae rectum nominari incipit, vix ullum abdominis viscus conspicere potuit, idque propter enormem extensionem in dicta intestini coli parte, sub qua caetera latitabant viscera). — St. André (*phil. transact. Vol.* 30. N. 351. p. 593). vidit in cadavere viri, qui sumta magna copia cerevisiae anglicae (*Oat-Ale*) colica vehemente correptus obierat, ilei diametrum quatuor, coli autem octo pollicum. Simul pars coli, omenti et pancreatis in cavitatem thoracis protrusa fuerat. — Battini *di una sing. tardanza agli sgra-*

copia adsunt, eaque aut ob atoniam intestini aut propter angustiam inferioris ejusdem partis diutius

vi *intestinali. Atti di Siena. T.* 8. p. 237 (colon dilatatum ad 5″ 26 ℔ faecium in se continebat). — BAILLIE *an account of the case of a man who had no evacuation from the bowels for nearly sixteen weeks before his death. Transact. of a society for the improvement of med. and chir. knowledge Vol. II. N.* 14. WELLS ibid. Vol. III. N. 14 (intestinum diametrum 6″ habebat). — BASSUS observatt. anat. chir. med. Dec. III. obs. 9. (colon et coecum summopere dilatata). — MECKEL *pathol. Anat.* 2. *B.* 1. *Abth.* p. 290 (Idem et DUMAS *rec. pér. par* SEDILLOT T. 23. citat. Locus vero, quem inveni p. 59., huc non pertinet). — Casum memoria dignissimum SCHÜTTE (GRÄFE *u.* WALTHER *Journ. B.* 14. *H.* 2. p. 311.) refert pueri triennis, qui inde a primo vitae die pertinacissima obstructione (soli adipi suillo cedente) laboraverat. Cadavere aperto ventriculus et duodenum normalem ambitum habebant, deinceps vero intestina tenuia usque ad intestinum coecum sese dilatabant ita, ut hoc $10\frac{1}{4}''$, colon medium vero $11\frac{1}{2}''$ aequaret. In apice processus vermiformis nucleus cerasi latebat. Haec dilatatio sine dubio congenita erat et crescebat coacervatis contentis. — SALMON (FRORIEP *Notizen. B.* 40. p. 217) colon integrum a strictura recti duris faecibus impletum ita dilatatum vidit, ut pars transversa usque ad symphysin ossis pubis descenderet, nec non adscendens et descendens sese contingerent et concreta essent. Membranae crassae. — SCHNEIDER (*Heid. klin. Annal.* 7. *B.* 2. *H.* p. 307) vidit intestinum crassum cavitatem abdominis ita occupare, ut tenuia in cavitatem pelvis depressa essent. — ADELMANN (*Rheinische Jahrb. d. Med. u. Chir.* 1. *B.* 1. *H.* p. 220) in viro sexagenario, qui quovis die bis terve excrementa pultacea reddiderat, nonnunquam diarrhoea laboraverat, colon descendens in saccum, qui duos pugnos continere potuit, dilatatum et

tius retinentur. — Unde abdominis volumen augetur, plenitudo, sensus ponderis, dolores, tensiones ab aegro accusantur, alvus adstricta est et obstructiones rebelles sequi solent. — Diagnosis utplurimum ex his signis recte constitui potest. Duplex datur dilatationis intestinorum species; transitoria et perennis, illa insignis est tenuitate, haec crassitie parietum; illa a coacervatis contentis pendet, haec coacervationes efficit vel congenita est, vel originem debet illi. Utrum vero coacervatio ista et dilatatio temporaria sit et a caussa transitoria pendeat, an ea sit perpetua cum aliena nutritione intestini conjuncta, saepe dubium superest; quod ut solvatur, temporis ratio habenda est. Illa faustam proguosin admittit, haec minus. Utraque diu ferri potest. Cura in eo ponitur, ut medicaminum et clysmatum ope ea, quae intestina distendunt, evacuentur. Quae proxime et immediatim attingant intestinorum dilatationem, vix dantur remedia. Contra videndum est, num symptomatibus molestioribus medicamentis, alio loco indicandis, adhibitis fortasse mederi possimus. Nec non diaeta parciore opus est. Tandem caussarum ratio habenda; angustia inferioris intestini partis, si fieri potest, auferenda; atonia remedia tonica, roborantia, minime vero adstringentia indicat, inter quae lignum quassiae aliaque mere amara commendantur.

3. Vo-

ruptum invenit). Ebers (Hufeland *Journ.* 83. *B.* 2. *St.* p. 73) omnia intestina maxime dilatata et faecibus plena invenit sine constrictione.

Volumen diminutum.

3. Volúmen intestinorum diminuitur et penuria[5]) contentorum et contractione membranae muscularis, quae vario modo oriri potest. Morgagni id observavit in intestinis tenuibus[6]), multo saepius vero in crassis[7]). Similia et alii[8]) obser-

5) Stieglitz in Hufeland *Journ.* 1. *B.* p. 543 (infans 10 mensium atrophia consumtus sectione facta exhibuit ventriculum dilatatum, pylorum, duodenum aliaque intestina coarctata. Angustationem pylori pro primario vitio haberem, quam et dilatatio ventriculi et coarctatio intestinorum a penuria contentorum sequutae sint).

6) Ep. 59. art. 18 (intestina ad contractum mesenterium retracta, eorum tunicis subrigidis et quasi exsiccatis a bile aeruginosa, quae experimentis institutis in animalibus vim veneni exseruit).

7) Ep. 29. art. 12 (colon, ut par erat post longam cibi abstinentiam, ab initio ad finem usque contractum). Ep. 48. art. 37 (colon, praeterquam initio adeo contractum, ut vix digiti pollicis crassitiem superaret). Art. 38 (colon totum, si initium excipias, quod cum coeco aëre erat turgidum, adeo se contraxerat, ut unum e tenuibus esse videretur). 55 (arctissimum in infante, qui duplex hepar habuit). Ep. 62. art. 7. Ep. IV. art. 16 (transversum e situ normali dimotum valde angustum). Art. 35 (colon ad crassitudinem pollicis sub ventriculo contractum). Ep. 18. art. 2 (colon ad tractum non parvum et praesertim, quo a dextero ad sinistrum hypochondrium fertur, adeo contractum ut non valde superaret pollicis crassitiem). Ep. 24. art. 34 (colon a jecinore ad finem usque in perangustas cellulas contractum). Ep. 51. art. 39 (coli pars, quae in transversum ducitur tota et partium utriusque proximarum portio ferme ad pollicis tenuitatem contracta). Ep. 54. art. 39 (sinistra pars coli et rectum valde contracta). Ep. 55. art. 10 (colon sinisterius prope ventriculum contractum).

8) Leclerc in Hautesierck *recueil* Vol. II. p. 624 (in po-

servarunt et egomet ipse vidi[9]). Quodsi volumen intestinorum diminutum est, eorundem lumen etiam diminui debet. Angustatio intestini vero, quae inde sequitur, rarissime[10]) tanta esse videtur, ut gravius damnum cieat, cujus infra[11]) mentio fiet. — Intestinum coecum reperit Ludwig[12]) in

tore spiritus usti ventriculus et intestina tenuia contracta fuerunt). Nahuys in nov. act. nat. cur. Vol. V. obs. 2. p. 8 (colon chordae instar contractum, „incipiebat ad distantiam trium quatuorve pollicum ab eo loco, ubi ileum in colon transit. — — Summa illa intestini coli angustatio per totum ipsius tractum se extendebat fere ad ipsius finem et vix pollicari a recto distantia finiebatur"). Vater et Weidner diss. chordapsus Celsi occasione ventris enormiter contracti in homine subita morte extincto observati. Viteb. 1738. Haller diss. ad morb. hist. fac. T. III. N. 82. p. 223 („contractio enormis abdominis ac retractio ad interiora." „Intestina omnia ita coarctata fuerunt ac si nullam intus cavitatem haberent nihilque continebant"). Stark *klin. u. anatom. Bemerkk.* §. 7. p. 12 (angustata et dilatata intestini cum tenuis tum crassi loca alternantia).

9) V. c. in cadavere puellae biennis tenerrimae omnia intestina et colon praecipue, contentis fere prorsus destituta, admodum contracta erant, aëre vero inflato distendi poterant.

10) Nahuys l. c. inde derivat dolorem colicum, qui tantus fuit, ut aegra manus sibi inferret. — Vater (l. c.) narrat, virum 24 annos natum, cerevisia plenum, domum reversurum subitanea morte oppressum, altero mane mortuum repertum esse, idemque tribuit intestinorum angustationem spasmo.

11) Cap. VI. §. XXIX.

12) Diss. de situ visc. abd. abn. p. 2. N. 9.

in primo conformationis statu in viro quadragenario, idem REZIA [13]), OTTO [14]) et SÖMMERRING [15]) perparvum viderunt. Hoc vitium nil damni afferre videtur.

Longitudo.

4. Longitudinem tubi intestinalis variam esse, quin inde multum damni valetudini feratur, constat inter omnes. Nonnunquam vero vicissitudines longitudinis erant enormes, ita ut iis, quae enarrantur ab antiquioribus auctoribus, vix fidem habere possimus. CHABROL [16]) in viro 40 annorum intestinum invenit flexuris destitutum, sub forma sigmoidea fere recto tramite a ventriculo ad anum descendens, quatuor palmos longum, sed amplum; pylorus deficiebat. DIONIS [17]) et BELLOT [18]) idem non longius viderunt quam abdomen. Hi triumviri voracissimi fuerunt. HELVICUS DIETERICUS [19]) de foemina retulisse dicitur [20]), in cujus corpore solum intestinum rectum ad dimidiam ulnam inventum fuerit. DE POZZIS [21]) in foemina hydropica tubum intestinalem, tres ulnas lon-

13) Opusc. anat. et pathol. 1784. N. III.

14) *Pathol. Anat.* p. 279. 15) BAILLIE *Anat.* p. 279.

16) Observatt. anat. obs. X.

17) *Anat. de l'homme. Par.* 1696. p. 156 (intestina hydropici longitudinis, quae tantum sufficeret, ut a ventriculo ad anum pertingerent).

18) *Rapport des travaux de la soc. ph. T.* 1. p. 33.

19) Respons. med. de acid. Schwalbacens. p. m. 44.

20) Ephem. nat. cur. Dec. III. a. III. p. 230.

21) Ephem. nat. cur. Dec. I. a IV. obs. 30 („haec domina multi fuit et crassi cibi, non bis in die sed saepius comedendo, quasi lupino fuisset donata intestino").

longum invenit; deficiebat coecum. FABRICIUS [22]) mentionem facit tubi intestinalis, qui corporis longitudinem ter et dimidiam partem superavit. HEISTERO [23]) teste intestinum tenue viri sexagenarii duplicem corporis longitudinem aequavit. ABERNETHY [24]) intestinum tenue pueri caeteroquin bene formati (4′ 3″ longi) duos pedes, crassum vero quatuor pedes longum vidit. Intestinum crassum justo longius esse, praeter illum observarunt DE HAEN [25]), GER. SANDIFORT [26]), KELCH [27]), OTTO [28]). Ubi vero intestinum crassum longitudine excellit, plures et insolitae ejusdem flexurae, quorum infra [29]) mentio fiet, exoriuntur, ejusque situs mutatur. Inde sequi videtur, intestinum tenue brevitate, crassum vero longitudine abnormi frequentius notatum esse. Quo vero brevius est intestinum, eo major ciborum copia assumi debet.

§. IX.

22) Animadvers. varii argum. p. 38 (foemina fuit coelebs 80 aet. anno proxima).

23) Acta nat. cur. T. X. p. 7 („gesticulator intestina facile in cavum dextri hypochondrii, quod inter hepar et costas fuit, repellere et abscondere poterat ita ut abdomen infra costas usque ad ossa pubis et iliorum omnino vacuum videretur“).

24) *Phil transact.* 1793. p. 63.

25) Rat. med. T. VIII. S. cont. P. II. Sect. II. c. 2. Vers. germ. 8. B. p. 130. tab. VIII. fig. 1.

26) Tabb. anat. Lugd. 1804.

27) *Beitrr. zur pathol. Anat. Berl.* 1813. p. 45.

28) *Pathol. Anat.* p. 280.

29) §. IX. N. 4.

§. IX.

Intestinorum situs abnormis.

Notio. 1. Intestinorum situs vicissitudines omnium frequentissimae sunt. Vix enim datur homo, in quo flexurae [1]) intestini tenuis accurate eaedem sint, ac in altero. Hae vero ad varietates justo referuntur nec magni habentur. Contra vero aliae situs abnormitates aut in cadaveribus maxime in oculos cadunt, aut damnum quoddam vivis attulerant, quae aut primae conformationi originem debent aut seriore vitae tempore acquiruntur eo ut partium vicinarum tumore aut laesione e loco suo dimoveantur intestina, eorumve morbi alii situm quoque mutent; porro vestimenta nimis firma et stricta, vita sedentaria et motus nimius jure accusantur, nec non potus et cibi nimii et incongrui, et ea omnia, quae in intestinis continentur ibique obstructione valente diutius retinentur, cruditates, scybala, aër situm commutare possunt. De hisce situs vicissitudinibus egerunt Schacher [2]), Vater [3]), Troschel [4]), Leuringh [5]), Ludwig [6]). Innocuae ferme

1) Morgagni (ep. 21. art. 19) insolitos ilei et coli gyros et complicationes commemorat easque pro argumento herniae in qua antea sita fuerint, habet. — Idem (ep. 62. art. 5.) ilei partem non parvam intra pelvin valde profunde se dimittentem vidit.

2) Diss. de morbis a situ intestinorum praeternaturali. Lps. 1721.

3) Diss. de situ naturali et praeternaturali coli. Witeb. 1737.

4) De morbis ex alieno situ partium abdominis. Francof. 1754.

ferme sunt, nisi intestinorum ambitus simul diminuitur, unde obstructiones, retentiones faecum, et ileus ipse oriri possunt.

2. Sita sunt intestina cum aliis visceribus a vitio congenito in latere opposito, de qua re supra [7]) jam actum est. Quoad intestina id inprimis conspicitur in intestino duodeno, caeco et recto. — Plane singularem vix omni fide dignum casum ESCHENBACH [8]) refert, in quo intestinum colon

Translatio viscerum.

5) Diss. de morbis a situ intestinorum crassorum pendentibus. Groen. 1757.

6) Pr. observatt. de situ praeternaturali viscerum imi ventris. Lps. 1759. — Ej. pr. de causis praeternaturalis viscerum abdominalium situs. Lps. 1759.

22) Epid. VII. ed. KÜHN. T. III. p. 702. „Abderae Dinii puero ad umbilicum mediocriter pertuso, fistula parva relicta est, interdumque lumbricus crassus per se pervasit, cumque febricitaret, ut ajebat, biliosa, quod et ipsa hac prodibant. Huic intestinum in fistulam prolapsum est ac velut fistula corrodebatur rursusque disrumpebatur, tussiculaeque intus permanere non sinebant."

herniae vaginalis commemorat SCHOTTIN[23]), ubi ruptis sacco hernioso et vagina ipsa intestina ex vagina egressa sunt; et BRODIE[24]) casum refert intestinorum tenuium per rupturam transversam intestini recti et per anum prolapsorum.

Prolapsus ani.

6. Omnium frequentissimus est prolapsus ani[25]), qui in eo consistit ut pars intestini inversi ex ano egrediatur, et membrana interna aëre et vestimentis afficiatur. De hoc vitio egerunt HIPPOCRATES[26]), GALENUS[27]), PAULUS AEGINETA[28]), AËTIUS[29]), CELSUS[30]), ALBUCASIS[31]), AVICENNA[32]), AMATUS LUSITANUS[33]), FABRICIUS ab AQUAPENDENTE[34]), PARAEUS[35]), SCHACHER[36]), SCHURIG[37]), WEDEL[38]), LUTHER[39]), HEISTER[40]), JUNKER[41]), SENFF[42]),

23) L. c. p. 24.

24) *London med. and phys. Journ.* 57. *Vol.* p. 529. — GERSON *u.* JULIUS *Mag. Bd.* 14. p. 459.

25) *Syn.* procidentia ani, s. sedis; archoptosis; archoptoma; ectopia; exania; proctocele; sedes procidua. GERM. *Aftervorfall.*

26) De fistulis ed. KÜHN. T. III. p. 336.

27) Ed. KÜHN. Vol. III. p. 392. XIII. 312. 314. XIV. 383. 541.

28) Lib. III. cap. 59.

29) Tetrab. I. Serm. IV. c. 24. Tetrab. IV. Serm. II. c. 7. 8.

30) Lib. VI. cap. 18. n. 10.

31) Chir. P. II. c. 60.

32) Canon. l. III. Fen 17. Tr. I. cap. 17.

33) Curat. med. Cent. 1. n. 63.

34) Opera chirurg. p. 101.

35) Lib. XXIII. c. 65.

36) Diss. de morbis a situ intest. praeternat. Lips. 1721. p. 20.

37) Chylologia p. 705.

38) Diss. de procidentia ani. Jen. 1696.

39) Diss. de procidentia ani. Erf. 1732.

40) Diss. Recti prolapsus anatome. Helmst. 1734.

SENFF[42]), JORDAN[43]), MONTEGGIA[44]), HOWSHIP[45]), MADELUNG[46]), GEISENHAYNER[47]), SALAMON[48]), DOEBEL[49]), LEPELLETIER[50]). Triplex datur prolapsus ex ano, aut enim superioris intestini antea suscepti pars usque ad anum pervenit eumque superat, id quod supra[51]) tetigimus, aut totum intestinum rectum cum omnibus suis tunicis, SOEMMERRING[52]), MECKEL[53]) et HARLES[54]) uberius demonstrantibus, et exemplis comprobantibus, aut ejus tantum membrana interna flaccida et tumida docentibus MONTEGGIA[55]), HEY[56]), COWPER[57]) et WHATELY[58]) ex ano procidit. — *Caussae* prolapsus

G 2 ani

41) Diss. de prolapsu intestini recti pro tuberculis haemorrhoidalibus perperam habito. Hal. 1740.

42) Diss. de procidentia ani. Jen. 1792.

43) Diss. de prolapsu ani. Gott. 1793.

44) Fasciculi pathologici. Tur. 1793. p. 91.

45) *Diseases of the intestines and anus. Lond.* 1820. *Ch. IV. A. d. Engl. v. Wolf. p.* 132.

46) Diss. de prolapsu ani, casu singulari illustrato. C. tab. aen. Jen. 1828.

47) Diss. de prolapsu int. recti. Rost. 1828.

48) *Pract. observat. on prolapsus of the lower bowel. Lond.* 1831.

49) De adultorum procidentia tunicae mucosae int. recti. Marb. 1835.

50) *Des hémorrhoides et de la chute du rectum. Par.* 1834.

51) §. X. no. 3.

52) BAILLIE *Anat. d. krankh. B.* p. 126. no. 48.

53) L. c. p. 344.

54) STARK *n. Arch. f. Geb.-hülfe.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 834

55) L. c. p. 91. 56) *Chir. Handbibl.* 5. *Bd. p.* 332.

57) Anat. c. h. Tab. 39.

58) SIMS *med. facts. Vol.* 8. p. 165.

ani *praedisponentes* sunt aetas cum infantilis tum senilis, et quaecunque fibras sphincterum laxiores reddunt aut intestini adhaesiones debilitant et solvunt. Eundem *excitant* violentia [59]), vulnera [60]) musculorum ani, labores graviores sub desidendo, alvus adstricta, obstructa [61]), faeces induratae [62]), consuetudo diu in sella perforata insidendi, tenesmus [63]), diarrhoea [64]), dysenteria, haemorrhoides [65]), ascarides (oxyuri vermiculares), drastica, pondus gravius sursum latum, clamores [66]) vehementes, tussis, partus [67]) difficilis, strictura urethrae [68]), calculus [69]) vesicae, lithotomia [70]), poly-

59) Meekeren obs. med. chir. posthumae c. 15. (tauri cornu).

60) Dionis *cours d'opérat.* p. 392.

61) Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 8. obs. p. 248.

62) Thom's *Erfahr. u. Bemerk.* p. 57.

63) Commerc. lit. Norimb. 1745. p. 127. — Forestus lib. XXIII. obs. 2. — Salmuth obs. Cent. I. no. 30.

64) Riedlin Cent. III. obs. 64.

65) Hippocrates praedict. lib. II. Sect. II. ed. Kühn. T. I. p. 218. — Bassius obs. anat. chir. med.

66) Bassius l. c.

67) Solingen *Anmerk.* p. 719. — Muraltus in Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 1. obs. 113. p. 280. — Amatus Lusitanus C. I. curat. 93. — Welsch *Kindermutter* 3. *Th.* 21. *Kap.* — Ettmüller l. c. — Heister l. c. — *van* Swieten Comment. T. V. p. 268.

68) Doebel l. c. p. 6.

69) Albucasis Chir. *P. II. c.* 60. — Schenk observ. p. 381. Corte *revue méd.* 1831. *Janv.* Froriep *Notizen* 29 *Bd.* p. 297.

70) Ettmüller opera T. II. P. I. p. 178. — Sabatier (l. c.) vidit prolapsum ani ortum eo temporis momento, quo lithotomiam instituturus erat. —

polypus[71]) intestini recti, aliaque ejus vitia. Morbus facillimus cognitu tumorem sistit mollem, rubrum, qui, ubi interna membrana sola protrusa fuerit, rotundus est et circumdat ani orificium, ubi vero omnes tunicae prolapsae, plus minusve longus[72]) ex ano propendet. Hic stillat mucum cruentum, excitat nisum continuum desidendi et si reponitur, tensionem et tenesmum relinquit, sed nisi reponitur, dolores ciet, inflammatur et ipsa gangraena[73]) afficitur, aut ab incarceratione[74]) per sphincteres oborta, aut ab irritatione aëris et vestium. Praeterea accidit, ut intestinum rectum, licet repositum, tamen repetita vice procidat, et prolapsus ipse habitualis fiat; rebus sic sese habentibus loco symptomatum acutorum lenta inflammatio exoriri solet, quae intestini degenerationem producit. Quare non solum molestias, sed etiam graviora mala et ipsam mortem[75]) prolapsus ani efficere potest, qui nonnunquam pertinacissimum, qui curam non admittit morbum

71) Heister *Wahrnehm. no.* 430.

72) ad longitudinem pedis (Gilibert adversaria med. prim. p. LXXXII.). — Spithamam longum prolapsum vidit Zinn (Epist. ad Haller. Vol. III.) — Oswald (Hufeland *Journal* 59 *Bd.* 3 *St.* p. 75) prolapsum vidit, cujus tumor infantis trimestris caput aequavit.

73) Hist. morb. Vratislav. p. 104. 345. — Pasquier *sur une gangrène de tout l'intestin rectum. Journ. de méd.* T. 19. 1763. p. 351.

74) Coste l. c.

75) Haller opusc. pathol. obs. 31. — Meckel N. *Archiv I. no.* 1.

bum sistit. *Cura* in eo ponenda est, ut manu reponantur partes prociduae et fasciis in situ suo retineantur, dein videndum est, ne iterum prolabantur, ideoque caussae tollendae et praeter chirurgiae adminicula modo eccoprotica, modo tonica[76]), cum interna, tum externa, modo antiphlogistica, modo demulcentia in usum vocanda sunt. Quodsi autem haec minus proficiant, et membrana interna flaccida tumeat, suadentibus Heister, Hey, Cheselden, Dupuytren[77]) partes abscindendae aut ligatura applicata removendae sunt. Incarceratione facta Delpech[78]) sphincteres ani discissit. Ricord[79]) diu prolapsum intestinum rectum abscindere coactus fuit. Quas res uberius tractandas chirurgis relinquimus.

§. XII.

Herniae.

Generatim. 1. Omnes ac singulae herniarum[1]) species, quae

76) Akenside comm. de dysenteria p. 47. commendat decoctum gallarum pro fotu. — Hellwigius (obs. physico med. obs. 94. p. 297.) suffumigium picis sutoriae terebinthinatae, alii Bdellii suffitum adhibuerunt. Schwarz (Hufeland *Journal* 80. *Bd.* 2. *St.* p. 114.) ut specificum commendat nucem vomicam, eique subinde addit Extracti ratanhiae aliquot grana. ℞ Extracti nucis vomicae gr. j ad ij solve in aquae ʒij M. D. S. Quavis quarta hora infantes minimi natu guttas 6—10, majores plus capiant. ℞ Extr. ratanhiae gr. iv, Extr. nucis vomicae gr. iij solve in aq. destill. ℥ij, Gi. arab. ʒj S. Capiatur quavis quarta vel tertia hora minus cochlear.

77) *Journ. gén. de méd.* 1822. *Oct.*

78) Coste l. c.

79) *Gaz. méd.* 1833. *no.* 28. Froriep *Notizen* 39. *Bd.* p. 122.

1) Vid. P. III. Vol. 1. Sect. II. cap. XIII. §. XLII. p. 174.

quae ad abdomen in conspectum veniunt, intestinorum minores majoresve partes in se continere possunt, aut solas aut simul cum omento; quare aut enterocele [2]) aut epiploo-enterocele [3]) dici solent. Frequentius intestinum tenue, quam crassum [4]); rarissime duodenum, non nunquam intestinum caecum [5]) cum sua appendice, aut haec sola [6]), aut diverticulum [7]) in hernia continetur. Denique accidit ut una tantum paries [8]) intestini in hernia sita sit.

2. Id valet de hernia ventrali [9]), non excepta illa, quae locum habet in linea alba, de hernia um- H. ventralis, umbilicalis, diaphragmatica.

2) Ab ἔντερον intestinum et κήλη tumor. GERM. *Darmbruch.*

3) Ab ἔντερον. ἐπίπλοον omentum et κήλη. GERM. *Netzdarmbruch* GUINZ pr. de entero-epiploocele obs. Lps. 1749. — HARNISCH pr. BÜCHNER de gravissima herniarum specie entero-epiploocele. Halae 1749.

4) Coleocele,

5) TRITSCHLER pr. AUTENRIETH diss. s. observatt. in hernias praecipue intestini caeci. Tub. 1806.

6) Hernia appendicularis.

7) HAASE pr. de herniae diverticulo intestini ilei nata. Comm. II. Lps. 1791, 92.

8) Hernia parva, s. lateralis s. partialis s. Littrica. GERM. *Kleiner Bruch, Seitenbruch, Littre'scher Bruch.* — LITTRE *Mém. de l'acad. des sc. année* 1700. p. 391. — GIBSON *Med. obs. and. inquiries Vol.* IV. p. 182. — TESTA de re med. et chir. Ep. VII. Ferrariae 1731. Cap. VI. p. 240. — RHEINECK *e. verkannte u. tödtlich gewordne Seiteneinklemmung.* MURSINNA *Journ.* 5. *Bd.* p. 108. — GÜNTHER *Beobacht. e. Seitenbruches mit Verenger. d. Darmes.* GRÄFE *u.* WALTHER *Journ.* 4. *Bd.* p. 252.

9) Vid. P. III. Vol. 1. Sect. II. cap. XIII. §. XLIII. p. 175.

umbilicali [10]); et de hernia diaphragmatica [11]), quae supra pertractatae sunt.

Hernia inguinalis. 3. Hernia inguinalis [12]) ea dicitur, quae ex annulo abdominali vel posteriore (interno) vel anteriore (externo) provenit, transit in herniam scrotalem [13]), et herniam pudendi [14]) muliebris, ubi aut scrotum aut labium externum attingit. Praeter autores [15]), qui de omnibus et singulis herniis egerunt, hanc herniam pertractaverunt P. Cam-

10) Ibid. §. XLV. p. 186.

11) Part. II. Vol. II. Sect. II. cap. I. §. 2. p. 5. De hernia diaphragmatis egerunt: Dreyfuss *Abh. über Brüche des Zwergfells in Beziehung auf ger. Arzneik. Tüb.* 1829 — Larussac in *Giornale patologico med. chir. di Palermo. Maggio* 1830. *Revue méd. Dec.* 1830. p. 482. — E *Journ. des progrès et institutions méd. Nov.* 1828. casus refertur in Horn *Archiv* 1828. *Sept. Oct.* p. 889. — Stierling diss. de hernia diaphragmatis. Heidelb. 1834. c. III. tab. — Mueser diss. de hernia diaphragmatis. Berol. 1836. — Hic collegit LXV. casus, eosque ita distribuit, ut A. Herniae congenitae, B. acquisitae, I. per aperturas diaphragmatis naturales, a. per foramen oesophageum, b. per crus internum et medium diaphragmatis, II. per aperturas ejusdem ex vulnere ortas, a. ex vulnere puncto vel caeso, b. ex vulnere sclopetario, III. per aperturas ex ruptura ortas, a. ex lapsu vel ictu, b. ex vomitu vel nimio corporis nisu, IV. per aperturam exulceratione ortam, V. per aperturam ex tumore hydatideo, VI. ex caussis ignotis ortam distinguantur.

12) *Syn.* bubonocele. Germ. *Leistenbruch.* Fr. *descente inguinale. Hernie sus-pubienne* Jobert.

13) *Syn.* oscheocele. Scrotocele. *Hodensackbruch.*

14) *Syn.* Episiocele. Hernia labialis (anterior Seiler) s. pudendalis. Germ. *Schamlefzenbruch.*

15) P. III. Vol. 1. Sect. II. cap. XIII. §. XLII. p. 174.

P. Camper [16]), Astley Cooper [17]), Rudtorffer [18]), Hesselbach [19]), Wattmann [20]), Langenbeck [21]), Sinogowitz [22]), Tuson [23]) aliique [24]). Pro origine

16) Icones hern. inguin. ed. a Soemmerring. Francof. 1801.

17) *The anatomy and surgical treatment of inguinal and congenital hernia. Lond.* 1804. *fol. A. d. Engl. v.* Krutge. *Bresl.* 1809. c. XI. tabb.

18) *Abh. üb. d. einfachste u. sicherste Operationsmethode eingesperrter Leisten- und Schenkelbrüche.* 2 *Bde. Wien* 1805—8. c. VIII. tabb.

19) *Anat. chir. Abh. üb. d. Ursprung. d. Leistenbrüche. Würzb.* 1806. — *Ejusd. neueste anat. pathol. Untersuch. üb. d. Ursprung u. das Fortschreiten d. Leisten- u. Schenkelbrüche. Würzb.* 1814. *M.* 14. *K.* (lat. donavit Ph. A. Ruland. Wirceb. 1816).

20) *Ueb. die Vorlagerungen in d. Leistengegend. Wien* 1815.

21) Comm. de structura peritonaei, testiculorum tunicis eorumque ex abdomine in scrotum descensu; ad illustrandam herniarum indolem. Gott. 1817. — *Ejusd. Abh. v. d. Leisten- u. Schenkelbrüchen enth. d. anat. Beschreib. u. Behandl. ders. M.* 8. *K. Gött.* 1821.

22) *Anleit. zu einer zweckmäss. Manualhülfe bei eingeklemmten Leisten- u. Schenkelbrüchen. Danzig* 1830.

23) *The anatomy and surgery of inguinal and femoral hernia; illustr. by plates. London* 1834.

24) Stiegler diss. de oscheocele s. hernia scrotali. Argentor. 1681. — Ch. Mr. Hoffmann diss. de entero-oscheocele. Altorf. 1690. — Siebeck diss. de herniis, speciatim oscheocele vera. Jen. 1762. — J. Rocquette diss. de bubonocele s. hernia inguinali. L. B. 1768. — Beyckert diss. de hernia scrotali. Argent. 1773. — Bose de herniae inguinalis diagnosi. Lps. 1778. Id. de herniae inguinalis cura. Lps. 1778. — Beck de bubonocele bipartita incarcerata Kelotomia feliciter curata. Traj. ad Viadr. 1781. — Nannoni *osservazioni sulla vaginale del testicolo e sulla sede del sacco*

gine herniam inguinalem externam et internam distinguendam esse docuerunt A. COOPER (1804) et HESSELBACH (1806), quin huic illius opus notum esset. Hernia inguinalis *interna* [25]) transit per

erniario nell' ernia intestinale perla parte dell' annolo inguinale. Firenze (1786). — SCHERER de hernia scrotali. Lps. 1791. — EHRLICH *Beobachtt. v. d. Leistenbrüchen; in Ej. chir. Beobachtt. Lpz.* 1793. p. 132. — WOLSTEIN *Bruchstücke üb. d. Leisten- u. Nabelbrüche. Wien* 1781. *Marb.* 1799. — QUENTIN de divisionibus herniarum inguinalium. Gött. 1795. — ROBINSON de hernia inguinali. Edinb. 1802. — CARETTE *diss. sur la hernie suspubienne ou inguinale. Par.* 1803. — DUPAY *essai sur les hernies inguinales considérées en général. Par.* 1803. — LOUIS *sur la hernie inguinale. Par. a. XI.* — MULLOT *diss. sur le bubonocèle. Par.* 1803. — DE LA BARRE *diss. des hernies en général et en particulier du bubonocèle. Par.* 1804. — SUERET *essai sur les hernies inguinales et crurales. Par.* 1808. — WACHE de herniis inguinalibus brevis expos. Halae 1806. — SERRÉ *diss. sur la hernie suspubienne. Par.* 1809. — BECKERS diss. de hernia inguinali. Par. 1813. — BUSCA *trattato sull' ernia inguinale. Milano* 1813. — CAURON *apperçu sur la nature et le traitement de la hernie inguinale. Montpellier* 1816. — CACHET *sur la hernie suspubienne. Par.* 1814. — RAVENAU *essai sur le bubonocèle. Par.* 1814. — DOUSSE *sur la hernie inguinale étranglée. Par.* 1815. — WOLF de herniis incarceratis inguinalibus et cruralibus. Dorp. 1823. — TEETZ de herniis abdominalibus in specie de hernia inguinali. Rost. 1824. — HILLMAYER *Behandlungsmeth. d. eingeklemmten Leisten- und Schenkelbrüche mit Berücksichtigung des Bruchschnitts. Würzb.* 1831. — KRAUSE diss. de herniis inguinalibus et cruralibus incarceratis. Berol. 1833. — BARTH *obs. et réflexions sur quelques cas des hernies inguinales et crurales. Strassb.* 1836.

25) *Ventro-inguinal hernia* COOPER.

per foveam inguinalem et annulum abdominalem anteriorem ab interiore parte ad externam, rotunda forma et breviori collo insignitur, crus internum annuli abdominalis elevat et funiculum spermaticum in externo et posteriore latere situm habet. Contra *hernia inguinalis externa* in canalem inguinalem ipsum ingreditur, et vel in eodem remanet (hernia inguinalis externa incompleta s. parva) vel ex annulo abdominali anteriore exit (hernia inguinalis externa completa), descendit a superiore et externa parte ad inferiorem et internam, sequitur funiculum spermaticum, qui in interiore et posteriore ejus parte situs est; tumor cylindrum refert, et ubi reponitur borborygmos edit. Haec hernia usque ad testiculum descendere potest superata tunica vaginali communi. Quodsi canalis tunicae vaginalis testiculi nunquam clausus fuerat, et intestina per eum descendunt, *hernia inguinalis congenita* [26]) dicitur, de qua Pott [27]), Meckel [28]), Wrisberg [29]), Sandifort [30]) aliique [31]) me-

26) *Syn.* hernia tunicae vaginalis testis Cooper, elytrocele testiculi Zang, hernia canalis vaginalis Seiler.

27) *An account of a particular Kind of rupture, frequently attended upon newborn children and sometimes met with in adults. Lond.* 1757. 1765.

28) Tractatus de morbo hernioso congenito singulari et complicato. Berol. 1772.

29) Observat. anat. de testiculorum ex abdomine in scrotum descensu, ad illustrandam in chirurgia de herniis congenitis utriusque sexus doctrinam. Comment. soc. Reg. scient. Gott. 1778.

30) Icones herniae inguinalis congenitae. L. B. 1788.

31) Haller, de hernia congenita. Gott. 1749. rec. in Ej.

meriti sunt. Rebus sic sese habentibus tunica vaginalis propria saccum herniosum refert; intestina testiculum ipsum attingunt, eundem versus superius et posterius compellunt, et subinde cum ipso coalita sunt. Praeterea increscit hernia inguinalis congenita velocius quam acquisita. Raro accidit, ut altera productio peritonaei in canalem tunicae vaginalis incidat, et duplicem saccum herniosum exhibeat [32]).

4. Her-

opusc. pathol. Laus. 1755. — HUNTER *Medical commentaries. P.* 1. *Lond.* 1762. p. 70. Cap. 9. *of the rupture, in which the testis is in contact with the intestine,* in *d. Supplementen zu dem ersten Th. d. Med. Comment. von Lond.* 1764. p. 7. — ROOLWYK de herniis congenitis, ut plurimum insanabilibus. Duisb. 1776. — CAMPER, *Verhandl. v. Haarlem. Bd.* 6. p. 135. *Bd.* 7. p. 58. — NEUBAUER de epiploöscheocele, cujus receptaculum peritonaei mentiebatur processum, testem et epididymidem simul continentem. Jenae 1770. — LOBSTEIN r. NONNEMANN de hernia congenita, in cujus contactu testis est. Argent. 1771. RICHTER chir. *Biblioth.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 96. WEITZ *Ausz.* 5. *Bd. no.* 5. — PELLETAN de hernia inguinali congenita. Par. 1775. — LASSUS de hernia inguinali congenita. Par. 1775. — MARTIN comm. de herniae sic dictae congenitae ortu et sede. Nova Acta soc. Upsal. Vol. III. p. 225. — MARTIN *Heil. eines angeb. Leistenbruches durch Heftpflasterstreifen.* GRÄFE *u.* WALTHER *Journ.* 5 *Bd.* p. 526. — CROISSANT diss. hist. incarcerationis herniae congenitae continens. Gron. 1821. — FABRICIUS, *Operation eines Bruches, bei welchem eine Verbind. des Bruchsackes mit der Scheidenhaut d. Hodens bestand.* GRÄFE *u.* WALTHER *Journ.* 5. *Bd.* p. 636.

32) HEY *pract. observ. in surgery.* p. 226. — A. COOPER l. c. p. 48. — MECKEL *pathol. Anat.* 2. *Bd.* 1. *Abth.* p. 379.

4. Hernia cruralis [33]) ea dicitur, quae nascitur ex annulo crurali, ut plurimum in interna, rarissime in externa vasorum cruralium facie. De hac herniae specie egerunt praecipue VROLYK [34]), A. MONRO [35]), HEY [36]), SAUNDERS [37]), ASTLEY COOPER [38]), BURNS [39]), A. DE GIMBERNAT [40]), HULL [41]), MARYÉ [42]), MAYOT [43]), DUCROS [44]), BRESCHET [45]), LISTON [46]), LANGENBECK [47]), SCHREGER [48]), WEDEMEYER H. cruralis.

MEYER

33) *Syn.* Hernia femoralis, Merocele. GERM. *Schenkelbruch.*

34) *Abbild. d. Gef. welche man in d. Operat. eines männl. Schenkelbruchs zu schonen hat. A. d. Holl. Amst.* 1801.

35) *Obs. on crural hernia. Edinb.* 1803. — LANGENBECK *Biblioth.* 1. *Bd.* 3. *St.*

36) *Pract. observat. in surgery. Lond.* 1803. cap. III.

37) *Thes. on crural hernia. Edinb.* 1805.

38) *Anat. and surg. treatment on crural and umbil. hernia. Lond.* 1807.

39) *Obs. on the Structure of the parts concerned in crural hernia. Edinb. med. and surg. journ. Vol. II.*

40) *Neue Meth. d. Schenkelbruch zu operiren. A. d. Span.* (1793) *mit einem Nachtr. v.* SCHREGER. *M.* 2. *K. Nürnb.* 1817.

41) *Ueber d. Schenkelbr.* in SIEBOLD *Chiron.* 2. *Bd.* 1. *St.*

42) *Diss. sur la hernie crurale. Par.* 1806.

43) *Diss. sur la hernie crurale ou mérocèle. Par.* 1814.

44) *Recherches anat. et pathol. sur la hernie crurale. Montp.* 1817.

45) *Considérations anat. et pathol. sur la hernie fémorale ou mérocèle. Par.* 1819.

46) *Mem. of the formation and connections of the crural arch and other parts concerned in inguinal and crural hernia. Lond.* 1819.

47) *Anat. Untersuch. d. Gegend, wo die Schenkelbrüche entstehen. Ejusd. N. Biblioth.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 112.

MEYER[49]), SCARPA[50]), WALTHER[51]), MANEC[52]), alii[53]) iique, qui omnes omnino hernias pertractarunt. Hernia cruralis interna ab initio sistit parvum, rotundum, sub ligamento Pouparti situm tumorem, qui ita increscit, ut basis latior reddatur, et major diameter regionis inguinalis obliquitati respondeat. Idem vasa cruralia et nervos obtegere, atque oedema et stuporem cruris excitare valet. Hernia cruralis externa, a J. CLOQUET[54]) et HESSELBACH[55]) extra dubitationis aleam posita, quam nuper WALTHER et ZEIS[56]) observarunt, tumorem exhibet,

48) *Chirurg. Vers.* 1. *Bd.* p. 171.

49) *Ueber d. Schenkelbrüche.* RUST *Mag.* 6. *Bd.* p. 226.

50) *Neue Abh. üb. d. Schenkel- u. Mittelfleischbrüche. N. d. 2. A. bearb. v.* SEILER. *M.* 7. *K. Lpz.* 1822.

51) De hernia crurali. c. III. tab. Lps. 1820.

52) *Rech. anat. pathol. sur la hernie crurale. Par.* 1826.

53) KOCH de hernia crurali. Heidelb. 1726. — GOELICKE de hernia femorali. Francof. 1740. — DE MOROOZ de herniis praesertim de femorali incarcerata. Harder. 1778. — PALM pr. MAUCHART diss. epiplo-enterocele cruralis, incarcerata, sphacelata cum deperditione notabili substantiae intestini sponte separati, feliciter curata, alvo naturali restituta. Tub. 1748. — WELTI diss. de hernia crurali. Argent. 1744. — MELZER de hernia crurali incarcerata. Argent. 1769. — SWERTNER de hernia crurali incarc. et lethifera. Gott. 1772. — KÜHL de hernia femorali. Kiloniae 1824. — UYTTERHOEVEN de merocele s. hernia femorali. Gandi 1825. — HENIN de merocele s. hernia femorali. Leodii 1828. — KLOSE de hernia crurali. Vratislav. 1830.

54) *Recherches anat. sur les hernies de l'abdomen. Par.* 1817. p. 85.

55) *Neuer Chiron. Bd.* 1. *St.* 1. p. 91. *Lehre von den Eingeweidebrüchen.* p. 117.

hibet, qui sub ligamento Fallopii inter spinam anteriorem, superiorem ossis ilei et arteriam cruralem initium habet, oblique introrsus descendit et apice obtuso in regione trochanteris parvi finitur.

5. Hernia ischiadica [57]) ea est, quae in dorso comparet, dummodo intestina aliaque viscera abdominalia supra ligamenta tuberoso- et spinoso-sacra et musculum pyriformem per incisuram ischiadicam proveniunt ita, ut hernia saepenumero ad ingentem ambitum increscat. Haec hernia vel congenita vel acquisita est eamque uberius describunt Papen [58]), Verdier [59]), Camper [60]), Bose [61]), Lassus [62]), A. Cooper [63]), Schreger [64]), Bezold [65]), Monro [66]), Porcyanko [67]), Hager [68]), Rompien [69]). H. ischiadica.

6. Her-

56) Diss. herniae cruralis externae historia c. epicrisi. Lps. 1832.

57) *Syn.* hernia dorsalis, iliaca posterior, Ischiadocele, Ischiocele. Germ. *Hüftbeinbruch, Rückenbruch.*

58) Ep. ad Alb. ab Haller de stupenda hernia dorsali. Gott. 1750. Haller disputatt. chir. T. III. p. 314.

59) *Mém. de l'acad. de chir. Vol. II.* p. 2. not. a.

60) Demonstratt. anat. pathol. Lib. II. cap. VI. §. 2. p. 17. Tab. 1.

61) Pr. de enterocele ischiadica. Lips. 1772.

62) *Pathol. chirurgicale. Vol.* II. p. 103.

63) *Anatomy of crural and umbilical hernia. P. II.* p. 72.

64) *Chirurg. Vers.* 2 *Th.* p. 156. et Horn *Archiv* 9. *Bd.* 1. *H.* p. 74.

65) Siebold *Samml. chirurg. Beobachtt.* 3. *Bd.* p. 292. Tab. III.

66) *Anatomy of the gullet, stomach and intestines.* p. 380.

67) Hernia ischiadica. Collect. med. chir. Caesar. acad. med. chir. cura et impensis ed. Vilnae 1838. p. 268.

Hernia lumbaris.

6. Hernia lumbaris eminet in posteriore superficie inter costas spurias et cristam ossis ilei, id quod rarisime accidit ita ut MONRO et PETIT soli casus referant, qui dubitationem non admitterent.

Hernia foraminis ovalis.

7. Hernia foraminis[70]) ovalis eo insignitur, ut intestina per aperturam ligamenti obturatorii procidant, id quod observarunt GARENGEOT[71]), HEUERMANN[72]), KLINKOSCH[73]), ESCHENBACH[74]), GÜNZ[75]), B. VOGEL[76]), CAMPER[77]), CLOQUET[78]), BUHLE[79]), GADERMANN[80]), A. COOPER[81]), LAW-

RENCE

68) *Ueber die Brüche*. p. 272.

69) *Annales cliniq. de Montpellier. T. VIII.* p. 375.

70) *Syn.* Hernia obturatoria. Opodeocele. Oodeocele. Opocele. Hernia ovularis, s. iliaca anterior s. thyroidealis (COOPER). GERM. *Bruch des eiförmigen Loches, des Hüftbeinloches, vorderer Hüftbeinlochbruch.*

71) *Sur plusieurs hernies singulières. Mém. de l'acad. de chir. Vol.* 1. p. 709.

72) *Abh. d. vornehmsten chirurg. Operat.* 1. *Bd.* p. 578.

73) De nova herniar. divisione. Not. 20.

74) Observata quaedam anat. chir. med. rariora. XXXIII. p. 265.

75) De herniis. p. 79. 96.

76) *Abh. aller Arten d. Brüche. Glogau.* 1769. p. 204.

77) Demonstratt. anat. pathol. T. II. p. 17.

78) *Journ. de méd. par* CORVISART. *T.* 24. *Bulletin de la faculté de médecine. no.* 8. 1812. p. 194.

79) Diss. de hernia obturatoria. Hal. 1818.

80) *Ueber d. Bruch durch das Hüftbeinloch. Landsh.* 1824.

81) *The anat. and surg. treatment of abdominal hernia* 2. *ed. tab. IX.*

RENCE[82]), MECKEL[83]), NÜCKEL[84]), SEILER[85]), J. CLOQUET[86]). Tumor variae formae demum in conspectum venit, postquam major intestinorum pars prolapsa est.

8. Hernia vaginalis[87]) ea dicitur, quae prominet in anteriore vel posteriore vaginae pariete, dummodo intestina in plica peritonaei aut inter vesicam et vaginam aut inter hanc et intestinum rectum descenderint. Quam primus GARENGEOT[88]), dein HOIN[89]), CHRISTIAN[90]) et STARK[91]) describunt. Tumor elasticus, non dolens, qui pressus recedit, sub tussi vero redit, quique stando augetur, decubitu supino diminuitur, in vaginae cavitate percipitur et ita increscere potest, ut inter labia promineat[92]). Haec quidem hernia ut plurimum vesicam[93]) aut uterum in se continet, praeterea vero etiam intestina tenuia et omentum. Hernia vaginalis.

9. Quod-

82) *Von den Brüchen.* p. 664.

83) *Pathol. Anat.* 2. *Bd.* 1. *Abth.* p. 449. — BUHLE de hernia obturatoria. Hal. 1819. p. 22.

84) *Beobachtt. e. Darmgicht als Folge eines in dem eirunden Loche eingeklemmten Bruches. Salzb. med. chir. Zeit.* 1816. *Bd.* 3. p. 427.

85) RUST *Handb. d. Chir.* 8. *Bd.* p. 529.

86) *Pathol. chirurg. Par.* 1831. *Pl. V.*

87) *Syn.* Colpocele, elytrocele. GERM. *Mutterscheidenbruch.*

88) GARENGEOT, *Mém. d. chir. T. I.* p. 707.

89) LE BLANC u. HOIN *Abh. v. e. n. Methode, die Brüche zu operiren u. den versch. Arten ders. A. d. Fr. Lpz.* 1783. p. 211.

90) *On a species of vaginal hernia occurring in labour. Edinb. med. and surg. Journ. Vol. IX.* p. 281.

91) Diss. de hernia vaginali et strictura uteri. Jenae 1796.

Hernia perinaei.

9. Quodsi intestina apud feminas [94]) inter vaginam et intestinum rectum, apud mares inter hoc et vesicam descendunt usque ad perinaeum, *hernia perinaei* [95]) dicitur, quam in illis, quicquid contradixerint CHOPART et DESAULT [96]), SCARPA [97]), HOIN [98]), A. COOPER [99]), observarunt MERY [100]), CURADE [101]), SMELLIE [102]), SCHREGER [103]), JACOBSON [104]), in his vero CHARDENON [105]), PIPELET [106]), BROMFIELD [107]), SCHNEIDER [108]), SCARPA [109]), JACOBSON [110]), SCHOTT [111]). Tumor comparet in peri-

92) STARK l. c.

93) GÜNZ de herniis p. 53. de HAEN ratio med. 1757. T. p. 87.

94) Non nego, intestina apud feminas inter vesicam et vaginam descendere posse, inde vero perinaeum attingere vix poterunt.

95) *Syn.* Perinaeocele. GERM. *Dammbruch.*

96) *Anleit. zur Kenntn. aller chirurg. Krkhn.* 2 *Th.* p. 392.

97) *Ueb. d. Schenkel- u. Mittelfleischbrüche.* p. 128.

98) LE BLANC *précis des opérat. de chir. T. II.* p. 354.

99) *Von d. Brüchen.* 2. *Bd.* p. 67.

100) *Mém. de l'acad. de chir. Vol.* II. p. 25.

101) *Mém. de l'acad. des sc.* 1713. — *Dict. anat. pathol. libr. II.* §. 2.

102) *Samml. bes. Fälle in d. Hebammenkunst.* 2. *Bd.* p. 142. 148.

103) *Chir. Vers. Bd.* 2. p. 131.

104) GRÄFE *u.* WALTHER *Journ. Bd.* 9. p. 393.

105) HOIN l. c. p. 135. LE BLANC *précis d'opérat. de chir. Par.* 1775. p. 136.

106) *Mém. de l'acad. de chir. Vol. IV.* p. 182.

107) *Chir. observat. and cases. Lond.* 1773. *Vol. IV.*

108) *Chirurg. Gesch. mit Anmerkk.* 4. *Bd.*

109) *Sull' ernia del perineo. Pav.* 1821. Vers. germ. *Weim.* 1822. — Ej. *Neue Abhandl.* etc. p. 105.

perinaeo, vergit ad hoc illudve latus et in feminis ad labia pervenire potest[112]).

10. Hernia intestini recti[113]) dicitur, ubi Needham[114]), Portal[115]) et imprimis Schreger[116]) docentibus intestina cum sacco hernioso membranam intestini recti distendunt et tumor vel in cavitate recti, vel simul cum prolapso intestino recto extra anum situs est. Talem casum nuper Brunn[117]) observavit. Hern. int recti.

11. Tumor, quem sistunt intestina in hernia contenta, elasticus, satis aequalis, repletis intestinis major, non dolens, borborygmos exhibens, repressis intestinis et decubitu supino aegroti evanescit, sub quovis vero nisu, sub sternutatione, tussi, post cibos assumtos etc. revertitur et sensim sensimque in- Symptomata h. mobilis.

H 2 crescit.

110) Graefe u. Walther *Journ.* 9. *Bd.* 3. *St.*

111) *Nosolog. therapeut. Betrachtt. dreier interessanter Krankheitsfälle. Frankf.* 1827.

112) Hernia labialis posterior Seiler, qui eam opponit herniae labiali anteriori ex hernia inguinali oriundae. Tales casus referunt Cooper (l. c.) Scarpa (l. c.) et J. Cloquet (*sur une hernie volumin. N. Journ. de méd. red. par* Béclard. Seileri Versio operis Scarpae de hern. cruralibus et perinaei. p. 141. Graefe u. Walther *Journ.* 3. *Bd.* p. 329).

113) *Syn.* Hedrocele, archocele. Germ. *Mastdarmbruch.*

114) *Philos. transact. Vol.* 49. p. 238. — Leske *Uebers.* 4 *Th.* p. 273.

115) *Précis de chir. prat. Part. II. Par.* 1768. *Chap. III.* p. 661.

116) *Chirurg. Vers.* 2. *Bd. Nürnb.* 1818. p. 156.

117) Casper *Wochenschr.* 2. *Bd. no.* 40.

crescit. Praeterea functiones abdominales turbantur, alvus tarda, borborygmi, ructus, vomituritio, dolores ventris accedunt, et hernia reposita evanescunt. Haec hernia dicitur mobilis eaque increscere potest, ita ut major pars intestinorum cavitatem abdominis relinquat et tumorem enormem efformet[118]).

Sympt. h. immobilis.

12. Praeterea accidit, ut intestina aut inter semet ipsa aut cum sacco hernioso coalescant ita ut reponi non amplius possint. Haec hernia teste STEPHENS[119]) obstrui et inflammari potest.

H. incarcerata.

13. Tandem hernia ita constringi potest ut continuatio luminis intestinorum interrupta sit. Haec *hernia* dicitur *incarcerata*, quam non solum, quicumque de herniis, earumque speciebus egerunt, tangunt, sed etiam speciatim pertractant SABATIER[120]), BOEHMER[121]), RICHTER[122]), WEERDEN[123]), SANDIFORT[124]), HOEFLICH[125]), HEDENRICH[126]), HILLE[127]), TODD,[128]), KRÜGER[129]), GEO-

118) Eventratio.

119) *A treatise on obstructed and inflamed hernia, and a mech. obstruction of the bowels internally. Lond.* 1831. FRORIEP *Notizen* 41. *Bd.* p. 314.

120) Theses de hernia incarcerata. Par. 1757. 4.

121) De herniis incarceratis. Hal. 1761 (WEIZ *Auszüge* 2. *Bd.* p. 275.)

122) *Vorless. v. d. eingeklemmten Brüchen. Gött.* 1775. 8.

123) De herniis, easque post incarcerationem maxime commendabili curandi methodo. Gron. 1781.

124) Museum anatom. Vol. II. Tab. CXI. seq.

125) De herniarum incarceratarum curatione, rejecto scalpello tentanda. Norimb. 1804.

126) Animadvers. in curam herniarum incarceratarum. Viteb. 1805.

Geoghegan[130]), Schutte[131]), Schmidtmann[132]), Worthington[133]), Stephens[134]), Rupp[135]), Bredauer[136]), cujusque quam plurimi singuli casus memoriae traditi sunt. Haec eo fit, ut partes contentae volumine augeantur, regredi non possint, et comprimantur. Id accidit, ubicumque apertura pro partibus contentis nimis angusta est vel partibus aponeuroticis subito extensis vel stricturis et angustiis sacci herniosi ortis vel procidentia intestinorum continuata et aucta, vel repletis intestinis, iisque convolutis aut inflammatis. Quare distingui solet incarceratio inflammatoria, spasmodica et lenta[137]), qui-

127) De herniis. Viteb. 1809.

128) *Beobachtt. üb. d. Brüche.* Julius *u.* Gerson *Mag.* 3. *Bd.* 2. *St.* p. 174.

129) *Fälle v. eingeklemmten Brüchen.* Rust *Mag.* 11. *Bd.* p. 366.

130) *Edinb. med. and surg. Journ. Jan.* 1824. Froriep *Notizen März* 1824. 6. *Bd.* p. 288. — *Edinb. med. and surg. Journ. April* 1824. Graefe *u.* Walther *Journ.* 8. *Bd.* p. 416. — Ej. *Further remarks on hernia in application of the nature of strangulation and of obliterated intestine and in defence of views and suggestions towards improvement in the treatment. In a letter to* J. Abernethy. *Lond.* 1826.

131) Graefe *u.* Walther *Journ.* 14. *Bd.* p. 320.

132) Ibidem 18. *Bd.* p. 137.

133) *The American recorder. T. X.* p. 216.

134) Opus laudatum.

135) De herniis, speciatim incarceratis. Berol. 1829.

136) Diss. de hern. incarc. Monach. 1835.

137) Sic distinguit Richter primus (*Abh. v. d. Brüchen* 2 *Bde. Gött.* 1777. 78. 2. *Ausg.* 1785) eumque secuti sunt plurimi chirurgorum, alii Scarpa autore re-

quibus Rust addidit organicam. Incarceratio inflammatoria s. acuta eo insignis est ut subito gravia symptomata in conspectum veniant; hernia parva, tensa statim ab initio dolet vehementer; dolores supra abdomen extenduntur; vomitus, obstipatio alvi et febris accedunt; gangraena brevi tempore sequitur. — Incarcerationis spasmodicae symptomata remittere solent, ut alii spasmi, hernia non dolet, licet tensa sit, alvus obstipata, vomitus deficit ut plurimum, pulsus parvus, contractus, frequens; respiratio gravis. Qui ad spasmos proni sunt, hoc modo afficiuntur, quin caussa manifesta praegressa sit; caeterum incarceratio spasmodica easdem caussas habet ac colica spasmodica, flatulenta. Lenta s. chronica incarceratio locum habet in herniis inveteratis ac praegrandibus. Hernia non dolet, abdomen inflatum non dolet, ructus, vomituritio, vomitus, alvi obstipatio sequuntur, attamen hic status diutius persistere potest sine periculo, quod inflammatione tandem accedente im-

jiciunt strangulationem spasmodicam. Rust (*über d. rat. Behandl. eingekl. Brüche. Mag. f. d. ges. Heilk.* 29 *Bd.* p. 221) primum pro sede distinguit strangulationes activas et passivas et pro origine inflammatoriam, spasmodicam, organicam et stercoralem. Lawrence, Monro, Sam. Cooper, a Walther aliique inflammatoriam solam admittunt. Sinogowitz docet, strangulationis solum gradum differre, eamque aut completam aut minus completam esse. Id quod comprobat Seiler (Rust *Handb. d. Chir.* 8. *Bd. Art.* hernia p. 407), qui non sine jure hernias incarceratas pro gradu strangulationis, deinde pro loco incarcerationis, denique pro symptomatibus et caussis remotis distinguit.

imminet. Quodsi vero incarceratio non tollitur, gangraena [138]) partis incarceratae sequi solet, quae aut in ea circumscripta est, aut ad intestina in cavitate abdominali sita transit. Rebus sic sese habentibus dolores herniae silent, eaque mollis et pultacea redditur; ejus cutis caeruleum aut nigrum colorem induit, epidermis solvitur; tandem tumore rupto materia cadaverosa excernitur. Insimul silent dolores ventris et vomitus (nisi ileus accesserit) vires collabuntur, manus frigidae sudore obteguntur, facies hippocratica in conspectum venit. Ut plurimum mors insequitur, attamen fieri potest, ut, siquidem gangraena in hernia ipsa circumscripta est, partes gangraenosae removeantur et anus artificialis vita integra efformetur.

14. Caussae herniarum praedisponentes huc redeunt, ut parietes abdominis relaxentur et aperturae naturales augeantur [139]); quare obesitas, hydrops ascites, graviditas repetita, subitanea emaciatio, cicatrices, potus relaxantes ad herniam disponunt, quae Caussae.

138) Weiler diss. herniae gangraena correptae casum et epicrisin def. Argent. 1768. — Gladbach pr. Heister de hernia incarcerata suppurata saepe non lethali. Helmst. 1738. — Woppisch diss. sist. nonnulla de herniis sphacelosis earumque casum quendam memorabilem in specie. Hal. 1831. — Kaltschmied pr. de ileo in hernia incarcerata gangraena affecta, aegra tamen superstite. Jen. 1747. — Gaillard *Revue méd.* 1829. *Nov.* p. 176. Froriep *Notizen Bd.* 26. no. 15. p. 285.

139) Annon insignis intestinorum longitudo ad hernias disponere potest? Brevissimum saltem in herniam procidere vix potest.

quae quidem vigentibus caussis praedisponentibus sponte sua oriri videntur frequentius in viris, quam in feminis, frequentius in latere dextro, quam sinistro occurrunt, quaeque in quibusdam regionibus [140]) climate et vitae genere faveri videntur; ut plurimum vero caussa quaedam occasionalis accedit quae constringit abdomen et intestina compellit ad parietem, ut ictus abdominis, nisus sub elevando pondere, sub respiratione, labore ad partum etc.

Diagnosis. 15. Quum plurimae quidem herniae cognitu faciles sunt, nihilotamen secius non raro accidit, ut eae et ipsae incarceratae aut reticeantur ab aegrotis aut negligantur a medicis, id quod illis aeque detrimento ac his dedecori est. Quare suadendum est, ut, ubicumque vel vomitus vel obstipatio alvi aliudve abdominis laesi symptoma accusatum fuerit, sedulo inquiratur et verbis et manu, annon hernia adsit. Subinde vero earum diagnosis non sine difficultate est, et tumores aut falso pro herniis habiti sunt, aut vice versa hernia, quae re vera adfuerat, non cognita est. Ut talis gravis error evitetur, non solum tumoris ejusque loci et indolis, sed etiam caussarum et symptomatum concomitantium ratio habenda est. Quae quum supra exposita sint, hîc tantum superest, ut aliorum tumorum, herniis quodammodo similium mentionem faciamus. Itaque hernia inguinalis cum hydrocele, circocele, inflammatione funiculi spermatici, cum testiculo retento in annulo abdominali,

cum

140) Freytag diss. de oscheocele et bubonocele Helvetiae incolis frequentibus. Argent. 1721.

cum tumore adiposo et pure in eodem congesto, hernia cruralis cum inflammatione et suppuratione glandularum inguinalium, hernia ischiadica cum tumore cystico confundi potest.

16. Herniam plura incommoda ciere, constat inter omnes, summum vero periculum inde pendet, ut ea incarceretur; id quod in unaquaque timendum est, et eo magis, quo recentior hernia est. Enterocele cum epiploocele comparata, elucet, illam multo perniciosiorem esse. Prognosis.

17. Cura herniae in eo ponitur, ut reponatur et retineatur in abdomine[141]). Id quidem, ubi hernia mobilis est, taxi instituta et bracherio applicato, facili negotio fieri solet. Contra si hernia immobilis non incarcerata est, apta ligatura applicanda est, qua suffulciatur, ne major intestinorum copia procidat. Sin autem ea incarcerata[142]) est, omni modo agendum est, ut quam citissime fieri potest, reponatur. Quare primum taxis tentatur, medicamina, quae eam adjuvare possunt, in usum vocantur, pro re nata aut antiphlogistica, aut antispasmodica, imprimis narcotica, aut eccoprotica. Ubi inflammatio praevalet, vena secanda, hirudines circa herniam applicandi, fo- Cura.

141) Pfefferkorn de herniis mobilibus radicitus curandis. Landish. 1819.

142) Hedrich pr. Seiler animadversiones in curam herniarum incarcerat. Viteb. 1805. Suadicani de remediis praecipuis ad hernias incarceratas. Gott. 1774. — Alcenius diss. cont. observatt. circa curam hern. incarc. Helsingfors. 1833.

fomenta frigida herniae imponenda et clysmata emollientia injicienda sunt. Spasmo vigente balnea tepida, fomenta calida, infrictiones linimenti volatilis cum opio et camphora, olei hyoscyami cocti, abdomini applicandae, rad. ipecacuanhae refracta dosi, sal amarum cum oleo amygdalarum aut lini, clysteres e decocto aut fumo nicotianae parati, fomenta frigida ad herniam commendantur. Incarceratione tandem lenta indicantur purgantia, clysteres excitantes, quibus acetum, salia, aut tartarus emeticus addita, quaeve e fumo aut decocto herbae nicotianae parata sunt. Quodsi autem taxis perfici non potest manu, ad herniotomiam veniendum eaque eo citius instituenda est, quo graviora symptomata sunt, quoque celerius ea increscunt.

Diaeta. 18. Maxima cura adhibenda est, ut herniosi ea vitent, quae herniam vel augere vel strangulare possint. Quare caveant, ne vel nimiam ciborum copiam, vel ea assumant, quae difficilia concoctu sunt, flatus cient, alvumque obstruunt. Quilibet videat quod ipsi conducat. Motus, qui viribus respondet, saluberrimus, nimius prohibendus; quicquid thoracem, abdomenve coërceat et comprimat, removendum est. Ubi fortior motus sub vomitu, tussi, sternutatione, sub elevando pondere, sub alvo solvenda, sub doloribus ad partum etc. opus est, hernia fortiore bracherio, manuque reprimatur. Videat herniosus, ut quotidie alvus solvatur, eamque aut clysmate aut eccoprotico ducat, ubi necesse fuerit.

§. XIII.

§. XIII.

Strangulatio intestinorum interna.

1. Simili modo, ac in hernia incarcerata, intestina nonnunquam in cavitate abdominis strangulantur, quin hernia in conspectum veniat. Hoc vitium nuncupatur hernia interna, aptius strangulatio interna, de qua egerunt MEYER [1]), MONFALCON [2]), A SECKENDORF [3]), NIELSON [4]), WAGNER [5]), ROKITANSKY [6]), RÖPKE [7]), PAULSEN [8]), KROMPHOLZ [9]). Generatim.

2. Huc refertur a JOBERTO [10]) 1° hernia ipsa incarcerata, quae simul cum sacco hernioso strangulationis sede in cavitatem abdominis taxi instituta repressa fuerat. 2° FAGES [11]) casum enarrat herniae internae intra canalem vaginalem, qui simul cum Variae caussae.

1) Diss. de strangulat. intest. in cavo abdom. Argent. 1776. — *Neue Samml. auserles. u. neuester Abhandl. f. W. A. St.* 16. p. 143.

2) SEDILLOT *Journ. de méd. T.* 61. p. 169.

3) Collectanea quaedam de strangulationibus intestinorum internis. Lps. 1825.

4) Diss. de incarceratione intestinorum interna. Berol. 1830.

5) *Med. Jahrbücher d. k. k. österreich. Staates.* 13. *Bd. od. Neueste Folge* 4. *Bd.* p. 196.

6) Ibidem 19. *Bd. od. Neueste Folge* 10. *Bd.* p. 632.

7) Diss. quaedam ad constrictionis intestinorum pathologiam. Berol. 1834.

8) PFAFF *Mitth.* 1837. 3. *u.* 4. *H.*

9) *Beobachtt. zweier Fälle von* hernia interna. *Prag* 1837. *M.* 3 *Lithogr.*

10) *Maladies chir. du canal intest. T.* 1. p. 490.

11) *Obs. sur une espèce particulière de hernie interne* etc. SEDILLOT *Journ. de la soc. de méd. T.* 7. p. 34. — *Dict. des sc. méd. T. XXIII.* p. 565.

cum testiculo in cavo abdominali remanserat. 3° Incidebant intestina in hiatum WINSLOWII, in saccum, quem aut omentum [12]) aut mesenterium [13]) extensum aut peritonaeum [14]) inversum efformaverat aut in vesicam urinariam [15]); nec non a semet ipsis recipiebantur [16]). 4° Rupto mesenterio omentove, intestina ab apertura recepta inque eadem strangulata sunt. Id observarunt TRONCHIN [17]), CALLISEN [18]), CHAMBON DE MONTAUX [19]), HEUERMANN [20]), RUTHERFORD [21]), SAUCEROTTE [22]), BRAMBILLA [23]), DE HAËN [24]), ISENFLAMM [25]), JACKSON [26]), ROKI-

12) GISBERT DE WITT (RICHTER *chir. Bibl.* 3. *Bd.* p. 632) et LARREY (DESAULT *auserlesene chir. Wahrnehm. no.* 227) herniotomia facta invenerunt intestini partem prolapsam omenti sacco circumdatam. REGNAULT (*Journ. gén. de méd. T.* 17. p. 24). VAN DER KOLK (diss. observ. var. arg. Gron. 1743).

13) NEUBAUER descr. rarissimi peritonaei conceptaculi, tenuia intestina a reliq. abdominis visceribus seclusa tenentis. Proluss. II. c. tab. aen. Francof. et Lps. 1776. Rec. in Ej. opp. anat. coll. Francof. 1786. p. 329. COOPER *üb. Leisten- u. angeb. Brüche.* p. 96.

14) BORDENAVE, *hist. et mém. de l'ac. R. de sc. a.* 1779. *hist.* p. 8. *Mém.* p. 314. HERNU (SEDILLOT *Journ. de méd. T. XI.* p. 291). WAGNER l. c. p. 196.

15) CLOQUET *bull. de la fac. de méd. a.* 1813.

16) Intussusceptio. Vide §. X.

17) *Mém. de l'acad. de chir.* 12. *T. XV.* p. 95.

18) Acta soc. Havn. Vol. I. 1777. p. 164.

19) *Krankheitsgesch. u. Leichenöffn.* p. 258.

20) *Abh. d. vornehmsten chir. Operat. Bd.* 1. p. 627.

21) LANGENBECK *chir. Bibl. Bd.* 1. p. 839.

22) HÉVIN in *mém. de l'acad. de chir.* 12. *T. XI.* p. 376.

Rokitansky[27]), Albers[28]). Cooper[29]) vero unam tantum laminam laesam, ideoque intestina inter utramque laminam sita fuisse, commemorat. 5° Omentum cum mesenterio[30]), cum peritonaeo[31]) supra annulum abdominalem et cum fundo uteri[32]) coalitum, strangulationis caussam exhibuit et Abercrombie[33]) vidit, intestinum ipsum cum mesenterii tumore duplici loco ita cohaerere, ut spatium relinqueretur, quod aliam partem intestini strangulati in se reciperet. 6° Omnium frequentissime accidit, ut intestina a fune quodam circumdarentur et constringerentur. Funem vero

23) Comment. Bonon. *T. VI.* 1783. p. 76.

24) Ratio med. P. XI. p. 162. Versio germ. 5 *Bd.* p. 103 (per foramen mesocoli intestini ilei pars transierat).

25) Nova acta Nat. Cur. T. IV. p. 273.

26) *London med. repository. Vol.* 18. *Nov.* (intestini tenuis 8″ in fissura omenti strangulati sunt).

27) L. c. p. 667.

28) *Eine neue* (?) *Form d. Darmeinschnürung u. Verschlingung durch Riss des Gekröses.* Casper *Wochenschr.* 1837. *no.* 13.

29) *On crural hernia* p. 82. et 85 (Hernia mesenterica, mesocolica dicitur).

30) Wagner l. c. p. 219.

31) de la Peyronie in *mém. de l'académie de chir.* 12. *T.* 1. *P. III.* p. 327. — Bordenave l. c.

32) Greenhow in *Edinb. med. and surg. Journ.* 22 *Vol.* p. 94. — Weidmann memoria casus rari in gynaeceis praecipue adnotandi: cum uteri antica facie omenti margo ex aliqua parte coaluerat, praegnans facta medium graviditatis nondum assecuta, inopinato moritur. c. tab. Mogunt. 1818. — Wagner l. c. p. 215.

33) L. c. p. 161.

vero ipsum omphalo-meseraica diverticuli vasa[34]), quae quidem obliterata remanserant, processus vermiformis[35]), cujus apex aut intestino aut mesenterio adnexus fuerat, tuba FALLOPII adnata, ut DORILAS[36]) et ROSTAN[37]) referunt, tandem ligamentosum quoddam filum efformaverant. Tale filum ligamentosum sub ulla quadam peritonitidis specie ortum, aut ab intestini latere, aut a processu vermiformi aut a mesenterio, aut ab omento, aut a peritonaeo abiit et alicubi ita adhaesit, ut annulus intestina constringens formaretur, id quod observaverunt PANAROLUS[38]), DUVIGNAN[39]), DE LA FAYE[40]), MAILLE[41]), PROCHASKA[42]), STOERCK[43]), GARTHSHORE[44]), LOBSTEIN[45]), BAILLIE[46]), OSSWALD[47]), ABERCROMBIE[48]), JOBERT[49]), HERTZBERG[50]), MONFALCON[51]), KRUKENBERG[52]),

34) Vid. §. VI. no. 2.
35) Vid. §. VII. no. 1.
36) *Giorn. d. med. v. Auswahl f. W. A.* 1 *Bd.* p. 110.
37) *Archives gén. T.* 19. 1829. *Mars* p. 337.
38) BONETI sepulchretum lib. III. sect. XIV. obs. 21. §. 2. et 8.
39) *Mém. de l'acad. de chir.* 12. *T. XI.* p. 371.
40) Ibid. p. 356. et 373.
41) Ibid. p. 375.
42) Adnotatt. acad. fasc. III. c. 3. obs. 1.
43) Annus med. II. p. 268 (intestinum colon in septem locis quasi filo arctissime constrictum erat, quodlibet spatium autem, quod inter has constrictiones intercessit, in molem, capite infantis majorem, extensum fuit. Ligamenta longitudinalia hinc inde manifeste rupta conspiciebantur).
44) *Med. observations and inquiries. Vol. IV.* p. 223.
45) MEYER l. c. *Auserl. Abh.* l. c. p. 154.
46) *Anat. d. krh. Baues.* p. 119.
47) Diss. sist. scirrhi intest. obs. anat. pathol. Vratislav. 1818. p. 10.
48) L. c. p. 151. 160.
49) L. c. p. 500.

BERG[52]), ESQUIROL[53]), NIELSON[54]), OTTO[55]), RAI-SIN[56]), ROSTAN[57]), WAGNER[58]), ROKITANSKY[59]), FLEURY[60]), CRUVEILHIER[61]), BRÜNN[62]), RÖCKER[63]), CRAMPTON[64]), HAUFF[65]), CLARUS[66]), HOUSTON[67]), WOLFF[68]), CARPENTES[69]), SEERIG[70]), egomet[71]) ipse.

50) RUST *Mag.* 18. *Bd.* p. 161.

51) *Dict. des sc. méd. T.* 23. p. 566.

52) *Jahrb. d. ambulat. Klinik zu Halle.* 2. *Bd.* p. 391.

53) *Bull. de la fac. de méd. Juin.* 1825. p. 170.

54) L. c. obs. 1. p. 9.

55) *Selt. Beobachtt. zur Anat.* 2. *Samml.* 6. *Abschn. no.* 58.

56) *Dict. d. sc. méd. T.* 23. p. 566.

57) *Arch. gén. de méd. T.* 19. 1829. *Mars.* p. 332.

58) L. c. p. 210 et 212.

59) L. c. p. 659. 661. 665.

60) *Arch. gén. de méd. III. et nouv. série T.* 1. p. 102.

61) Ibid. p. 103. — *Anat. pathol. livr. VII. pl.* 5. *fig.* 1.

62) *Arch. gén.* l. c.

63) *Würtemb. med. Correspondenzbl.* 7. *Bd.* 1837. *no.* 6.

64) *Dublin hosp. reports. Vol. IV.* p. 310.

65) *Heidelb. med. Annalen* 3. *Bd.* p. 626.

66) *Wöchentl. Beitr. f. med. und chir. Klinik. Bd.* 3. p. 209.

67) *Dublin hosp. reports. Vol. V. Samml. auserl. Abh.* 39. *Bd.* p. 296.

68) Diss. de volvulo. Berol. 1839. p. 30.

69) ROSTAN *Journ. Vol. XII. no.* 19.

70) RUST *Mag.* 46. *Bd.* 1836. p. 501.

71) Puella 10 mensium, quam pater phthisi correptus progenuerat, alternis vicibus diarrhoea et tussi cum rhoncho tracheali et pulmonali mucoso conjuncta, laboraverat, praeterea vero bene valuit, optimeque nutrita fuit, quum die nono Novembris 1835 inopinato et repetita vice vomeret, dein multum ejularet; simul valde collapsa erat et potum tanta cum cupiditate assumebat, ut de gastromalacia cogitarem. Sequente nocte aegra non quievit, vomitus vernon rediit, alvus recte soluta. Hora decima matutina

ipse. DEWEY[72]) vidit partem peritonaei rupti e situ suo dimotum in regione iliaca sinistra intestinum tendere et strangulare, MOULINIÉ[73]) intestinum ileum membrana clausum. 7° Tandem intestina aut circa axim suam aut circa mesenterium aliudve intestinum ita contorta sunt, ut inde clauderentur. Id observarunt DIETERICUS[74]), SCHMALZ[75]), SCHMIDEL[76]), DE FISCHER[77]), SIBERGUNDI[78]), ABERCROMBIE[79]),

aegra inopinato tetano correpta obiit, priusquam in auxilium vocatus accedere potui. — Aperto sequente die abdomine, in conspectum venit pars intestini jejuni rubra, caerulea, quae strangulata erat filo fibroso. Hoc initium cepit a tunica serosa intestini ipsius, ejusque ansam ita circumdedit, ac si consui o nodus factus fuisset. Intestini pars incarcerata mucum cruentum in se continuit. Praeterea ventriculus summo gradu emollitus; glandulae mesaraicae et bronchiales tuberculosa materia plenae et tumidae, nec non cerebri pars emollita. — Strangulatio intestini vix ullum symptoma excitaverat; mortem repentinam phalomalaciae, vomitum aliaque symptomata praegressa gastromalaciae tribuenda esse censerem.

72) *Boston Journ. Vol. XI. N.* 26. SCHMIDT *Jahrb.* 18. *Bd.* 1. *H.* p. 73.

73) *Gaz. méd. de Par.* 30. *Sept.* 1837. FRICKE *u.* OPPENHEIM. *Zeitschr. Bd.* 7. *H.* 4. p. 517.

74) BONETI sepulchretum. Lib. III. Sect. XIV. obs. 21. §. 3 („ileum contortuplicatum, uti pannus a lotricibus convolutus").

75) *Seltne med. u. chir. Vers. Lpz.* 1784. p. 110. (angustatio intestini ilei paullulum contorti, pennam anserinam aequans ¼ ulnam longa).

76) Diss. de alvi obstructione. Erl. 1755. p. 22 (gyri quidam [intestini ilei, ubi coeco propinquum est] violento modo spirarum et helicum in morem ita contorti et connexi

CROMBIE[79]), RÖPKE[80]), WEIGLEIN[81]), ROKITANSKY[82]), CLARUS[83]), ANDRAL[84]).

3. Jam

erant, ut aquae nonnisi cum difficultate superfuerit transitus per ipsum intestini cavum, cum elueretur. Simul scirrhus mesenterii et intestini recti cum intussusceptione adfuerat).

77) Nova acta Nat. Cur. T. II. obs. 56. p. 208. („colon ubi recto communicatur contortum.") T. III. obs. 69. p. 310.

78) HUFELAND *Journ. Bd.* 69. 1 *St.* p. 71.

79) *Krankh. des Magens, Darmkanals* etc. *übers. v.* v. D. BUSCH. p. 153.

80) L. c. p. 17. qui torsiones aut volvulum sensu strictiori haec vitia appellat. In casu, quem enarrat, „intestinum colon ab illo loco, quo S. romanum incipere debebat, sursum adscendens, atque ileum intestinum, colon transversum et hepatis anteriorem superficiem detegens, diaphragma tangebat. Hîc (hinc) arcu quasi formato S. romanum tali modo prolongatum ad pelvim descendebat. . . . Quae coli partes et adscendens et descendens normam valde excedentes per telam cellulosam inter se conjunctae una ad alteram jacebant et supra vesicam urinariam ad dextrum latus vergentes bis invicem semet ipsas contorquebant stricturamque maxime implicatam efficiebant."

81) *Med. Jahrb. d. österr. Staates* 14. *Bd. od. Neueste Folge* 5. *Bd.* p. 69. (Duplex strangulatio adfuit; prior eo facta est, ut ligamentum inde ab ovario hydropico ad mesenterium abiret, alterum efformavit intestinum ileum ipsum, quod caecum arctissime constrinxit).

82) L. c. p. 642.

83) De omento lacerato et mesenterii chordapso. Lps. 1833. p. 43. et 55.

84) *Nouv. Journ. de méd. Sept.* 1822. *T. XV.* (*Le jéjunum, à son origine roulé et contourné plusieurs fois sur lui même, était embrassé par le mésentère, qui le tirait fortement à l'instar d'une corde et à son tour il comprimait aussi le mésentère*).

Symptomata et Diagnosis. 3. Jam ante morbum lethalem subinde symptomata, quae intestinum strangulatum significant, in conspectum veniunt. Vitia diaetetica, fortior corporis nisus repente excitant dolorem, qui certam sedem habere solet, quemque abdominis intumescentia, tensio, angustia pectoris, anxietas, vomituritio et vomitus ipse sequuntur. Plerisque alvus aut tarda aut obstructa est, id quod accidit et iis, in quibus supra dicta symptomata levissima vel nulla sunt. Justa medicina adhibita tales accessus repetita vice superantur, donec paroxysmus gravior dolore acuto, per totum abdomen extenso, insignitus longius per temporis spatium perdurat. Jam meteorismus increscit ita ut respiratio laedatur et summa anxietas accedat; alvus pertinaciter obstipata et clausa, vomitus perdurat, qui transit in ileum. Brevi tempore praeterlapsō signa inflammationis commutantur cum gangraena et aeger obit. Qui haec signa, morbique ab initio periodicum, dein continuum decursum, nec non caussas rite aestimaverit, Rokitansky[85]) autore morbum saepenumero cognoscere poterit, attamen dubitamus, num id semper fieri possit[86]); et peculiaris strangulationis caussa maxima cum difficultate cognosci poterit.

Necroscopia. 4. Sectione facta invenerunt laudati viri eas partes intestini, quae strangulatae fuerant, rubras, coeruleas, nigras, inflammatas, gangraenosas, destructas,

85) L. c. p. 673.

86) In casu saltem meo supra commemorato nemo de strangulatione interna cogitasset.

structas, perforatas; quae supra strangulationem sita sunt intestina dilatata, subinde inflammata, inferiores intestini partes fere vacuae erant. Nec raro in cavo peritonaei exsudatum et materia faecalis conspiciebatur.

5. Ubi strangulatio perfecta et continua facta est, de vita aegroti desperandum est, quae quidem diutius conservari potest, ubi quas supra commemoravimus, periodicae accessiones vigent. Prognosis.

6. Qui suspicionem movet, ne strangulatio interna nasci possit, caute vivat, nimios corporis nisus, cibos nimios, duros, difficiles concoctu, quique flatus, spasmos et obstructiones excitaturi sint, sedulo vitet; curet, ut alvus quotidie solvatur. Ubi dolor quidam, qui vulgo pro colico habetur, excitatus fuerit, lenia eccoprotica exhibeantur cum sedativis. Fieri quidem potest, ut haec cura sub initio morbum tollat; qui aliàs brevi tempore ita crescere solet, ut neque evacuantia [87]), nec antiphlogistica, neque sedantia utut symptomatibus indicata usum ferre possint. Contra ex sola gastrotomia salus anceps et ambigua quaerenda esset, utpote quam institutam esse sine emolumento Monfalcon [88]) enarrat. Cura.

I 2 Caput

87) Attamen Sanson (*gaz. des hôpitaux. Par.* 1833. *no.* 46) oleo crotonis infricato incarcerationem internam sanasse sibi videtur.

88) L. c.

Caput III.
De enteritide.

§. XIV.
Definitio. Historia et literatura.

Definitio. 1. Enteritis [1]) dicitur inflammatio intestinorum, dolore, obstructione vel diarrhoea, nonnumquam vomitu et ileo insignis, nec non, ubi acute decurrit, febre stipata.

Historia et literatura. 2. Iam Hippocrates [2]), Galenus [3]), Aretaeus [4]), Caelius Aurelianus [5]), Alexander Trallianus

1) A Graecorum ἔντερον intestinum. *Syn.*: ileus Hipp., Aret. ileus inflammatorius, chordapsus Gal., acutum tormentum Cael. Aurel., febris iliaca, febris intestinorum inflammatoria F. Hoffmann; colica inflammatoria Quarin, Enterophlogia de Meyzeray. Gall. *inflammation des intestins, des boyaux, entérite; gastroentérite* Broussais. Angl. *inflammation of the intestines; pains in the guts.* Ital. *Infiammazione dei intestini.* Germ. *Darmentzündung.* Belg. *Darm-Onsteeking.*

2) De morbis lib. III. ed. Kühn. T. II. p. 301. De affection. ed. Kühn. T. II. p. 392. 393. Coacae praenott. ed. Kühn. T. I. p. 238. 251. De fistulis ed. Kühn. T. III. p. 334.

3) De locis affectis lib. I. cap. 2. ed. Kühn. T. VIII. p. 20. lib. VI. cap. 2. p. 381. Definitt. med. no. 273. T. XIX. p. 423. („volvulus est phlegmone intestinorum, quo malo nec flatus infra nec dejectiones transmittuntur, tormina sequuntur vehementia, cruciatusque intolerabiles").

4) De causis et signis acut. lib. II. cap. 6. ed. Kühn p. 45. (caussae et signa enteritidis bene traduntur et inflammatio tenuium et crassorum distinguitur). — De curat. morb. acut. Lib. II. c. 5. p. 271.

LIANUS [6]) enteritidem, nomine ilei insignitam describunt. Nec non CELSUS [7]), PAULUS AEGINETA [8]), AËTIUS [9]) ejusdem mentionem faciunt. VINCENTIUS DE PETRONE [10]), SENNERT [11]), SYDENHAM [12]), BAGLIVIUS [13]), BOERHAAVE et VAN SWIETEN [14]), F. HOFFMANN [15]), SCHMIEDEL et OTT [16]), WALTHER [17]), VLYCKHERE [18]), KALTSCHMIDT [19]), PITHERAC DE ALTMEIDA [20]), STOLL [21]), BOSE [22]), MOMMEYER [23]), QUA-

5) Morbi acuti lib. III. cap. 17. ed. AMMAN. Amst. 1755. p. 235. (de acuto tormento, quod Graeci ileum appellant). Morbi chron. lib. IV. cap. 3. p. 499.

6) Opera (ed. Paris. 1548. p. 216) ed. Basil. 1556. lib. VIII. cap. 7. p. 423. — Lib. X. cap. I. p. 560.

7) Med. lib. IV. cap. 13.

8) Lib. III. cap. 42 et 44. ed. lat. Lugd. 1567. p. 348 et 352.

9) Tetrabibli tert. sermo I. cap. 28. ed. lat. Basil. 1542. p. 512.

10) Literarium duellum inter Salernitanos et Napolitanos medicos, in quo de intestinorum phlegmone controvertitur casus etc. Venetiis. 1647 (HALLER bibl. pract. II. p. 715).

11) Praxis med. lib. III. P. II. Sect. I. c. 2.

12) Observatt. Sect. I. c. 4. Opera Genevae 1757. T. I. p. 44. Sect. IV. c. 7. ibid. p. 125.

13) Praxis med. lib. I. c. 9.

14) Comment. T. III. Par. 1754. p. 159.

15) Med. rat. syst. T. IV. P. 1. p. 537. — Opera P. II. p. 170.

16) Diss. de inflammat. intest. Erl. 1747.

17) Pr. de colica inflammatoria. Lps. 1756.

18) Diss. de febre inflammatoria mesenterico-intestinali. Argent. 1767.

19) Diss. de intestinorum inflammat. s. enteritide. Jen. 1760.

20) Diss. de enteritide s. intestinorum inflammatione. Monspell. 1776.

Quarin[24]), Bang[25]), Eller[26]), Hicks[27]), Ferrus[28]), Rademacher[29]), Consbruch[30]), Perroteau[31]), Sm. Gli. Vogel[32]), P. Frank[33]), Riedel[34]), Schmidtmann[35]), Pemberton[36]), Broussais[37]), Billard[38]), Hutin[39]), Abercrombie[40]), Rich-

21) Rat. med. T. I. p. 198. T. II. p. 379. 407.
22) Pr. de erysipelate intestinorum. Lps. 1785.
23) Diss. de enteritide. Loewen 1786.
24) De cur. febribus et inflammat. p. 361.
25) Praxis med. p. 190.
26) Observatt. de cogn. et cur. morbis. Regiom. 1762. p. 253.
27) *Von der Entzündung der Gedärme* (Webster: *System der prakt. Arzneikunde. Bd.* 1. p. 296).
28) *Observ. sur les entérites produites par différentes causes. Journ. de méd. T.* 76. 1788. p. 212.
29) Hufeland *Journal* 2. *Bd.* p. 600.
30) Ibid. *Bd.* 13. *St.* 3. p. 31.
31) *Diss. sur l'enterite chronique ou inflammation lente des intestins grêles. Par.* 1801.
32) *Handbuch* 4. *Thl.* p. 295. 33) Epitome. *lib. II.* p. 249.
34) Diss. de enteritide. Viteb. 1811.
35) Summa observatt. *Vol. II.* p. 98.
36) *On various diseases of the abdom. viscera. Lond.* 1814. p. 173. — Versiones germ. 1) *v.* Gh. v. d. Busch. *Bremen* 1817. 2) *Erf.* 1818. 3) *v.* Bresler. *Bonn* 1836.
37) *Leçons sur les inflammations gastriques. Par.* 1823. p. 111. 203. Vers. germ. *v.* Kuehlin. *h. v.* Gendre. *Bern* 1820. p. 109. 197 (hac usus sum).
38) *De la membrane muqueuse gastro-intestinale dans l'état sain et dans l'état inflammat. Par.* 1825. *A. d. Franz. v.* Urban. *Lpz.* 1828. p. 97.
39) *Tr. sur la membrane muqueuse du canal digestif* (*Nouvelle bibl. méd.* 1825. *Sept.*).
40) *Edinb. med. and surgic. journ.* 1820. *No.* 62. *Pathol. u. prakt. Untersuch. über d. Krankheiten d. Magens u. Darm-*

Richter[41]), ab Hildenbrand[42]), Lesser[43]), Naumann[44]), Boisseau[45]), Neumann[46]), de Lawaczek[47]) hanc rem uberius et plenius pertractant.

§. XV.

Symptomata. Necroscopia.

1. Symptomata enteritidis, respectu non habito ejus formarum, sunt dolores, qui horrore praegresso, vel sine illo, sequente calore, plerumque in loco quodam circumscripto, in regione umbilici, dextri ossis ilei, coli transversi aut alia, fixi incipiunt, brevi vero latius sese expandunt, totumque abdomen occupant; initio modici, brevi summum gradum attingunt, et vel levi attactu abdominis, vel quovis motu ejusdem (sub tussi, sternutatione, inspiratione profunda et corporis situ mutato) ita evehuntur, ut vix ferri possint; sunt vero urentes, pungentes, lancinantes. Nonnumquam morbus incipit tam vehementi dolore, ut colica adesse videatur; et similes paroxysmi morbo decurrente superveniunt[1]). Abdomen calidius est et intumescit, Symptomata.

kanals. A. d. Engl. v. Gh. v. d. Busch. *Bremen* 1830. p. 274.

41) *Spec. Therap.* 1. *Th.* p. 326.

42) Instit. pr. med. T. III. p. 309.

43) *Die Entzündung und Verschwärung der Schleimhaut des Darmkanals. Berlin* 1830.

44) *Handbuch der med. Klinik.* 4. *Bd.* 1. *Abth.* p. 614. *u.* 2. *Abth.* p. 108.

45) *Nosographie organique. T. I.* p. 389. 513.

46) *Von den Krankheiten der Menschen.* 2. *A.* 1. *Bd.* p. 237.

47) Diss. de enteritidis acutae pathologia. Berol. 1837. —

mescit, nonnumquam brevi tempore meteorismi summo gradu corripitur [2]). Interdum musculi ventris spasmodice contrahuntur, ita ut venter durior fiat; nec non anus spasmo clauditur, qui ad vesicam et urethram extenditur, ita ut dysuria vel ischuria oriatur. Praeterea aeger persentit anxietatem, ex abdomine oriundam, cum dyspnoea conjunctam, jactitat brachia, quin trunci situm mutet; ructus, nausea, vomituritiones et vomitus ipse, quo bilis viridis, aeruginosa et herbacea et ipsa stercora [3]) ejiciuntur, accedunt; simul alvus clausa, aliàs pro re nata tarda, obstructa aut liquida, frequens, dolorifica, cum vehementi nisu, tenesmo conjuncta; excretio cruenta, serosa, mucosa; sitis vehemens, lingua rubra, levi obtecta muco albo et sicca; facies saepenumero jam incipiente morbo collapsa et mutata, oculi insoliti quid habent, pupilla angusta; deliria, convulsiones, pulsus parvi contracti, frequentes, duri, sibi dissimiles; urina vel flammea vel transparens, pallida, parca [4]).

Necroscopia. 2. Necroscopia tubi intestinalis inflammati nostris temporibus summo cum studio pertractata est

1) Sydenham Opera T. I. Obs. Sect. IV. cap. 7. p. 128 („subinde remittitur dolor, mox recrudescit paroxysmus, quem aeger praesentiens vultu miserabili atque ejulatu, ceu praesentem exhorret et aversatur").

2) Meteorismus inflammatorius Vet.

3) Ileus inflammatorius Vet.

4) Fordyce *elements of the practice of physick.* p. 251. — *Uebersetzung. Coppenh.* 1769. p. 69.

est post MORGAGNIUM[5]), ROEDERUM et WAGLER, a Francogallis BROUSSAIS, BILLARD, GENDRIN[6]), inter Germanos, qui huic rei studuerunt, eminent DE POMMER aliique infra citandi. Saepenumero canalis intestinalis hîc aëre dilatatus, illic contractus et angustatus[7]) est; praeterea rubedo ejusdem in oculos cadit, quae dilatatis vasis capillaribus producta est; haec nonnumquam conspicitur in membrana mucosa, integra superficie externa; contra serosa non raro rubet, integra superficie interna; rarius utraque inflammationis signa exhibet, nec non strata cum musculosa, tum cellulosa, quae inter illas membranas interposita sunt, tument et turgent ita, ut parietes tubi intestinalis crassiores sint. Quodsi membrana serosa inflammata fuerat, praeter rubedinem latex turbidus sero lactis aut puri similis occurrit et in eo natant concrementa albida, membranosa, quae obtegunt praecipue partes maxime in-

5) Ep. V. 19. XX. 43. XXIV. 18. ep. XXIX. 10. ep. XXXIV. 7, 9. 21. 23. ep. XXXV. 12. XXXIX. 26. LIX. 15. refert intestina inflammata reperta fuisse, quin aut tunicae, quae inflammatione correptae fuerint, aut singula inflammationis signa commemorentur. Quum aliàs saepe ruboris mentionem facit, patet, hunc solum viro egregio non satis certum fuisse inflammationis indicium.

6) *Histoire anatomique des inflammations. Par. et Montpellier* 1826. 2 *Vol. A. d. Französ. v.* JUST. RADIUS. 3. *Thl. Lpz.* 1828 (hac versione usus sum).

7) BROUSSAIS *histoire des phlegmasies chroniques. T. II.* p. 520 (vidit tubum intestinalem inflammatum ita contractum, ut membrana mucosa arida colore ligni campechiensis sese attingeret invicem).

inflammatas. Inde nasci possunt concretiones intestinorum, de quibus infra[8]) agetur; partes intestinorum aut inter se aut cum partibus vicinis cohaerent, interdum ita, ut vix evolvi possint[9]). Tunica muscularis inflammatione rubescit, crassior redditur, contrahitur et per mucosam integram nonnumquam perlucet[10]). Membrana mucosa, quae inflammata fuerat, aut ita rubet, ut injectiones ramiformes, capilliformes, puncta rubra[11]), striae et maculae rubrae in conspectum veniant, aut rubedo ejus latius diffusa est; praeterea chronica inflammatione[12]) color ita mutatur, ut fuscus et violaceus, griseus adeoque ater sive melanoticus fiat; mucosa crassior et durior facta facilius detrahi potest a tela cellulosa submucosa, quippe quae friabilis facta sit[13]). Eadem turget, flocculis exsudatis, lympha coagulabili, membrana spuria[14]), aut muco mutato obtecta est, emollita, pultacea conspicitur. Praeterea comparent vesiculae

8) Caput VI. §. XXVIII. 1.

9) Druffel in Horn *Archiv* 1828. 4. *H.* p. 568.

10) Gendrin l. c. 2. *Thl.* p. 163.

11) Gendrin l. c. 1. *Thl.* p. 453. haec puncta in villis solis sedem habere contendit.

12) Gendrin l. c. 1. *Thl.* p. 522. Billard l. c. p. 188 etc.

13) Billard l. c. p. 95. Idem testatus est Gendrin l. c. 1. *Thl.* p. 455. 458. attamen commemorat p. 530. enteritidem chronicam, quae albidiore colore mucosae, crassitie intestini et eo insignis sit, ut mucosa minus facile detrahi possit.

14) Abercrombie l. c. p. 318. obs. 90. — O'Brien *transact. of the King's and Queen's college. Vol.* 5. Cheyne. *Dublin hospital reports. Vol.* 3. p. 32. Gendrin l. c. p. 501.

lae[14]), pustulae[16]), tubercula; ulcera de quibus infra[17]). Rarissime[18]) vero universa membrana mucosa affecta deprehenditur, sed nonnisi pars ejusdem major aut minor, modo tenuis modo crassi intestini. Subinde partes intestini inflammati gangraena correptae et destructae conspiciuntur; haec vero atro[19]) colore, statu emollito[20]) intestini nec non crustis[21]) in interna superficie significatur, et pars tubi gangraena correpta in se continet laticem atrum, ichorosum, purulentum, male olentem. Gangraena modo omnes tunicas, modo mucosam solam tenet; quodsi hoc locum habet, primum oritur stria atra, circa quam membrana ipsa in pultem griseam sive nigram convertitur; deinde crustae sequuntur, quae brevi

15) Abercrombie l. c. p. 280. obs. 94.

16) Vid. variolae internae et dothienteritis Bretbaunno quam in capite de ulceribus intestinalibus pertractabo.

17) Cap. VI. §. XXI. 2.

18) Semel vidi totam et universam tunicam mucosam a ventriculo usque ad anum rubore inflammatorio tinctam in juvene, qui febre nervosa exstinctus fuerat et brevi tempore ante obitum phosphoro usus fuerat.

19) Quo magis inflammatio ad gangraenam vergit eo magis rubedo ad atrum accedit, Morgagni epist. V. 19. XXI. 9. XXXIV. 11. XXXV. 14. 16. 18.

20) Mollities tanta est, ut digito facillime cedat, ac si is in pirum putridum immitteretur. Vidi juvenis cujusdam tubum intestinalem, qui per totum suum tractum ita emollitus fuerat, ut nullibi tangi posset, quin rumperetur. Signa enteritidis acutae praecesserant cum obstructione rebelli, quae inde pendebat, quod colon descendens integrum coarctatum esset.

21) Cruveilhier *anat. pathol. Livr.* 31. *pl.* 3.

brevi tempore decidunt et ulcera relinquunt margine quasi abscisso; haec ulcera facile perforant intestinum [22]). Praeter haec signa inflammationis in conspectum veniunt interdum ea, quae excitaverunt enteritidem; vid. hernia incarcerata, strangulatio interna, intussusceptio, angustatio, finis caecus intestini, steatoma, hydrops ovarii, aliique tumores, qui compresserant intestinum. Tandem et aliae corporis partes saepenumero laesae et commutatae cernuntur, ventriculus, mesenterium, glandulae mesaraicae, omenta, peritonaeum, hepar, lien, vesica urinaria, cor, pulmones, cerebrum.

§. XVI.

C a u s s a e.

Praedisponentes. 1. Nulla aetas immunis est ab enteritide, qua corripiuntur infantes teneri [1]), robusti adulti et senes decrepiti [2]). Qui vero antea jam enteritidem superaverunt, quive aut morbos intestinorum superstites post inflammationem, aut alios vid. stases, obstructiones, haemorrhoides, colicam, indigestiones crebras habent, imprimis herniosi saepius ea afficiuntur;

22) Idem vidi in homine, qui febre nervosa exstinctus fuerat. Circa ulcus perforans signa gangraenae conspiciebantur.

1) Röderer et Wagler (de morbo mucoso. p. 135) tempore, quo grassata est epidemia, in foetu, qui abortu editus fuerat, vestigia inflammationis mucosae in ventriculo et duodeno viderunt. — Heurteloup *de l'inflammation de la membrane muqueuse gastro-pulmonaire chez les enfans nouveaux-nés. Par.* 1823.

2) Hicks l. c. p. 296. putat senes prae aliis dispositos esse ad enteritidem et testem facit Hoffmannum.

untur; nec non morbi origo epidemico modo imprimis aestate favetur.

2. Excitatur vero enteritis iisdem fere caussis, ac gastritis; videlicet laesione, contusione [3]), vulnere [4]), cibo acri, potu spiritus vini ac frigidae [5]), venenis cum corrosivis [6]), tum acribus [7]) et narcotico-acribus, purgantibus drasticis [8]), bile acri, vermibus [9]), corpore peregrino [10]), intestinum laedente aut obstruente [11]). Praeterea intestinum ste- Excitantes.

3) DURAND *diss. sur l'inflammation du tube alimentaire à la suite des coups de pied de cheval sur l'abdomen. Par.* 1805. F. HOFFMANN l. c. obs. 3. p. 550.

4) Conf. caput IV. §. XXIII. 1.

5) HEISTER *Wahrnehm. no.* 12. p. 23.

6) Legitur (FRORIEP *Notizen.* 23. *Bd. no.* 9. p. 144) de apothecario, qui in semet ipso vim phosphori exploraturus, per triduum sex granis sumtis in enteritidem incidit et obiit.

7) P. FRANK in schedis duos casus refert, ubi capsicum annuum recens enteritidem lethalem effecit.— GRAHL (HUFELAND *Journ.* 71. *Bd.* 1830. *Oct.* p. 100) refert de veneficio per clysterem e decocto hb. nicotianae illato, quod reliquit inflammationem tubi intestinalis. MORGAGNI (ep. LIX. 15) refert de enteritide, Extr. ellebori provocata.

8) Femina tertia post puerperium die Infusum sennae tam forte, ut cerevisiae *Porter* simile esset, sumsit. Quo facto sequebatur vehemens diarrhoea et vomitus cum meteorismo, et aegra obiit quin dolorem sensisset (P. FRANK scheda).

9) Teste DE MURALTO. Ephem. nat. cur. dec. II. a. 1. 1682. obs. 118. p. 300.

10) Nucleum pruni, qui enteritidem excitaverat (*Edinb. Vers.* 1. *Bd.* p. 394), SIMSON abire videbat.

11) SHORT observavit perfectam valvulae coli obstructionem. *Edinb. Vers.* 4. *Bd.* p. 574.

steatomate, ovarii tumore aliove ita comprimitur, ut inflammatio oriatur; saepius accidit, ut pars ejusdem in hernia contenta incarceretur, aut incarceratione interna laedatur. Deinde excitatur enteritis obstructione rebelli, intussusceptione, concretione intestini, colica et diarrhoea, dysenteria, typho, febre biliosa, flava, gastrica, pituitosa, scarlatina, variola; inflammatio, quae ab initio peritonaeum, ventriculum, hepar tenebat, ad intestinum migrat et vice versa. Tandem enteritis metastatico modo oritur et sequitur perfrictionem, suppressionem sudoris, catameniorum, lochiorum, haemorrhoidum, diarrhoeae, secretionis lactis, arthritidis, exanthematum cum acutorum, tum chronicorum.

§. XVII.

D i a g n o s i s.

Difficultas. 1. Multitudo caussarum non minus, quam signa inflammationis ejusque reliquiarum, quae necroscopia patefiunt, enteritidem ad frequentiores morbos[1]) referendam esse, eamque variam formam induere docent. Id quidem recentioribus temporibus plurimi agnoscunt jure; alii vero huic morbo justo plus tribuunt, eumque vident, ubi non est, aut, ubi adest revera, alias morbi partes prorsus negligunt. Tenendum vero est, non omnem qualemcunque abdominis dolorem, tactu rudiore ma-

1) Walther (de morbis peritonaei et apoplexia) ad rarissimos, P. Frank (in schedis relictis) nec non Broussais aliique ad frequentissimos morbos enteritidem referunt. Scilicet medici in eo non consentiunt, quaenam morbi species ad enteritidem pertineant.

manuque gravi auctum, non quamvis rubedinem apicis linguae, abdominisque functionem quodammodo laesam certa enteritidis signa esse; monendum est, enteritidem, quae re vera adsit non raro cum alio morbo ita conjunctam esse, ut ejus tantum partem, non totum morbum exhibeat, quid quod nonnumquam ab alio morbo excitetur. Ex altera vero parte negari non potest, enteritidem aut primariam, aut alius morbi partem aut ejus effectum saepenumero initio praetervisam[2]), et cadaveris demum sectione patefactam esse[3]). Sed ne huic quidem omnis fides inconsulto modo habenda. Haudquaquam enim haec illave rubedo intestini[4]), nec

2) Stoll aphor. §. 304 („principium morbi non raro imponit incautis, frigori, flatui, saburrae, spasmo adscribitur periculoso successu").

3) Stoll (rat. med. T. II. p. 409, 10), Wienhold (diss. de inflammatione occulta viscerum, praecipue hypochondriacorum), Morgagni (ep. 38. no. 22), Wedekind (Richter *chir. Bibl.* S. *Bd.* p. 95) hujus rei exempla referunt. C. F. Rotboel et J. K. Rogert diss. sist. observatt. circa fallaciam signorum in inflammat. abdom. Hafniae 1776. — Aasheim in Act. Reg. soc. med. Havn. Vol. 1. p. 77.

4) Morgagni ep. 19. no. 17 et 18. — P. Frank Epit. lib. II. §. 241. — Billard l. c. exemplis compluribus probare studet, ruboris varias, quarum mentionem facit, species non solum ab inflammatione, sed etiam a congestione mere passiva produci. Id, quod eodem autore conjicere licet, ubi pars rubra inferiore loco posita est, reliqua vasa abdominalia cruore turgent, et impedimentum circulationis innotescit, ubi mucosa minus facile a tela cellulosa submucosa separari potest, nec muci secretio mutata est

nec vasa quaedam turgentia sufficiunt, ut enteritidem adfuisse, jure declaremus. Quare diagnosis enteritidis saepenumero difficilis, ardua, incerta, dubia est; eamque occultam [5]) declarant, ut errorem excusent medici. Praeterea accidit interdum, ut inflammationem quidem adesse, recte cognoscatur, quaenam vero abdominis pars affecta sit, vivo aegro prorsus lateat aut dubium maneat. Tales graves errores, iique aegro interdum funesti, ut evitentur, maxima cum industria, omnia symptomata[6]) et caussae, tam praedisponentes, quam excitantes in censum vocanda sunt, praeterea videndum est, quid juvet, quidve noceat, denique ratio habenda est singularum specierum hujusce morbi, quae sequuntur varietatem caussarum et partium laesarum.

Varietas. 2. Enteritis enim nunc late diffusa nunc arctis limitibus circumscripta est ita [7]) ut duodenitis, ileitis, typhlitis, perityphlitis, colitis, architis, periarchitis distinguendae sint, nunc a mucosa mem-

Laennec (*Auscultation méd. Vol.* 2. p. 360) Nec non Abercrombie (l. c. p. 275) jure meritoque monet, ne rubori nimium tribuatur. Cf. Andral *pathol. Anat.* 2. *Th.* p. 29.

5) P. Frank p. 255. eum tribuit non tantum medicis errantibus, sed potius silenti naturae.

6) Broussais (*Lehrstunden* p. 121.) quidem pro certis signis gastroenteritidis suae declarat 1) sitim et voluptatem a potu aquoso, 2) absorptionem celerem, 3) linguam ad marginem rubram, in medio obtectam, 4) ruborem oculorum, 5) cutem urentem, 6) meteorismum. — Vix autem hisce signis tantum tribuerem.

7) Lesser l. c. p. 271. quidem magni non habet varias illas circumscriptas enteritidis species, sponte vero elucebit, quantum et symptomatibus et decursu differant.

membrana coepit, eamque tenet solam aut ad alias transit, nunc in serosa initium habet, et in ea acquiescit, aut transit ad alias, nunc plura aut omnia strata simul laedit, modo acuta modo chronica est et pro diathesi varia traumatica, phlegmonosa, erysipelacea et exanthematica, rheumatica, arthritica, haemorrhoidalis, catarrhalis, scrofulosa, carcinomatica, nervosa, putrida et accessoria est.

3. *Enteritis diffusa* per magnam partem tubi intestinalis extensa, neque certo loco adscripta est, intestina tenuia aeque ac crassa tenet, interdum a superiore parte ad inferiorem descendit; initio nunc mucosam, nunc serosam, rarius omnes tunicas intestini tenet, vix alia a caussa locali, nisi veneno producitur, ut plurimum diathesi universali et metastasi originem debet et signa inflammationis supra commemorata plurima eaque summo gradu exhibet; dolor totum abdomen tenet, febris vehemens. E. diffusa.

4. *Enteritis circumscripta* in quavis intestini parte a causa locali, hernia incarcerata, incarceratione interna, intussusceptione, laesione mechanica excitatur; loco originis nunc inhaeret, nunc paullo latius ad loca vicina diffunditur; ut plurimum omnes ac singulas tunicas intestini tenet. Quare dolores qui accusantur, ab initio circumscripti sunt, non raro manent; febris modica; obstructio rebellis, vomitus accedit et ileus sequitur. E. circumscripta.

5. Inflammatio duodeni[8]) acuta cum gastritide, Duodenitis.

en-

8) Duodenitis vox quidem hybrida, brevior autem quam dodecadactylitis a δώδεκα duodecim et δάκτυλος digitus. — Abercrombie l. c. p. 129.

enteritide, hepatitide, chronica[9]) vero cum ulceribus et vitiis organicis, de quibus infra agetur, conjuncta esse solet. BROUSSAIS[10]) ut signa acutae duodenitidis dolorem obscurum, profundum, versus hypochondrium dextrum se extendentem, auctum tactu hujus regionis, sitim inexplebilem, digestionem ciborum vero regularem refert. Chronica vero duodenitis autore CAS. BROUSSAIS[11]) se exserit dolore, qui oritur aliquot horas post pastum, quique ad hypochondrium dextrum et dextrum pectoris latus extenditur. Eumdem aeger comparare solet cum dolore, qui incitaretur a carbone, spina, ulcere, globo aut ab animali, quod in fauces adscenderet et respirationem laederet. Idem dolor in centro diaphragmatis percipitur, augetur et excitatur spina dorsali flexa. Accedunt ad duodenitidem symptomata biliosa et icterus[12]) ipse.

Ileitis. 6. Intestinum tenue[13]) frequentius[14]) quam crassum inflammatione corripitur, haec vero rarius in eodem acquiescit, sed ad ventriculum, duodenum, colon, peritonaeum transit. Quodsi inflammatio in-

9) CAS. BROUSSAIS *sur la duodénite chronique. Par.* 1825.

10) *Propositions de pathologie.* 11) L. c.

12) ESMBIN *obs. d'une duodénite aiguë, guérie par le traitement antiphlogistique. Journ. complém. du dict. des sc. méd. T.* 24. p. 284. — CAS. BROUSSAIS l. c. — JOS. FRANK (ex schedis). — STOKES *Vorless. üb. die Heil. innern Krankh. Deutsch bearb. v.* BEHREND. *Lpz.* 1835. p. 89.

13) Enteritis iliaca. SAUVAGES ed. DANIEL T. II. p. 351. Febris iliaca inflammatoria, F. HOFFMANN. Jejuno-ileitis. Ileo-jejunitis. BROUSSAIS. Ileitis.

14) VAN SWIETEN. T. III. p. 160.

intestinum tenue tenet, dolores[15]) ad umbilicum percipiuntur, alvus obstructa est, „nausea et vomitus vehementius urgent, citius vero vel serius evomuntur assumta, prout inflammatio majori vel minori distantia a ventriculo sedem fixerit[16]).“ Abdomen tumet, ileus sequitur. Sin autem ileitis chronica adest, tertia aut quarta hora post prandium dolores excitantur, ab initio vagi, dein fixi, qui alvum exonerandam non cient; borborygmi percipiuntur, obstructio rebellis; regio umbilicalis, sub tactu ab initio non sensibilis, dein resistit tangenti manui, et levi modo sensibilis fit; tandem tumor percipitur, qui cedit compressioni, brevi vero redit, postea cum dolore permanet. Aeger tristis, debilis, ejusque pulsus frequens, parvus, frequentior post pastum, cutis sicca, emaciatio lenta superveniunt.

7) Intestinum caecum non raro solum aut primario modo inflammatione, quam dicimus *typhlitidem*[17]) corripi cognoverunt ARETAEUS[18]), CELSUS[19]), BONETUS[20]), FABRICIUS HILDANUS[21]). Eamdem commemorant VAN SWIETEN[22]), J. P. FRANK[23]), **Typhlitis.**

K 2

15) NEUMANN l. c. dolores in inflammatione intestini tenuis adesse negat, cui assentit ALLÉ in *Med. Jahrb. des k. k. österr. Staates*. 18. *Bd.* p. 576.

16) QUARINUS *de febr. et inflammat.* p. 362.

17) A gr. τυφλον caecum; caecitis vox hybrida.

18) De caus. et sign. morb. diut. lib. II. c. VIII et IX, de caus. et sign. m. acut. lib. II. cap. VI.

19) De re medica lib. IV. cap. XIII et XIV.

20) Sepulchret. anat. lib. III. Sect. XIV. obs. 19 et 20.

21) Obs. chir. cent. I. no. 61. p. 49.

Frank[23]), accuratius vero pertractant Unger[24]), Copland[25]), Posthuma[26]), Holscher[27]), Albers[28]), Burne[29]). Praeterea singulares observationes, infra citandae, literis traditae sunt. Ut plurimum corpora aliena[30]), v. c. nuclei prunorum[31]), cerasorum[32]), stercora indurata[33]), vermes,

22) Comment. T. III. p. 170. 23) Epit. lib. II. p. 253.

24) Comm. de morbis intest. caeci. p. 20.

25) *Encyklopäd. Wörterb. d. pr. Med. übers. v.* Kalisch. *Bd.* 2. Art. caecum.

26) Diss. de intest. caeci ejus proc. verm. pathologia. p. 48.

27) Holscher *Hannöv. Annalen f. d. ges. Heilk.* 1. *Bd.* 2. *H.*

28) *Die typhlitis stercoralis.* Horn, Nasse *u.* Wagner *Journ. f. d. ges. Heilk. Jahrg.* 1837. 2. *H.* p. 188. — *Beobachtt. a. d. Gebiete d. Pathol.* 2. *Th.* 1838. p. 1.

29) *Med. chir. transact. publ. by the* R. *med. and surg. soc. of London. Vol.* XX. p. 201.

30) Burne l. c. p. 202.

31) Hicks l. c. p. 298. (typhlitis tertio die lethalis. Caecum plenum nucleis prunorum, inflammatum et maculis nigris notatum).

32) le Teneur in Hautesierck *recueil d'obs. de méd. des hôp. mil. T. II.* p. 502. — Bonafos ibid. p. 504. — Eggerdes Ephem. nat. cur. dec. III. a. IV. obs. X. p. 19. — Pfaff (intestinum colon [caecum fuisse ex narratione concludere licet] a copiosis cerasorum nucleis, post herniae incarceratae repositionem deglutitis, in scroto perforatum, feliciterque iterum consolidatum) Nova acta nat. cur. T. II. obs. 12. p. 41. — Wetzlar in Harless *rhein. westphäl. Jahrb.* 7. *Bd.* 2. *H.* (Caecum inflatum perforatum, parietes crassiores pure circumdati erant. In superficie interna excrescentia duos nucleos cerasorum in se continebat).

33) Albers l. c. — Holscher l. c. — Epps *London med. and*

mes, concrementa quae diutius retinentur in caeco, ejus inflammationem provocant. Praeterea MORGAGNI[34]) caecum post lapsum dilatatum stercoribus repletum et inflammatum, SPEAR[35]) idem externa vi ruptum et inflammatum viderunt; nec dubito alias quoque caussas enteritidis communes, v. c. perfrigerationem corporis typhlitidem pro re nata solam excitare posse. ALBERS[36]) accusat refrigerationem et usum ciborum acrium et acidorum, nec non vini novitii. Tandem inflammatio telae cellularis post caecum sitae et processus vermiformis ad caecum transire solet. Praegressa utplurimum obstructione alvi, dolor oritur acutus, plus minusve gravis, tactu et motu corporis auctus in regione iliaca dextra, ita ut aeger eumdem cubitum servare studeat; sympathici dolores a regione sacrali usque ad crus dextrum, ubi aeger sese moverit, extenduntur; nec non testiculi ad annulum inguinalem attrahunturi accedit febris, quae modum non excedit in typhlitide stercorali, gravior vero immo gravissima aliàs est, lingua pura aut levi muco obtecta; vomitus nonnumquam supervenit, nec non ileus[37]). Mitiores sunt dolores, ubi mucosa sola inflammata fuerit, nec alvus obstructa est, contra diarrhoea mucosa, cruenta praevalet, cum tormini-

surg. journ. and repository. 1. *Aug.* 1828. FRORIEP *Notizen* 22. *Bd. no.* 17. p. 265.

34) Ep. 34. no. 27.

35) *Mag. der ausländ. Lit. d. ges. Heilk.* 1828. 1. *H. Dublin hosp. reports. Vol. IV.* p. 349.

36) *Beobachtt.* p. 10.

37) ALBERS l. c. p. 196.

nibus et doloribus colicis, qui alvi dejectionem antecedunt. — Haec inflammatio non raro transit ad telam cellularem post caecum sitam, nonnunquam ad peritonaeum aut ad alias tubi intestinalis partes, nec non chronico[38]) modo decurrit et indurationem caeci relinquere potest.

Infl. proc. vermif. 8. Subinde accidit, ut *processus vermiformis* inflammatione primaria corripiatur, eaque ad caecum, telam cellulosam pone caecum sitam vel ad peritonaeum transeat. Hujusce rei exempla tradiderunt HEISTER[39]), MORGAGNI[40]), VAN DOEVEREN, SANDIFORT, AMYAND[41]), WALDRON[42]), THIERY, PARKINSON[43]), BLACKADDER[44]), LEROUX[45]), OLIVIER PRESCOTT[46]), KREBS[47]), BREMER[48]), ANONYMUS[49]), WICKHAM[50]), LOUYER-VILLERMAI[51]), MÉLIER[52]), ABERCROMBIE[53]), WETZLAR[54]), ILIFF[54]), COP-

38) BURNE l. c. p. 211.

39) *Wahrnehm. Vol. I. no.* 3. Ephem. nat. cur. cent. I. II. obs. 198. p. 431. N. acta nat. cur. Vol. II. obs. 93.

40) L. c. ep. XXX. 7. 41) *Phil. transact. no.* 443.

42) *Midl. med. reporter. Vol. II.* p. 50. 463.

43) *Med. chir. transact. Vol. III.* p. 57.

44) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 22. p. 19.

45) *Journ. de méd. T.* 38. 1817. p. 191.

46) *Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 42. p. 98.

47) *Med. Wahrnehmungen.* 2. *Bd.* 4. *H.* p. 31.

48) RUDOLPHI *Phys.* 2. *Bd.* p. 926. *Anmerk.*

49) *London med. and phys. journ. by* FOTHERGILL. *Vol* 35. 1816. *Febr.*

50 Ibid. T. 58.

51) *Arch. gén. de méd. T. V.* 1824. *Juin.* RUST *Mag. Bd.* 21. p. 604.

52) *Journ. gén. de méd.* T. 100. 1827. *Sept.* p. 317. *Samml. auserl. Abh.* 35. *Bd.* p. 1.

Copland [56]), Bieske [57]), Hoffacker [58]), Pommeresche [59]), Burne [60]), Corbin [61]), Anonymus [62]), Arnold [63]), Bodey [64]). Utplurimum haec inflammatio corpore alieno, quod superata valvula in processus vermiformis cavum immissum fuerat, excitabatur, vid. a globulis [65]) faecalibus induratis, a lumbrico [66]), a calculis biliosis [67]), aliisve [68]), a

53) L. c. obs. 60. p. 222.

54) Harless *rhein. westphäl. Jahrb.* 7. *Th.* 2. *H.* p. 62.

55) *Lond. med. and surg. journ. April.* 1832. Froriep *Notizen.* 35. *Bd.* p. 173. Gräfe *u.* Walther *Journ.* 17. *Bd. Apr.*

56) L. c. p. 241. (quatuor casus observavit).

57) Rust *Mag.* 52. *Bd.* p. 819.

58) Merling diss. sist. proc. verm. anat. pathol. *Heidelb.* 1836. p. 16. 18.

59) *Allg. med. Zeit. d. Vereins von preuss. Ärzten.* 1837. no. 27. Casper *Wochenschr. f. d. ges. Heilk.* 1838. *no.* 40. p. 649.

60) *Med. chir. transact. of the* R. *med. and chir. soc. of London. Vol.* 20. p. 219 (*Of the ulcerative perforation of the appendix vermiformis caeci and consequent peritonitis and gangraenous or faecal abscess.*)

61) *Gaz. méd. de Paris.* 1837. Froriep *Notizen* 1837. *no.* 75.

62) Pabst *allg. med. Zeit. Altenb.* 1837. *no.* 43.

63) v. Ammon *Monatschr. f. Med.* 2. *Bd.* 1. *H.* p. 70.

64) *Diss. Par.* 1830. *no.* 257. *Arch. gén. de méd.* 1831. *Mars.* p. 410.

65) Hoffacker l. c. — Thiery l. c. — Parkinson l. c. — Crelle Acta nat. cur. Vol. IX. obs. 58. p. 226.

66) Blackadder l. c.

67) Krebs l. c. — Copland l. c. (cholesterinam in calculo invenit, eamdem et Waltl, Rust *u.* Casper *Repertorium d. Heilk. Bd.* 19. 1828. cognovit).

68) Sömmerring in Baillie *Anat.* p. 113. *Nota* 229. — Himly

a nucleo cerasorum, uvae[69]), a faba[70]), nuce cacao[71]), a clavo[72]), limatura[73]) stanni. Sed commemorantur quoque casus[74]), in quibus caussa hujus generis non observata est. — Initium morbi indicat obstructa alvus, ad quam vomituritio et vomitus ipse accedunt. Brevi excitantur dolores in regione ileocaecali aliaque symptomata typhlitidis, perityphlitidis aut peritonitidis. Inflammatio ulcera[75]) processus ipsius, abscessus in partibus vicinis, gangraenam[76]) appendicis, intestinorum et musculorum vicinantium, nec non perforationem[77]) appendicis producit, quam vel abscessus faecalis[78]) externus, vel effusio materiae faecalis in cavum peritonaei consequitur.

Perityphlitis. 9. Saepenumero tela cellulosa, quae inter intestinum caecum et musculum iliacum internum sita est, inflammatione corripitur, quae deinde ad intestinum ipsum transire et suppuratione finiri so-

(VAN DEN BUSCH diss. de intest. caeco. p. 45.) tales calculos conservavit. — WICKHAM l. c. — BLACKADDER l. c. p. 21. — ILIFF l. c. — *Altenb. med. Zeit.* l. c. — BODEY l. c. — COPLAND l. c.

69) BIESKE l. c. 70) ARNOLD l. c.

71) OLIVIER PRESCOTT l. c. — FOTHERGILL *Journ.* l. c. — LEROUX l. c.

72) AMYAND. l. c. 73) BREMER l. c.

74) HEISTER l. c. — VILLERMAI l. c. — TIEDEMANN apud MERLING l. c. p. 17. — HOFFACKER Ibid. p. 18.

75) WICKHAM l. c. — ILIFF l. c. — MERLING l. c. p. 20.

76) VILLERMAI l. c. — MÉLIER l. c. — BURNS l. c.

77) CORBIN l. c. — MÉLIER l. c. — BODEY l. c. — HOFFACKER l. c.

78) MERLING l. c. p. 16 (hunc casum ipse vidi).

solet. Hunc morbum nuncupavimus *perityphlitidem*[79]) eumque pro peculiari habemus; quem P. Frank[80]) tetigit, Dupuytren[81]) vero primus a reliquorum morborum cohorte segregavit. Post eum Husson et Dance[82]), Menière[83]), Abercrombie[84]), Unger[85]), Pézerat[86]), Téalier[87]), Goldbeck[88]), Corbin[89]), Ferrall[90]), Puchelt[91]), Copland[92]), Truchsess[93]), Smith[94]), Burne[95]), Posthuma[96]), Wil-

79) A περὶ circa et τυφλὸν caecum. *Syn.* peritonitis psoitis P. Frank. *Abcès de la fosse iliaque droite* Dupuytren. *Tumeurs phlegmoneuses de la fosse iliaque droite* Husson. *Tumeurs et abcès iliaques* Téalier. *Phlegmonous tumours in the right iliac region* Ferral. *Entzünd. d. Pericoecalzellgewebes* Copland.

80) Epit. lib. 2. §. 216. p. 187.

81) *Leçons orales de clinique chirurgicale. T. IV. art. XII.* p. 330.

82) Breschet *rép. gén. T. IV. trim.* 3. 1827. p. 135.

83) *Arch. gén. T. XVII. Juin.* 1828. p. 188. *Août* 1828. p. 513.

84) *Krankh. d. Magens, Darmkanals etc.* p. 418 (casus, quem enarrat, procul dubio huc pertinet).

85) De morbis intest. caeci. Lps. 1828.

86) *Journ. complém. du dict. des sc. méd. T. XXXIII.* p. 268.

87) *Journ. gén. de méd. T. CVIII. XI. de la troisième serie* 1829. *Juillet.* p. 7.

88) *Ueber eigenthüml. Geschwülste in der rechten Hüftbeingegend; Inaug. Diss. Worms* 1830.

89) *Gaz. de santé et clinique reunie* 1830. *Oct. Nov. no.* 43. Behrend *u.* Moldenhauer *Journ. Dec.* 1830. p. 274.

90) *Edinb. med. and surg. Journ.* 1831. *July. Vol. XXXVI.* p. 1.

91) *Heidelb. klin. Annalen.* 8. *Bd.* 4. *H.* p. 524. et *Med. Annalen* 1. *Bd.* 4. *H.* p. 571.

92) *Encyklopäd. Wörterb. d. Med.* 1831. *art.* caecum.

Wilhelmi [97]), Albers [98]), Piotay [99]), Lebotard [100]), Bricheteau [101]), Grisolle [102]), aliique [103]) hunc morbum saepius observarunt et uberius pertractaverunt. Qui quidem debet originem omnium frequentissime refrigerationi; praeterea domicilio humido, sordibus primarum viarum, vermibus, spirituosis, cupro et plumbo, systemate uterino perturbato, puerperio ipso, emeticis et purgantibus, equitando et animi affectu excitatus est. Postquam aegrotantes aliquot per dies minus bene valuerunt, et anorexia, lingua albo mu-

93) *Würtemb. med. Correspbl.* 2. *Jahrg. no.* 37. p. 179.

94) *Observat. upon a peculiar disease of the caecum or caput coli. Dubl.* 1835.

95) *Med. chir. transact. for the year* 1836. Froriep *Notizen Jul.* 1837. *no.* 46 *et* 47. Bressler *u.* Jacobson *Analekten d. spec. Pathol. u. Therap.* 1. *Bd.* 4. *H.* p. 604.

96) Diss. de intestini caeci ejusque processus vermicularis pathologia. Gron. 1836.

97) Diss. de perityphlitide. *Heidelb.* 1837.

98) *Beobachtt. a. d. Geb. d. Pathol.* p. 11.

99) *Thèse. Par.* 1837. *no.* 462. 100) *Thèse. Par.* 1837. *no.* 397.

101) *Archives gén.* 1838. *Août* (in fossa iliaca sinistra).

102) *Hist. des tumeurs phlegmoneuses des fosses iliaques. Arch. gén.* 3. *série. T. IV. Janv.* 1839. p. 34. *Févr.* p. 137. *Mars* p. 293 (Auctor similes affectiones in regione iliaca sinistra observavit, imprimis apud puerperas. Nullus dubito, ibi quoque inflammationes et abscessus oriri posse. Sed illae ad peritonitidem musculorum P. Frank aut periarchitidem accedunt, hi neque caecum nec processum vermiformem tangunt, et perityphlitidi similis inflammatio in tela cellulosa post colon descendens sita sedem habere potest).

103) *La clinique. T. IV.* 3. *ann. no.* 22.

muco obtecta, ructus, nausea, aut obstructio aut diarrhoea praegressa sunt, oritur ventris dolor crucians, pungens, vagus, in regione epigastrica, imprimis ventriculi et alibi; abdomen sensibile sed molle, alvus adstricta. Ille vero dolor prima nychthemera nondum finito, migrat ad regionem iliacam dextram eique inhaeret firmiter, nonnunquam ad vesicam urinariam extenditur, unde fit ut urina crassa, fusco-rubra cum ardore, parca copia emittatur, quae aliàs esse solet pallida. Tactu non solum dolor circumscriptus in regione iliaca dextra augetur, sed etiam tumor percipitur, ab initio elasticus, deinceps satis durus. Nec non corporis motus, imprimis cruris dextri dolorem excitant et evehunt ita, ut aegri attractis pedibus in dorso aut latere dextro cubare, nec situm mutare soleant. Jam et febris adest, cutis sicca, ardens, coloris pallidi, alvus rarissime liquida, contra fere semper tarda; nonnunquam vomitus, rarissime ileus adest; nihilo minus flatus, doloribus caeci antea auctis abire solent. Sic aegri se habet aliquot per dies; donec morbus aut cura aut crisi aut suppuratione finiatur. Crisi per urinam et sudorem facta, remanet in loco affecto saepenumero sensibilitas quaedam, dolor intermittens, plenitudinis sensatio, nec non intumescentia quaedam longius per tempus. Abscessus, qui in tela cellulari post caecum sita ortus est, pus effundit 1) in caecum[104]) ipsum, quo facto pus bonum per anum

104) Dalma in *Gaz. des hopitaux. Vol. VII.* no. 91. p. 347. Gerson u. Julius *Mag. Bd.* 27. p. 295. — Huc pertinet

anum excernitur et aegri brevi post restitui solent; 2) in vesicam[105]) urinariam, uterum vaginamve, attamen rarissime; 3) fluctuatione tumoris praegressa in anteriore regionis iliacae superficie vel post cristam ossis ilei in regione lumbari, unde nasci solent ulcera et fistulae, haud raro mortiferae hectico modo 4) in caecum et externe simul, quo facto fistulae stercorales, utplurimum lethales[106]), oriuntur 5) in cavitatem peritonaei, sequente peritonitide et morte certa; hoc in casu interdum caecum quoque erosum et perforatum fuerat, nec non processus vermiformis. Accidit enim ut inflammatio a tela cellulosa ad caecum, processum vermiformem et peritonaeum transeat, omnesque illae partes inflammatae et destructae inveniantur. Quod ubi locum habuerit, quaeri potest, ubinam locorum illa inceperit. Wilhelmi[107]) autor est, inflammatam telam cellularem quidem gangraenescere posse, nullum vero casum dari, qui id probet. Quam vero ipse[108]) refert, observatio sub no. V., id probare videtur. Sectioni interfui et vidi, telam cellularem necrosi quadam potius destructam, quam pure repletam esse. Certe abscessus non formatus fuerat. Tandem monendum est,

casus, quem Kreyssig (Hufeland *Journ.* 69. *Bd.* 2. *St.* p. 54) enarrat, similes et ego vidi.

105) Kreyssig l. c. p. 62.

106) S. G. Vogel (*Handb.* 4. *Bd.* p. 321) mentionem facit puerperae quae fistula stercorali ex perityphlitide orta laborans perfecte restituta est. Idem jam Jaegerschmidt (Ephem. nat. cur. dec. III. a. II. obs. 156. p. 245) observaverat.

107) L. c. p. 8.

108) Ib. p. 16.

est, homines cachecticos vix umquam effugere suppurationem, in floridis contra et robustis eam cura justa facile et tuto praecaveri posse. In illis morbi decursus ad chronicum[109]) accedit, in his decursus nonnunquam brevissimus[110]).

Colitis.

10. *Colitis*[111]) dysenteriam[112]), colicam inflammatoriam, arthriticam, rheumaticam metastaticam sequitur. Ob situm bene notum intestini dolores in variis abdominis regionibus percipiuntur, nunc in latere dextro, sinistrove, nunc in regione hepatis lienisve, nunc in lumbis, nunc supra regionem pubis[113]), nunc sub ventriculo[114]). Quare morbus alias inflammationes, pleuritidem[115]), hepatitidem[116]), splenitidem, ileitidem, nephritidem, lumbaginem mentiri potest. Dolores vero acuti rarius continui, sed periodici ingratam tensionem in ulla quadam coli regione relinquunt, denuo recrudescunt et tractum intestini sequuntur. Praeterea lumborum gravitas, dolor, tensio accedunt; pars inflammata nonnunquam chordae[117]) ten-

109) Perityphlitis chronica Ménière, perityphlitis scrofulosa Mihi.

110) Perityphlitis acuta Ménière, rheumatica Mihi.

111) *Syn.* colonitis. Chordapsus Gal. Enteritis colica Sauv. Colica inflammatoria.

112) Sunt qui dysenteriam colitidi tribuant. Conf. Cap. de dysenteria.

113) Duncan l. citando.

114) P. Frank l. c. p. 253.

115) Aretaeus de causis et signis acut. lib. II. c. 6. ed. Kühn. p. 47. — Frank l. c. p. 253. — Burserius Institutt. Vol. IV. P. II. §. 93.

116) Quarin l. c. p. 362. — Aretaeus l. c.

117) P. Frank l. c.

tensae instar percipitur; febris acuta; rarius vomitus[118]) excitatur; alvus vel pertinaciter clausa, nisus ad dejiciendum inanes et tenesmus adsunt, vel diarrhoea[119]) serosa, cruenta, dysenteroides, ichorosa, quae supprimi non potest, caput extollit, viresque frangit et exhaurit. Hanc inflammationem gangraenam gignere, MORGAGNI[120]), testatus est. Abscessus vero in colo ipso aut prope idem intestinum ortos commemorant ARETAEUS[121]), W. FABRICIUS[122]), S. G. VOGEL[123]), P. FRANK[124]), BLANE, BAREZ[125]). Hi abscessus aut occlusi manserunt aut pus ejecerunt per musculos abdominales, umbilicum, vesicam urinariam et anum, nec non laeserunt renes, ovaria, hepar, ventriculum. Praeterea colitis relinquit angustationem per longum coli tractum extensam[126]). DUN-

118) SAUVAGES *nosol. méthod. T. II. P.* 1. p. 464.

119) Cf. capita de diarrhoea; de dysenteria. — DUNCAN l. citando.

120) Ep. 35. no. 8. colon solum viri, dolore colico correpti et repente prostrati, inflammatum et atro colore tinctum vidit nec non (Ep. 34. no. 15) partem coli in hernia incarcerata sitam gangraena correptam conspexit.

121) L. c. p. 96. 158.

122) Observatt. cent. II. obs. 74. 123) *Handb.* 4. *Th.* p. 305.

124) Epit. lib. II. p. 258 (tres casus refert, in quibus colon et rectum cum vesica urinaria concreta fuerunt omnesque illae partes ita perforatae, ut pus et stercora cum urina excernerentur per urethram).

125) *Wochenschr. f. d. ges. Heilk.* 1833. *no.* 5.

126) Id quod bis in intestino colo descendente sectione facta observavi, similem casum NAHUYS (Nova acta nat. cur. T. V. obs. II. p. 8) refert.

Duncan[127]) colon incrassatum, corrosum et ulceribus notatum vidit.

11. *Inflammatio intestini recti*[128]), quam Hippocrates[129]) tangit, Bell[130]), Howship[131]), Liston[132]) uberius pertractant, quamque Hildenbrand[133]) et Naumann[134]) in numerum morborum singulorem receperunt, excitatur a laesione, a corpore peregrino vel deglutito[135]) vel in anum im- Architis.

127) *A letter to Sir* Walther Farquhar, *on the subject of a particular affection of the bowels, very frequent and fatal in the East-Indies.* 1801. Hufeland *u.* Harless *N. Journ. d. ausl. med. chir. Lit.* 2. *Bd.* 2. *St.* p. 190 (Morbus dolore vehemente supra regionen pubis, dysuria, ischuria, febre summa, diarrhoea copiosa, cruenta, decursu acutissimo, insignis, lingua ab initio alba, postea nigra).

128) Architis ab ἄρχος s. ἄρχων intestinum rectum. Proctitis a πρωκτὸς anus.

129) De fistulis ed. Kühn. T. III. p. 334 („Si rectum inflammatur et dolor prehendat, et febris et ad alvum exonerandam crebrius desideat, nihilque dejiciat, et a pituita anus videatur procidere, interdum etiam urinae stillicidium prehendat, qui morbus oritur, cum pituita ex corpore in intestinum rectum decubuerit").

130) K. Bell *chir. Abh. üb. d. Krankh. d. Harnwege u. d. Mastdarm's u. deren Behandl. A. d. Engl. Weimar* 1825. p. 311.

131) *Prakt. Bemerkk. üb. d. Zufälle, d. Erkenntn. u. Behandl. ein. d. wichtigsten Krankheiten d. untern Gedärmes u. des Afters. A. d. Engl. v.* El. Wolf. *Erf.* 1824.

132) *Elements of surgery. Vol.* 3. Froriep *Notizen.* 37. *Bd.* p. 77.

133) Institutt. pract. med. T. III. p. 448.

134) *Handb. d. med. Klinik.* 4. *Bd.* 2. *Abth.* p. 160.

135) Cf. cap. X. §. LI. corpora aliena et §. LII. calculi intestinales.

impulso[136]), faecibus duris, hypothetis et clysteribus acribus, varice, condylomate et rhagadibus ad anum sitis, prolapsu intestini recti, paederastia[137]), metastasi gonorrhoica, frigore ano admisso, dysenteria ejusque reliquiis. Architis dolores excitat graves, urentes, lancinantes, qui excretione alvina vehementer augentur et cum tenesmo

136) Sutor prope Vindobonam paederastiae caussa forcipem, $6\frac{1}{2}$ poll. longum 3 poll. latum in intestinum rectum immiserat, quem chirurgus extraxit (P. Frank in scheda). — Dahlenkamp *Heidelb. klin. Annalen.* 5. *Bd.* 1. *H.* p. 87. — Walther in Walther *u.* Gräfe *Journal. Bd.* 1. *St.* 1. p. 435 (In utroque casu ligni frustum sub alvo deponenda in anum impulsum fuerat ibique diu haesit). Similes casus referunt Desault (*auserlesene Wahrnehm. no.* 168, 179). R. Payne (*phil. transact. Vol.* 33. *no.* 391. *for the Y.* 1725. p. 408). — Marchettis (observatt. med. chir. rar. sylloge de fistula ani c. 7). — Zucutus Lusitanus (de med. princip. hist. lib. I. obs. 7. hirudo). — Morand (*Mém. de l'acad. R. de chir. N. ed.* 1819. *T. III.* p. 533). — Brückmann (Horn *Archiv* 1825. *May Jun.* p. 482). — Mohrenheim (*Wiener Beitr. I.*) — Breschet (*Dict. des sc. méd. T. VII.* p. 34). — In rectum intrusa sunt haec corpora aut voulptatis, aut obstructionis removendae caussa, aut fortuito lapsu sub alvo exoneranda in corpus eminens. Praeterea ossa infantis, graviditate extrauterina retenti, praevia inflammatione et suppuratione ad intestinum rectum pervenerunt et per anum remota sunt. Breschet (*Dict. des sc. méd. T. VII.* p. 31) plures hujus generis casus collegit; Davies (*The Lanzet* 1830—31. Vol. I. p. 702. Gerson *u.* Julius *Mag. Bd.* 22. p. 348) novum enarravit.

137) Ideo fistulam ani in Turcia frequenter occurrere, Oppenheim (Gerson *u.* Julius *Mag. Bd.* 27. p. 291) refert.

nesmo et stranguria conjuncti sunt. Utplurimum aegri in recto ipso persentiunt continuum calorem, qui subinde in dolorem abit, dolor in quibusdam presso osse sacro excitatur vel in ano solo accusatur, vel inde adscendit versus lumbos. Aeger ad alvum crebrius desidet, nihilque praeter mucum tenacem dejicit. Exploratio per anum, valde dolorifica, docet, mucosam esse calidam, mollem, spongiosam. Insimul vesica urinaria nonnunquam inflammatur in viris, et architis metritidem sequuta est; HOWSHIP [138]) vero vidit dolores ad partum architide supprimi; nec non accedere potest prolapsus [139]) ani, unde res pejor fit. Architidem dari, quae in gangraenam abeat, eaque etiam partes vicinas corripi testati sunt MORGAGNI [140]), LE DRAN [141]), HILL [142]), nec non HILDENBRANDIO [143]) autore id frequenter accidit in America meridionali et in occidentali Africae litore. Praeterea suppuratio, ulceratio, degeneratio, de quibus infra [144]) agetur, sequuntur architidem eamque potissimum chronicam et lentam [145]), denique archi-

tis

138) L. c. p. 52.

139) SÖMMERRING (BAILLIE l. c. p. 126) partem intestini prolapsam et incarceratam, inflammatam, tumentem, ejusdem membranas crassiores, fibras circulares admodum excultas vidit, parte superiore tantum contracta.

140) Ep. X. no. 7.

141) *Traité des opérations de chirurgie.* p. 215.

142) *Salzb. med. chir. Zeit.* 1817. 2. *Bd.* p. 83.

143) L. c. p. 449.

144) Cap. IV. V. et VI

145) NASSE *die schleichenden Entzünd. d. Mastdarmes.* HORN *Archiv* 1817. 1. *Bd.* p. 3.

tis in enteritidem[146]) diffusam et universalem abit.

Periarchitis. 12. *Tela cellulosa,* quae circumdat intestinum rectum, *inflammatione*[147]) corripitur post equitationem nimiam, lapsum in perinaeum, corpore peregrino ingresso in hanc regionem, intestino recto tenso, lacerato, inflammato, varice rupta, faecibus ex rupto aut perforato intestino recto, urina ex perforata vesica, aut pure a carie vertebrarum descendente effusis ibique congestis, praeterea perforatio uteri vaginaeve eandem provocare potest, nec non metastatico modo ea progigni solet. Quodsi haec inflammatio sedem habet in superiore parte intestini recti, initio sensus ponderis et pulsationis ante os sacrum percipitur; deinceps vero aut inflammatio descendit ad anum, aut transit ad tunicas intestini recti. Quae, ubi ani regionem attigerit, dolorem excitat cum sensu ponderis, hic dolor augetur parte pressa; ab initio obscurus, deinceps fit lancinans, pulsans; cutis rubet, livore tingitur; tumor externus oritur, et abscessus formatur[148]), aut tela cellulosa gangraena cor-

146) Horn *Archiv* 1829. *Jul. Aug.* p. 669. E diario „*Med. and surg. reporter*" narratur virum sub alvo exoneranda lapsum esse in ollam, $2\frac{1}{8}''$ altam, in superiore parte $2\frac{3}{8}''$ in inferiore $1\frac{1}{4}''$ diametri eamque integram in intestinum rectum impulsam esse. Haec deinde conquassata per frustula extracta est sub magno cruciatu horarum duarum, operationem vero sequutam esse enteritidem brevi lethalem.

147) Boisseau *nosographie organique. T. I.* p. 627.

148) Frege Acta Nat. Cur. Vol. VIII. obs. 85. p. 302. Bo-

corripitur ita, ut intestinum maximam partem denudetur. Praeterea et furunculi saepius sedem habent ad anum.

13. *Enteritis serosa*[149]) vix in sola membrana serosa intestinorum sedem habet, sed simul cum ea peritonaeum ipsum inflammatum esse solet. Quare non sine jure ad peritonitidem refertur morbus, ubi membrana serosa inflammata est. Praeterea vero accidit, ut simul cum membrana serosa etiam muscularis correpta sit[150]). Rebus sic sese habentibus symptomata enteritidis supra commemorata summo gradu adsunt, imprimis eminent vomitus et obstructio[151]), quae ex spasmo et constrictione membranae muscularis oriuntur, et in ileum ipsum abire possunt. Nonnunquam ab initio sola peritonitis adesse eaque diminui videtur; subito autem aeger denuo frigore et sequente calore, dolore vehemente, continuo, tactum vetante simul cum obstructione et vomitu corripitur. Pulsus frequentes, duriusculi, exiles, debiles, irregulares, lingua arida, subrubra; facies pallida, col- Enteritis serosa.

NETI sepulchret. Lib. IV. sect. IV. obs. 3. CLAUDINI consultatt. no. 54. 78. Francof. 1607. p. 519. 633. — HOWSHIP l. c. p. 49. —

149) Orrhymenitis intestinalis.

150) Enteritis peritonaeo-muscularis s. seroso-muscularis; autore ABERCROMBIO (l. c. p. 197) hic morbus est, qui vulgo enteritis dici solet.

151) ABERCROMBIE (l. c.) contendit, peritonitidem meram functiones intestinorum non tangere, quare alvus normalis maneat, enteritidem seroso-muscularem obstructionem, mucosam vero diarrhoeam excitare.

collapsa anxietatem et dolorem refert; abdomen tandem ubique dolens tumet; deliria et convulsiones quandoque mortem praecedunt. Interdum quarto morbi die ope medicaminum alvus ducitur naturali similis; quinto vero die febris recrudescit cum obstructione, aut excretiones tenues, virides, ichorosae redduntur. — Peritonitis mera in cadavere nil nisi exsudatum relinquit, enteritis vero seroso-muscularis praeterea gangraenam intestini efficere solet.

Enteritis mucosa.

14. *Enteritis*[152]) *mucosa*, i. e. inflammatio, quae sedem habet in membrana mucosa intestini inque ejus folliculis et glandulis[153]), ante Bichati tem-

152) Gastroenteritis Broussais. Enteritis catarrhalis, catarrhosa; catarrhus intestinalis. Phlegmhymenitis enterica Hildenbrand.

153) Röderer et Wagler (de morbo mucoso), Hutin (Froriep *Notizen* 12. *Bd.* p. 125), Trousseau (*Arch. gén.* 1826. *Janv.* p. 67. *Févr.* p. 169), Landini (*Revue méd. T. II.* 1826), Leuret (*Arch. gén.* 182... *Oct.* Hecker *literar. Annalen* 5. *Jahrg.* 1829. *Febr.* p. 193), Hevett (*The London med. and phys. journ. New Series. Vol. I. Aug. Sept.* 1826. *Salzb. medic. chir. Zeit.* 1827. *no.* 46. 47), Billard (*Krankh. d. Neugeb.* p. 340), Scoutetten (*Journ. complém. du dict. des sc. méd. T.* 29. *cap.* 113), Lesser (l. c. p. 284) describunt tumores glandularum Peyeri et Brunnii in febribus gastricis, pituitosis, nervosis obvios, quos et nosmet ipsi in cadaveribus eorum, qui illis morbis exstincti fuerunt, vidimus. Patet, ex hisce tumoribus ulcera enasci, quae infra (cap. IV) pertractabuntur; minus elucet, utrum illi tumores inflammationem referant, quam Brétonneau dothien-enteritidem, Scoutetten enteritidem folliculosam dixit, an fungi quaedam species Heusingero autore, an exanthema tubi intestinalis (ileitis pustulosa)

tempora vix rite cognosci potuit; attamen conjicere licet, quae commemorata sit inflammatio intestinorum occulta, lenta, eam huc pertinere. Quodsi Ludwig[154]) animadvertit, sectiones cadaverum febribus continuis, malignis et exanthematicis exstinctorum, vix non semper partes quasdam intestinorum inflammatas sistere absque intenso dolore praegresso et Morgagni[155]) brevibus intestina inflammata fuisse addit, id valet procul dubio de tunica villosa sola. Deinde vero Pinel[156]), Perroteau[157]), Petit[158]), Pemberton[159]), Jackson[160]), Crampton[161]) ejusdem mentionem faciunt claris verbis. Jam caput extollit Broussais[162]), qui quidem recte idem, quod Lud-

subsit. Praeterea Hevett (l. c.) docuit, illos tumores eo nasci, quod excretorii glandularum ductus obstruantur et materia secreta coacervetur. Hanc vero labem intestinalem non pro centro et sede, sed pro parte morbi (febris enterico-pituitosae) habemus, eaque vix in conspectum venit, quin simul tunica cellulosa inflammata et glandulae mesaraicae affectae sint. Quare quae a Lessero (l. c. p. 284) signa diagnostica traduntur, nullius momenti esse videntur.

154) Institutt. med. clin. 155.

155) Ep. 31. art. 25. ep. 34. art. 7. 21. ep. 35. art. 12. et alibi.

156) *Nosogr. philosophique. T. I. Ordre III. fièvres pituiteuses. III. éd.* p. 87. *T. II. Ord. II. phlegmasies des membranes muqueuses. Entérite.* p. 226.

157) *Sur l'entérite chronique. Par.* 1801.

158) *Traité de la fièvre entéro-mésentérique. Par.* 1813.

159) L. c. p. 187. 160) *Med. and phys. journ.* 1815.

161) *Dublin hospital reports. Vol. II.* 1818. p. 286. *Samml. auserl. Abhandl.* 29. *Bd.* p. 472.

162) *Lehrstunden* p. 111. ut species gastro-enteritidis 1) fe-

Ludwigius observavit, male vero inde conclusit, hanc ipsam inflammationem, ubicunque locum habeat, caput et centrum morbi esse. De hac vero re deinde multum disputatum inter Francogallos, et academia Parisiensis quaestionem[163]) cum praemio proposuit, ut lis componeretur, nec non Abercrombie[164]), Gregory[165]), Fosbrooke[166]), Marsh[167]), Bright[168]), de Pommer[169]), Bi-

brem biliosam s. gastricam 2) putridam s. adynamicam 3) nervosam s. ataxicam 4) ardentem 5) pituitosam 6) algidam 7) singultualem et 8) sudorem Anglicum brevibus describit. Rectius dixisset, in hisce morbis vestigia gastroenteritidis inventa esse. — Caeterum hujus loci non esse videtur, opera citare, in quibus simul cum systemate Broussaisii de gastro-enteritide agitur; quare dimittimus hujus literaturae cupidos ad Lessbrum l. c. p. 254. Not.

163) *Existe-t-il toujours des traces d'inflammation dans les viscères abdominaux après les fièvres putride et maligne?* Ad quam responderunt Vacquié (*Journ. complém. du dict. des sc. méd. cah.* 85), Gibert (*mém. envoyé au concours etc. Par.* 1825).

164) L. c. p. 274.

165) *Med. and chir. transact. of London. Vol. XI.* p. 258. *Auserl. Abhandl.* 30. *Bd.* p. 315.

166) *The London medical repos. by* Copeland. *Vol. XVIII. Jul.* 1822. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1823. 3. *Bd.* p. 163.

167) *Dublin hospital reports. Vol. III. no.* 12. *Magaz. der ausländ. Lit.* 4. *Bd.* p. 470.

168) *Reports of med. cases. Vol. I. Mag. d. ausländ. Lit.* 1828. *Sept. Oct.* p. 208.

169) *Beiträge zur Kenntn. d. sporad. Typhus* i *Heidelb. klin. Annalen. Bd.* 2. *H.* 1. p. 1. — *Beitr. zur Natur- u. Heilk.* 1. *Bd.* p. 259.

Bischoff[170]), Lesser[171]), Becker[172]), Horner[173]), Christie[174]), Wisbach[175]), Köhler[176]) eandem rem pertractaverunt, Billard[177]) et Gendrin[178]) de necroscopia maxime meriti sunt. Ségond[179]) „*mal d'éstomac*" Aethiopum gastroenteritidi tribuit. Enteritis mucosa aut acquiescit in membrana mucosa sola aut transit ad submucosam et musculosam; quodsi hoc locum habet, signa exhibet enteritidis communis supra commemorata. Sin autem villosa sola correpta est, longe alia et mitiora symptomata in conspectum veniunt. Haec enteritis mucosa omnium frequentissima est; eaque saepius aut partem aut symptoma alius morbi refert, vid. febris gastricae, pituitosae, biliosae, flavae, nervosae[180]), dysenteriae[181]), variolae, scarlati-

170) *Grunds. d. prakt. Heilk.* 2. *Th. Darstellung d. Heilungsmeth. an d. Joseph. Acad. Wien* 1829.

171) L. c. p. 246.

172) *Inaug. Abh. üb. d. Entzünd. d. Darmschleimhaut. Erl.* 1833.

173) *The american journ. of med. sc. Philad.* 1827. *Vol. I.*

174) *Obs. on the nature and treatment of the cholera and on pathology of mucous membrane. Edinb.* 1829.

175) *Eyr. Christiania* 1829.

176) *Ueber Gastroenteritis.* Hecker *Annalen d. pr. Heilk.* 32. *Bd.* p. 420.

177) Opus laudatum.

178) Opus laudatum.

179) *Transact. méd.* 1833. *Août. Vol.* 13. p. 156. Gerson u. Julius *Mag.* 27. *Bd.* p. 108.

180) de Pommer l. c. — Schmidtmann summa observatt. Vol. II. p. 103. — Bischoff l. c. p. 120. — Puchelt *Heidelb. klin. Annalen.* 3. *Thl.* 2. *H.* p. 71.

181) Vid. cap. de dysenteria.

tinae[182]), morbillorum[183]), phthisis pulmonalis[184]); praeterea primario et idiopathico modo excitatur a contentis intestinorum, quae minus vehementer agunt, minusque laedunt, a stasi venosa, refrigerio et metastasi alia. Quos enteritis mucosa excitat dolores, minus graves sunt, nec tacto abdomine multum augentur; periodice vero subinde evehuntur et colicam referunt. Febris, quae ab inflammatione ipsa sola excitatur, mitior remittit brevesque exacerbationes habet. Abdominalium vero arteriarum fortior pulsatio[185]) percipitur. Lingua muco albo obtecta, media parte aut in apice rubet, papillae prominent. Aeger interdum vomit, singultus nonnunquam accedit et cibi assumti ardorem ingentem et sensationem excitant, ac si repente tubum intestinalem transituri essent. Excretio alvina saepe tarda, ubi intestini ilei membrana mucosa inflammata est, constanter vero liquida et frequens est membrana mucosa intestini crassi inflammata; modo copiosa, modo parca, non raro cum tenesmo conjuncta, mucosa, serosa, cruenta; faeces ut plurimum retinentur aut parca copia excernuntur; initio morbi dissolutae a quibusdam excernuntur; nec non bilis, sive normalis sive

182) Krukenberg *Jahrb.* 1. *Th.* p. 377.

183) Abercrombie l. c. p. 112. — Crampton l. c.

184) Baillie *auserlesene Abh.* 20. *Bd.* p. 396. *Engravings fasc. IV. Tab. II.* Horn *Archiv* 1817. 1. *Bd.* p. 112. 2. *Bd.* p. 209. 239. Himly u. Hufeland *Journal.* 1826. *Oct.* p. 39.

185) Stokes *Vorlesungen.* p. 55.

sive abnormis, cibi et potus vix mutati in excrementis conspiciuntur[186]). Saepissime morbus feliciter decurrit et decernitur lympha coagulabili frustulis coctorum „*Maccaroni*" simili [187]) excreta. Ubi vero inflammatio late diffusa fuerat, gangraena[188]), ulceribus aut peritonitide accedentibus, pereunt non raro aegri. Quodsi Fosbrooke [189]) et Lesser [190]) acutam et chronicam enteritidem mucosam distinguunt, in hac imprimis ulcera et excrescentiae accusanda esse videntur, de quibus deinceps agetur. — *Enteritis mucosa infantum* Abercrombie [191]) teste infantes, qui 6—8 menses nati sunt, frequenter corripit; hi febri, siti vehemente afficiuntur, lingua sicca, brunea, infantes morosi clamores edunt, vomunt, et dolores in abdomine, ubi comprimuntur, edunt. Diarrhoea ut plurimum eminet, interdum fere deficit. Alii mucum bruneum, alii pallidam, argillaceam massam, alii laticem serosum atrum excernunt. Deinceps collabuntur infantes aut sopor ex-

186) Bompfield (Abercrombie l. c. p. 296) lac coagulatum quarta hora postquam assumtum fuerat, praegressis vehementibus doloribus in parte inflammata, excerni vidit.

187) Pemberton l. c. p. 188. — Idem (l. c. p. 189) contendit, faeces cruoris punctis spassim tinctas coagulatas (*curdled*), quae longius per tempus excernerentur, ulcera nata significare.

188) Abercrombie l. c. obs. 92.

189) *Ueb. d. Entzünd. d. Schleimhaut der dünnen Gedärme.* (*The London med. repository by* Copeland. *Vol.* 18. *no.* 103. *Jul.* 1822). *Salzb. med. chir. Zeit.* 1823. 3. *Bd.* p. 163.

190) L. c. p. 269.

191) L. c. p. 384.

exoritur, cum peculiari oculorum obtutu et albo, cerae simili corporis colore et obeunt. Cadaverum sectiones docent, membranam mucosam ilei intestini inflammatam, eamque aut vesiculis aut ulcusculis obtectam, non raro simul serum in ventriculis cerebri invenitur (ubi coma antecesserit). — Nec non HORNER[192]) choleram infantum in America et praecipue Philadelphiae endemicam ab inflammatione glandularum mucosarum intestini derivat.

E. totalis. 15. *Enteritidem totalem* dicimus, ubi omnia strata intestinorum simul inflammata sunt, id quod locum habet praecipue in enteritide circumscripta. Dolores inflammatorii, utut vehementes et tactu aucti, certo tamen loco adscripti esse solent. Sin autem enteritis diffusa et totalis est, omnia ejusdem symptomata, supra commemorata, summum culmen adscendunt. In utroque casu sequi solet gangraena.

E. acuta. 16. *Enteritis acuta*[193]) signis supra laudatis cum localibus tum universalibus iisque vehementioribus insignis est; non raro acutissima intra primi tertiique nychthemeri spatium lethalis observata est, JOS. FRANCKIO[194]), nobismetipsis aliisque[195]) testibus.

E. chronica. 17. *Enteritis chronica*[196]) longius per temporis

192) *American journ. Febr.* 1829.

193) LAWACZECK diss. de enteritidis acutae pathologia. Berol. 1837.

194) In scheda.

195) AASHEIM in Act. Reg. soc. med. Havn. Vol. 1. p. 77.

196) USZEZAJOWSKI diss. de enteritide chronica praecipue

ris spatium protrahitur, symptomata vero mitiora exhibet, alia deficiunt, alia ita eminent, ut morbus inde denominetur. Id valet de diarrhoea et obstructione, quae alternis vicibus occurrunt; excretiones multifariae, faeces (in quibus subinde ciborum non prorsus concoctorum residua inveniuntur), mucus varii generis, puri aut cremori lactis similis, pituita vitrea, serum tenue, foetide olens, cruor, massa atra, concrementa crustacea, fibrosa, membranosa [197]), hydatidibus [198]) similia; aliquando vomitus. Dolor, qui modicus esse solet, subinde prorsus deficit [199]), periodico modo excitatur, et colicam [200]) refert; excretionibus aut sponte aut arte cohibitis, commotione corporis, tussi,

occulta. Vilnae. 1820. — PERROTEAU *diss. sur l'entérite chronique ou inflammation lente des intestins grêles. Par.* 1801.

197) ARMSTRONG l. c. p. 394 vidit canales plurium digitorum. — CHRISTIAN (*recueil des mém. de méd. chir. et pharm. méd. Vol.* 37) tantam copiam membranae spuriae excretam vidit, ut totus canalis intestinalis ea obductus esse potuerit. BARLETTA in *Journ. univers. T.* 18. p. 120. OMODEI *annali univers*, 1820. *Giugn.* ibid. 1832. *Luglio.* p. 214. — THOMSON in *Edinb. med. and surg. journ.* 1836. *Jul. Vol.* 46. p. 102.

198) VOGEL l. c. 6. *Thl.* p. 10.

199) BURSERIUS institutt. T. IV. P. II. Mediol. 1789. p. 108. („constat inflammationes intestinorum dari, non modo sine febri ulla, sed etiam sine ullo dolore").

200) BROUSSAIS *examen propos.* 146. („*des coliques ombilicales intermittentes ou rémittentes avec constipation et sans ténesme, caractérisent certaines nuances de l'inflammation de la membrane muqueuse des intestins grêles, surtout dans l'état chronique, si les symptomes de la péritonite n'existent pas, mais cette entérite est plus souvent indolente, que douloureuse*").

tussi, risu, sternutatione et tactu rudiore evehitur. Nonnunquam sensus pressorius ullo in loco abdominis circumscripto constanter percipitur. Dolores aliaeque sensationes ingratae cibos assumtos sequuntur, alvum exonerandam antecedunt[201]). Lingua aut albo muco obtecta aut rubra, glabra, excoriationibus aphthisve notata. Appetitus varius, interdum bonus, quid quod voracitas locum habuit. Febris mitior. Broussais[202]) inter signa enteritidis chronicae extollit: abdomen in medio prominens, renitens, obtusos profunde latentes dolores, qui conjuncti sunt cum sensatione globuli in regione umbilicali, tumores circumscriptos, qui tacto abdomine percipiuntur et aut glandulis aut membranis intestini tumentibus adscribuntur, et cutem calentem. Tandem febricula vespertina accedit, habitus fit cachecticus, macies, hydrops, tussis, dysuria, sopores accedunt. Tenendum vero est, enteritidem chronicam saepenumero sub decursu alius morbi supervenire et cavendum est, ne ulli ex singulis symptomatibus nimium tribuatur.

E. traumatica. 18. *Enteritis traumatica,* quae topicis caussis tam mechanicis quam chemicis, contusioni abdominis, vulneri, corporibus alienis, quae in tubum intestinalem pervenerunt, veneno aut corrosivo aut acri, vermibus intestinalibus originem debet, brevi tempore post incipit doloribus gravioribus aliisque signis localibus, ad quae febris accedit. Pro ex-

201) Naumann *Handbuch* 4. *Bd.* 1. *Abthlg.* p. 632.

202) *Leçons* p. 203. *Uebers.* p. 197.

externa aut interna superficie, quam proxime tetigerunt caussae, modo mucosa modo serosa est, aut omnes membranas tenet, eadem acuto modo decurrit, excepta verminosa enteritide, quae saepe lenta est; circumscripta ab initio latius sese extendere potest.

19. *Entéritis phlegmonosa* febre inflammatoria eaque gravissima stipata, signa inflammationis localis et febris inflammatoriae exquisita exhibet, omnia ac singula intestinorum strata tenet, latius diffusa et acuta, non raro acutissima est. E. phlegmonosa.

20. *Enteritis erysipelacea* et *exanthematica* aut comitatur variolas, morbillos, scarlatinam, erysipelas et in membrana mucosa sedem habere solet, aut ex metastasi horum morborum oritur, tunc vero modo mucosam modo serosam membranam pro re nata afficit. E. erysipelacea et exanthematica.

21. *Enteritis rheumatica* tenet membranam serosam et ad muscularem sese extendere potest, acuta, diffusa, ex refrigerio originem ducit; dolores sunt vagi, acuti, lancinantes, remittunt interdum; alvus tarda; febris, urinae, sudores tales, quales in morbis rheumaticis esse solent, nec non artus eadem ratione afficiuntur. E. rheumatica.

22. *Enteritis arthritica* metastasin podagrae et arthritidis regularis exhibet, aut arthritidem anomalam, atonicam sequitur. Illa ut plurimum acuta, haec nonnunquam chronica est. E. arthritica.

23. *Enteritis haemorrhoidalis* sequitur haemorrhoides suppressas aut retentas; saepius sedem habet in intestino recto ejusque vicinitate. E. haemorrhoidalis.

24. *En-*

E. catarrhalis. 24. *Enteritis catarrhalis*[203]) omnium frequentissima est, sedem habet in membrana mucosa intestini vel tenuis (ilei) vel crassi, refrigerio originem debet. Dolores mitissimi, febris levior, remittens, diarrhoea serosa vel dysenteroides, ubi crassum affectum fuerit, contra status pituitosus intestino ileo correpto, simul catarrhus organa respirationis corripere solet, nec non hic mucosam intestinorum in consensum trahit.

E. scrofulosa. 25. *Enteritis scrofulosa* infantes praecipue eosque scrofuloso habitu praeditos invadit, mucosam ejusque glandulas tenet, chronico modo decurrit.

E. carcinomatica. 26. *Enteritis carcinomatica* scirrhum et carcinoma intestini concomitari videtur, ejusque potius effectus, quam caussa est.

E. nervosa. 27. *Enteritis nervosa* a recentioribus dicitur ea, quae concomitatur febrem nervosam ejusque partem exhibet. Haec membranam mucosam ejusque glandulas tenet, et ulceribus insignita est. Praeterea accidit, ut dolores vehementissimi, iique periodici, convulsiones, insultus cataleptici[204]) aliaque symptomata nervosa in enteritide obveniant et complicationem nervosam exhibeant.

E. putrida. 28. *Enteritis putrida* cum petechiis[205]) cum ex-

203) Catarrhus epidemicus intestinorum. Speyer (Hufeland Journ. 79. Bd. 1834. Jul. p. 92) sub hoc nomine describit influentiam a 1831. Hanoviae epidemice grassantem.

204) Leistner diss. obs. quaedam de enteritide cum insultibus catalepticis. Berol. 1835.

205) Stoll rat. med. T. 1. p. 198—199.

externis tum internis aliisque symptomatibus putridis conjuncta et ad gangraenam maxime disposita est.

§. XVIII.

Prognosis.

1. Enteritidem periculo plenam esse constat inter omnes. Aut enim gangraena superveniens et exsudatio membranae serosae, nonnunquam paralysis [1]) brevi [2]) mortifera, aut ulcera, indurationes, angustationes aliaque intestinorum vitia organica, quae consequuntur, longiorem morbum producunt. — Ex altera vero parte dantur enteritidis species, quae tantum periculum vitae non struant. Quare prognosis hujusce morbi varia est pro sede, extensione, decursu et charactere morbi, nec non pro caussis, symptomatibus et pro curae tempore et modo. **Periculum**

2. In fastigio morbi accidit, ut dolores subito remittant et fere sileant, aegerque multo meliorem se sentiat, sperans fore ut brevi restituatur. Sed meteorismus increscit, singultus supervenit, pulsus parvi, vix percipiendi, filiformes, frequentes, facies collapsa, oculorum splendor exstinctus, iique in orbita absconditi, vox rauca, lingua arida, nigra, extrema frigida, sudore viscido **Gangraena.**

1) Stoll Aphor. §. 311. („convulsi quoque pereunt in vigore inflammationis summae, si aeger infans aut foemina, vel vero mas fuerit irritabilior et irritatio magna").

2) Vix alia datur inflammatio, quae tanta celeritate exstinguat aegros vel gangraena vel exsudatione oborta. Hemmer in *Heidelb. klin. Annalen.* 4. *Bd.* 2. *H.* p. 255.

scido obtecta, deliria, sopor, debilitas extrema, syncope, anxietas, et mortis praesagium superveniunt, atra [3]), ichorosa, cadaverosa excrementa nescio aegro redduntur aut per os eructantur. Iam gangraena orta est, quae haud raro brevissimo temporis spatio praeterlapso, primo, secundo aut tertio morbi die aegros enecavit. Quid quod eadem F. Hoffmann [4]), Seger [5]), Ortlob [6]) et ipso Morgagni [7]) autoribus, haud praegressa inflammatione primario modo orta est. Haec vero mortifera, nisi partes gangraenosae aut per ulcus externum (hernia incarcerata praesente) aut per anum (intussusceptione orta) excretae fuerint. Rebus sic sese habentibus aut fistula stercorea orta, aut inflammationis adhaesivae ope tubi intestinalis continuitate conservata, plures aegri superstites manent. Contra intestino sphaceloso rupto [8]), faeces in cavitatem ventris effluxerunt. — Extimescenda vero gangraena est in enteritide totali, diffusa aeque ac circumscripta, acuta, phlegmonosa, traumatica, nervosa, putrida, toxica, ubi nec caussae tolluntur, nec

3) Zimmermann *von d. Erfahrung.* 1. *Th.* 293. („*In einer Entzündung d. Gedärme, sind die schwarz abgehenden Faeces, wenn der Schmerz nachlässt, ein gewisses Todeszeichen*"). Hippocrates de victu acut. c. 48. no. 1. Coacae praenott. ed. Kühn. T. 1. p. 279 („quibus praecordia inflammatione tentantur et pus colligunt, iis sub mortem nigra dejiciuntur").

4) Diss. de morbis hepatis ex anat. deducend. §. 19.

5) Boneti sepulchret. Sect. XIV. obs. 6.

6) Eph. nat. cur. dec. 1. a. 1. obs. 143. p. 319.

7) Ep. XXXV. art. 19.

8) Cf. cap. IV. §. XXIII.

nec justa curatio instituitur, eademque saepius corripiuntur intestina tenuia, quam crassa. Tenendum vero est, gangraenae signa non raro medicos fefellisse.

3. Exsudatio serosa sive purulenta similia symptomata exhibet ac gangraena. Hic vero morbi exitus in serosa enteritide late diffusa obvius ad peritonitidem maxime referendus est. — Praeterea in enteritide mucosa, in dysenteria nonnumquam exsudationes polyposae, membranosae accidunt, quae formam tubi intestinalis referentes, per anum excernuntur, quin inde mali quid conjiciendum sit. Cavendum vero est, ne talis tubus pro intestini parte habeatur. Exsudatio

4. Quae enteritidem [9]) chronicam localem vel circumscriptam, serosam, mucosam vel totalem, carcinomaticam, scrofulosam, arthriticam, nervosam consequuntur ulcera et vitia organica intestinorum, postea seorsim [10]) pertractabimus. Ulcera et vitia org.

5. Contra res melius procedit et inflammatio resolvitur intra tertium et septimum morbi diem, si debito tempore caussae tolluntur et cura justa instituitur, quippe quae hoc in morbo ejusque speciebus quam plurimum valeat. Resolutio vero locum habere solet sub sudore copioso et universali, sub sedimento vel rubro vel albo in urina, sub haemorrhoea haemorrhoidali aut menstruali, nec non sub diarrhoea modica, mucosa, purulenta, cruenta aut biliosa ac deinde faecali [11]). Simul dolo- Resolutio.

9) Hill et Briggs in *Edinb. med. and surg. journ.* 1816.

10) Cap. IV et V.

11) Pemberton l. c.

lores remittunt et evanescunt, abdomen fert tactum. Febris silet et restitutio perfecta lente sequitur, aut haec illave symptomata remanent, vid. abdominis sensilitas et dolor[12]) obtusus, tympanites, alvus irregularis, saepius tarda, debilitas et ipsa paralysis extremitatum inferiorum[13]) aut manus[14]).

Prognosis e caussis, sede.

6. Enteritis, quae a veneno aut corrosivo aut acri, hernia incarcerata, incarceratione interna, intussusceptione aut alia angustatione intestini pendet, quae modo metastatico orta est: praeterea totalis, serosa, late diffusa, ea, quae in alias quoque partes transit, quaeque aliis cum morbis, imprimis nervosis et putridis conjuncta est, periculo insignis est. Contra mucosa, catarrhalis enteritis utplurimum leviorem morbum exhibet. Colitis minus periculosa, quam ileitis[15]).

Prognosis pro symptomatibus.

7. Symptomata, quae majus periculum indicant, sunt vomitus[16]) saepe repetitus, praecipue stercoris, obstructio rebellis, meteorismus, anxietas, singultus, facies admodum mutata, frigus extremitatum, pulsus parvi, intermittentes, deliria, convulsiones, lipothymia, dyspnoea, ischuria, maculae cutis nigrae, aphthae. Dolorum vero vehe-

12) Vogel l. c. p. 302.

13) Tissot epist. varii argum. p. 152.

14) Vogel l. c. p. 302.

15) Aretaeus l. c. ed. Kühn. p. 48 („in hoc malo [colitide] tanto levius est periculum, quanto colon tenuibus intestinis et carnosius est et crassius et noxae tolerantius").

16) Celsus lib. II. cap. 8. („Si vero in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, nervorum distentio, delirium mala sunt").

hementia aut minor gradus non multum facit ad prognosin, graviores saepenumero profligantur, mitiores fallunt spem. Bonum est si sensim remittunt, reliquis signis respondentibus; cavendum vero est, ne quis fallatur dolore, post gangraenam factam cessante.

§. XIX.

C u r a.

1. Primum caussae respiciendae et si fieri potest tollendae sunt. Id maxime valet de hernia incarcerata, venenis, obstructione, aliisque morbis supra commemoratis. Saepenumero vero caussae ita constitutae sunt, ut inflammatione orta non multum valeat ars in iis removendis. Huc pertinent vitia organica, arte superiora. Acria fortiora aliaque, quae continentur in intestino idque locali modo offendunt, si fieri potest, levi eccoprotico, sale amaro, oleo Ricini, evacuanda aut saltem mucilagine, oleoso quasi involvenda sunt, ut eorum vis frangatur. Quae metastatico modo nata est enteritis, rubefacientia aliaque derivantia requirit; hirudines ano aut pudendis applicentur, si suppressio haemorrhoidum vel catameniorum aegritudinem produxerit. Cura caussarum.

2. Insimul vero morbi ipsius vis frangenda est antiphlogisticis remediis, pro re nata plus minusve intensis. Licet pulsus[1]) contracti, parvi et de- Cura morbi.

1) Quarinus l. c. p. 364 („soli pulsui non fidendum in hoc morbo, cum ob acerbitatem doloris non raro parvus ac debilis tangatur, licet vires exorbitent"). Fordyce *elements of physic.* p. 254 (V. S. repetenda donec pulsus

debiles sint, tamen venaesectio instituenda [2]), nonnumquam repetenda est in enteritide diffusa, serosa, totali, acuta, traumatica, phlegmonosa, haemorrhoidali; vel hirudines aut in regione partis affectae aut ad anum applicandae sunt in enteritide circumscripta, serosa, mucosa, totali, chronica, erysipelacea, rheumatica, arthritica, haemorrhoidali, catarrhali, scrofulosa, nervosa. Pemberton scarificationem suadet in regione caecali instituendam, Aretaeus [3]) cucurbitulas sine ferro in variis corporis partibus. At ne quid nimis! Tenendum est, in sola enteritide traumatica febrem esse symptoma inflammationis eamque crisi non egere, reliquis vero speciebus ea opus esse. Quare sanguini parcendum, ut crisis formari possit. Tenendum est, dari enteritides, v. c. mucosam, catarrhalem, erysipelaceam, exanthematicam, rheuma-

mollescat). Nec non F. Hoffmann (med. rat. syst. T. IV. P. 1. p. 545) V. S. necessitatem defendit. Bang (l. c. p. 194) „V. S. ad quatuordecim vices repetere se coactum fuisse recordatur." Aretaeus (Opera ed. Kühn. p. 271) tantum cruoris misit, ut lipothymia sequeretur, qua saltem dolores mitigantur. Abercrombie l. c. p. 230 suadet, ut primum V. S. plena instituatur, eaque vero brevi post simulac effectus remittat, ita repetatur, ut minor copia cruoris emittatur. Contra Hildenbrand (l. c. 330) docet, venaesectionem in enteritide tantam vim non exserere, quam in aliis inflammationibus, nec magnam fidem habet hirudinibus.

2) Hippocrates de morbis lib. III. ed. Kühn. T. II. p. 304 („sanguis ex capite etcubitis detrahendus").

3) L. c. p. 273.

maticam, quae, ubi mitiores et circumscriptae sunt, ne hirudinibus quidem indigeant. Videat medicus, ut rectam viam teneat. Salia, aliaque, quae tactu excitare possint, evitari debent, in enteritide mucosa et totali; contra oleosa et mucilaginosa exhibenda sunt, vid. emulsio amygdalina, oleum amygdalarum recens paratum, potus mucilaginosi e decocto hordei perlati, avenae decorticatae, radicis althaeae etc. Abdomini imponantur fomentationes ex infuso fl. chamomil. aut e lacte cum sapone, eique oleosa infricentur. Accedunt semicupia et balnea tepida, quorum usum HIPPOCRATES 4) jam suadet, ELLER 5) et PORTER 6) confirmant, quaeque re vera in plurimis enteritidis speciebus, imprimis in perityphlitide (praemissis hirudinibus) insignem ferunt usum, minus vero conducunt, ubi aeger nimis urgetur anxietatibus et perpetuo inquietus situm mutat, tunc enim a balneo magis angi aegrotum, monuit QUARINUS 7). Rarius locum habent fomentationes frigidae, quas commendant T. SMITH 8), ABERCROMBIE 9), H. WOLFF 10) et internus glaciei usus, quem AMSLER 11) commendat. Frigoris vero usum ad enteritidem traumaticam et phlegmonosam restringen-

4) L. c.

5) Observatt. p. 262.

6) *Edinb. med. Vers.* 3. *Th.* p. 491.

7) L. c. p. 366.

8) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* IX. p. 287—299.

9) L. c. p. 230.

10) In ejusdem versione germanica operis ABERCROMBIE. p. 160—182.

11) *Verhandl. der med. Gesellsch. zu Zürich* 1827. p. 97.

gendum esse censemus. — Praeterea clysteres injiciantur, ut alvus ducatur et interna intestini facies quodammodo fomentatione adficiatur; semilibra vero Quarino[12]) suadente non majores sint, nec parentur ex acribus irritantibus[13]), ex tartaro emetico, vel ex ipso adeo nicotianae fumo[14]), sed ex gummi arabico, oleo pingui et similibus. Caveamus ab iisdem, ubi partes intestini inferiores inflammatae sunt. Derivantia imprimis metastatica sub morbi origine adhibeantur; sinapismi, vesicantia extremitatibus inferioribus aut abdomini admoveantur, nec non clysmata et sanguinis missiones eamdem ob caussam in auxilium vocari possunt. Sin autem, fracta vi inflammationis, sanguinis evacuationes nil amplius juvant, ad calomel[15]) veniendum est, idque usum fert maximum in enteritide serosa, minorem in mucosa et totali. Quod ubi minus conduxerit aut contraindicatum sit, unguentum[16]) mercuriale abdomini infricatum lo-

12) L. c.

13) P. Frank l. c. p. 263. Sennert pract. med. T. III. p. m. 194.

14) Selle l. c. p. 89. clysmata e fumo herbae nicotianae commendat; Ellerus l. c. narrat historiam morbi, in quo eadem obstructionem rebellem, quae inflammationem excitaverat, superaverunt.

15) Jos. Frank (ex scheda). Iudaeae gracili enteritide et peritonitide musculari anteriori correptae, venaesectione primo die, et sequente die hirudinibus praemissis eodem die calomel gr. XX exhibuit et theriacam ad abdomen applicuit eo cum fructu, ut aegra tertio die convalesceret.

16) Basedow (Hufeland *Journ. Bd.* 67. *St.* 6. p. 82) ungt. Neapol. ℥j quavis quarta hora surae infricari jussit.

locum invenit. — Bang[17]) et Hassenmüller[18]) camphorata commendant, quae ad enteritidem seroso-rheumaticam restringerem.

3. Singula symptomata saepenumero respicienda et ubi fieri potest, tollenda, saltem mitiganda sunt. Dolores, qui summum gradum adscendunt, et periodici redeunt, opio[19]), Extr. hyoscyami aut aqua laurocerasi mitigantur. Praeterea obstructiones tollendae sunt; quapropter clysmata emollientia repetita vice injici et mitiora[20]), quae alvum ducunt, oleum Ricini, sal amarum in emulsione aut simul cum gi. arabico in aqua solutum, dari — Cura symptomatum.

17) L. c. p. 194.

18) Crichton et Burdach *Russ. Samml. f. Naturwissensch. u. Heilk.* 1. *Bd.* 2. *H.* (praemissa venaesectione camphoram, nitrum, gummi arabicum et opium in aqua menthae piperitae soluta laudat).

19) Aretaeus l. c. p. 273. Sydenham l. c. p. 180. F. Hoffmann l. c. p. 544. Quarinus l. c. p. 366. P. Frank l. c. p. 264. S. G. Vogel l. c. p. 315 aliique commendant usum opii. Hildenbrand l. c. §. 729 eum rejicit. — Et ego saepius in enteritide et peritonitide dolorum vi insignitis opio remissionem dolorum debui, quod quidem inflammationem ipsam frangere non potest, attamen dolores et spasmos sedat, cum illa conjunctos. Loco opii nostris temporibus saepe aq. laurocer. exhibetur, quae quidem alvum non adstringit, ut opium, eo vero minorem vim habet anodynam. P. Frank suadet, ut opium per superiora, ubi crassa intestina inflammatione laborant, in tenuium vero phlogosi per anum ingeratur.

20) Abilgaard obs. de lethali radicis jalappae effectu in duobus subjectis a morbo inflammatorio intestinorum convalescentibus. Collect. soc. med. Havn. Vol. 1. p. 234.

dari debent; ubi bilis subesse videtur, cremor tartari, pulpa tamarindorum et similia conducunt. Sed jure monet ABERCROMBIE[21]), aperientia in primo enteritidis stadio non conducere, serius vero superata inflammatione alvum lenibus remediis duci posse. Contra PEMBERTON[22]) jam initio morbi praegressa venaesectione magnesiam sulfuricam in aqua menthae solutam, addita tinctura sennae, calomel cum extracto colocynthidis conjunctum, in enteritide serosa commendat, nec non clysteres e fumo aut infuso herbae nicotianae paratos. Vomitus frequentiores potione RIVERII, opiato placantur; diarrhoea vero non praepostere supprimatur, ubi vero fines excederet, mucilaginoso, cui aliquot guttae laudani liquidi SYDENHAMI adduntur, fomentationibus, clysmatibus ex amylo paratis, addito laudano liquido coerceantur. Denique insolita, quae accesserint symptomata aptis medicaminibus exhibitis impugnanda sunt; quare LEISTNER[23]) retulit, enteritidem cum catalepticis insultibus complicatam sanguine copiose misso et extracti hyoscyami majoribus dosibus propinatis nec non enematibus ex asa foetida et infuso radicis valerianae injectis feliciter sanatam esse.

Cura singularum ent. specierum.

4. Jam brevibus tangamus id, quod cura singularum specierum peculiare habet. In enteritide circumscripta utplurimum hirudines sufficiunt praeterea in perityphlitide balnea tepida et fomentationes abdomini impositae necesse sunt. Contra venaesectio in enteritide diffusa, nisi in membra-

21) L. c. p. 232. 22) L. c. p. 180. 23) L. c.

brana mucosa sola sedem habet, quam primum fieri potest, institui debet. Enteritis enim mucosa rarius sanguine misso, sed potius remediis demulcentibus curatur[24]), hîc maxime stimuli locales evitandi sunt. Quo magis enteritis ad acutum accedit decursum, eo fortiori antiphlogosi opus est, quae imminuenda et protrahenda est in enteritide chronica, hîc vero maxime caussae respiciendae sunt cum externae, tum internae et justa diaetetica[25]), derivantia, fomentationes et balnea tepida exhibenda. Nec quid magis curandum est, quam dyscrasia, quae omnium saepissime latet. In enteritide traumatica et phlegmonosa epithemata frigida multum juvant, quae in aliis speciebus prorsus fugienda sunt. Contra derivantia cuti applicanda sunt in enteritide erysipelacea, exanthematica, rheumatica et arthritica; haemorrhoidalis requirit hirudines ad anum; catarrhalis nil nisi mucilaginosa, quibus laud. liq. Syd. guttae adduntur, ubi diarrhoea caput extollit, praeterea diaphoresis leni modo adjuvatur. In enteritide scrofulosa, carcinomatica, nervosa et putrida rarissime et parce sanguis detrahendus est, et potius in

24) Fosbrooke l. c. commendat V. S. aut hirud., digitalem, pulverem Doweri et opiata; ubi faeces argillaceae sunt, aperientia; infantibus vero (ubi vomitus deest) emetica leviora, pulv. calcis, clysmata et frictiones opiatas, balnea tepida, serius rad. columbo, cort. cascarillae et aq. calcis, nec non cubebas exhibet. — Sub decursu chronico exhibet aq. calc., cuspariam, haematoxylon, ferrum, mercurium cum opio, spir. terebinth. et bals. copaivae.

25) Imprimis mucilaginosa, lac (Pemberton), serum lactis.

in remediis acquiescendum, quae diathesin respiciunt.

Cura exitus.

5. Resolutionem inflammationis omni cura, hucusque exposita adjuvandam esse, patet. Gangraena, nisi evitari potest, non prorsus sibi relinquenda est. Quamvis enim remedia, quae aliàs in gangraena exhiberi solent, magnum emolumentum vix habeant, tamen id imprimis curandum est, ne prava diaeta ulterius intestina laedantur. Quod attinet reliquias enteritidis, earumque curàm, alio loco dicetur.

Caput IV.

De suppuratione, ulceratione, marcore et perforatione intestinorum.

---

§. XX.

Abscessus.

Abscessus inter tunicas intestinorum.

1. Abscessus s. apostemata intestinorum quidem a compluribus [1]) autoribus commemorantur. Solus vero Andral [2]) exemplo probavit, pus inter tunicas intestinales situm fuisse; qui inter tunicas duodeni situs erat, cerasum ambitu aequa-

1) Musgrave (de arthritide anomala. Cap. VI. ed. n. Genevae 1757 cum Sydenhami operibus conjuncta p. 60) quidem de abscessu intestinorum arthritico refert, quos vero exhibet casus, in eo conveniunt, ut pus extra intestinum situm esset.

2) Horn *Archiv* 1823. 1. *Bd.* p. 382.

aequavit; in ileo vero latentes abscessus parvuli lentem aequarunt. Utrique in membrana vasculosa sedem habuerunt.

2. Saepenumero abscessus in vicinitate tubi intestinalis, extra eum quidem siti sunt, tamen intestinum ipsum laedunt et perforant. Id accidit in periarchitide[3]), perityphlitide[4]), in abscessu hepatis[5]), lienis[6]), renis[7]), mesenterii[8]). Unde fit, ut pus in intestina effundatur et per anum excernatur; quod ubi locum habuerit et morbi natura ab initio rite cognita fuerit, diagnosis satis firma statui poterit. — Abscessus extra intestina.

§. XXI.

Ulcera membranae mucosae ejusque glandularum.

1. Omnium frequentissime nascuntur ulcera in facie intestinorum interna, quae nostris maxime temporibus ab observatorum cohorte animadversa et descripta, veteres non plane fugerunt. Etenim Hippocrates[1]), Aretaeus[2]), Galenus[3]), Celsus[4]), Cae- Literatura.

3) Vid. cap. III. §. XVII. no. 12.

4) Vid. cap. III. §. XVII. no. 9.

5) Vid. de morbis hepatis. Ipse vidi concavam hepatis superficiem ulcere destructam arctissime cum intestino duodeno coaluisse.

6) Vid. de morbis lienis.

7) Vid. de morbis renum. Baillie *krkh. Bau.* p. 87.

8) Vid. de morbis mesenterii. Baldinger *neues Mag.* 2. *Bd.* p. 347.

1) De affectionibus. Opera. Ed. Kühn. T. II. p. 401.

2) De c. et sign. morborum chron. lib. II. c. 9. Opera ed. Kühn. p. 153 (Symptomata, ab ulceribus excitata egregie exponuntur).

3) De symptomatum caussis lib. III. cap. 7. Opera ed. Kühn.

Caelius Aurelianus[5]), Alexander Trallianus[6]), Aëtius[7]), Avicenna[8]) ulcerum intestinorum mentionem faciunt, sed non patet, utrum ea vere viderint[9]), an conjectura assecuti sint. Jac. Fontanus[10]) primus ea vere observavit, deinde Conr. a Brunn[11]), Ballonius[12]), Wepfer[13]), Thebesius[14]), Bassius[15]), Fantonus[16]), Kaltschmidt[17]), Morgagni[18]), Pearson[19]), Baillie[20]), Michaëlis[21]),

T. VII. p. 247. De locis affectis lib. I. cap. 2 et 5. ed. c. T. VIII. p. 25, 43. lib. II. cap. V. ed. laud. p. 85.

4) De re med. lib. IV. cap. 15. ed. Bipont. p. 227. ed. Ritter et Albers. p. 138.

5) De morbis chron. lib. IV. cap. 6. L. B. 1569. p. 474. Halleri art. med. princ. T. XI. p. 323.

6) De art. med. lib. VIII. cap. 9. ed. Vicat. Laus. 1772. p. 356. Haller l. c. T. VI. p. 357.

7) De cognosc. et cur. morb. Serm. IX. cap. 42, 43. Interprete Jano Cornario. Basil. 1533. p. 175. Basil. 1542. p. 540.

8) Canon. lib. III. Fen 16. tract. 1. cap. 2. tract. 2. c. 7.

9) Albers in opere citando. p. 4.

10) Practica lib. III. c. 23. Opera ed. Colon. 1612. p. 180. Boneti sepulchretum lib. III. Sect. XI. obs. 2.

11) Glandulae duodeni s. pancreas secundarium in int. duodeno. Francof. et Heidelb. 1715. p. 112 et 135.

12) Consil. lib. II. cons. 61. Opera T. III. Venet. 1735. p. 210.

13) Ephem. nat. cur. dec. II. a. X. obs. 171. p. 297.

14) Ibid. cent. III et IV. obs. 116. p. 272.

15) Observatt. anat. chir. med. Hal. 1731. p. 135.

16) Opera med. Genev. 1738. p. 201.

17) De ileo a scrupulis pirorum mespilaceorum eroso et perforato. Jen. 1747. Halleri disp. ad morb. hist. et cur. Vol. III. p. 510.

18) De sed. et c. morb. ep. 4. art. 26. ep. 31. art. 2. 3. et alibi. ep. 44. art. 21.

lis[21]), Field[22]), Crampton[23]), Abercrombie[24]), Blackadder[25]), Howship[26]) et Romberg[27]) singulos casus referunt. Ad hos accedunt autores de dysenteria quos infra[28]) citabimus. Praeterea ulcera in febribus vario nomine[29]) insignitis reperta esse, docuerunt Louis[30]), Roederer et Wagler[31]), Tallmann[32]), Petit et Serres[33]), de Pom-

19) Duncan *med. commentaries. Dec. II. Vol. III.* p. 410. *Samml. auserl. Abhandl.* 13. *Bd.* p. 576.

20) *Anat. d. kr. Baues. A. d. Engl. v.* Sömmerring. p. 86. — *Engravings fasc. IV. pl. II. Fig.* 1—5.

21) Hufeland *Journ.* 34. *Bd.* 2. *St.* p. 45.

22) *Mem. of the med. soc. of London. Vol. VI.* p. 128. *Samml. auserl. Ahhandl.* 23. *Bd.* p. 302.

23) *Dublin hosp. reports. Vol. II.* p. 286. *Samml. auserl. Abh.* 29. *Bd.* p. 472.

21) *Krankh. d. Magens, Darmkanals* etc. *A. d. Engl. v.* van den Busch. p. 131. 313. 319. 323. 324. 339. 342—366.

25) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 22. p. 21.

26) *Krankh. d. untern Gedärme u. des Afters. A. d. Engl. v.* Wolf. p. 85.

27) Casper *Wochenschr. f. d. ges. Heilk.* 1837. *no.* 18. p. 287.

28) Vid. cap. de dysenteria.

29) Morbus mucosus Roederer et Wagler; Typhus sporadicus, abdominalis, gangliosus. Cholera ulcerosa Tallmann. Febris gastrica, pituitosa, enterico pituitosa (Mihi) Gastroenteritis. Dothinenteritis. Ileitis pustulosa Bischoff. *Enterite folliculeuse.* Pyra roseola, ileopyra, ileotyphus Eisenmann.

30) *Mém. de l'acad. R. de méd.* 1767 (quem locum citat Albers).

31) De morbo mucoso. Götting. 1762. denuo ed. Wrisberg 1783. Ed. nova. Par. 1816.

Pommer[34]), Begin[35]), Scoutetten[36]), Andral[37]), Cruveilhier[38]), Wagner[39]), Bischoff[40]), Landini[41]), Bierbaum[42]), Hutin[43]), Trousseau[44]), Heu-

32) Diss. de cholera. (Diss. med. ex Max. Stollii praelectionibus potiss. conscr. ed. Eyerel. Vol. II. p. 273. 275).

33) *Tr. de la fièvre entéromésentérique. Par.* 1811.

34) *Beiträge zur nähern Kenntn. d. sporad. Typhus. Tüb.* 1821. — *Zur Pathol. d. Verdauungskanals. (Heidelb. klin. Annalen. Bd.* 2. p. 1). *Salzb. med. chir. Zeit. Apr.* 1828. *no.* 30.

35) *Principes généraux de physiol. pathol. coordonnées d'après la doctrine de M.* Broussais. *Metz* 1821.

36) *Diss. de l'anat. path. en gén. et de celle de l'appareil digestif en particulier. Par.* 1822. — *Des follicules de la membr. muq. (Journ. complém. T.* 29. p. 71. 193).

37) *Untersuch. üb. d. pathol. Anat. d. Verdauungskanals. A. d. Fr. v.* Krause (Horn *Archiv* 1823. 1. *Bd.* p. 369). *Pathol. Anat. A. d. Fr. v.* Becker. 2. *Th.* p. 61. *Clinique méd.* 3e *éd. T. I. II. Par.* 1834.

38) *Anat. pathol. du corps humain ou descript. avec fig. etc. Livr. VII. pl. I—IV.*

39) Diss. sist. mutatt. membranae intestinorum villosae in phthisi tuberculosa et febre nervosa. Vien. 1824. — *Ein. Formen von Darmgeschw. Med. Jahrb. d. österr. Staates. Neue Folge. Bd.* 3. *St.* 4. — *Neueste Folge. Bd.* 1. *St.* 1. p. 59. *St.* 3. p. 82. *Bd.* 2. *St.* 2. p. 268.

40) *Klin. Denkwürdigkeiten. Prag* 1825. p. 108. *Grundsätze z. Behandl. d. Fieber u. Entzünd.* 2. *A. Wien* 1830.

41) *Mém. sur la dothinentérite (Revue méd. T. II.* p. 215).

42) Diss. de ulceribus intestinalibus. Bonn 1826.

43) *Recherches d'anat. physiol. et pathologique sur la membrane muqueuse gastro-intestinale. Par.* 1826.

44) *De la maladie, à laquelle* M. Bretonneau *a donné le nom de dothinentérite (Arch. gén. de méd.* 1826. *T.* X. p. 67. 169).

Heusinger[45]), Hochstätter[46]), Puchelt[47]), Neumann[48]), Hewett[49]), Lossen[50]), Perron[51]), Plagge[52]), Baumgärtner[53]), Wasserfuhr[54]), Gendrin[55]), Louis[56]), Gendron[57]), Nisle[58]), Jo-

45) *Üb. Schleimhautschwämme* (*Ber. d. k. anat. Anstalt zu Würzburg*. 1. 1826. p. 39).

46) *Carlsruher Annalen.* 2. *Jahrg.* 2. *H.* p. 93.

47) *Das epidem. Fieber, welches in Heidelberg bes. im Sommer* 1826 *herrschte* (*Heidelb. klin. Annalen. Bd.* 3. *H.* 2. p. 171).

48) *Ueber Darmgeschw. in typhösen Fiebern.* (Hufeland *Journ.* 64. *Bd.* 3. *St.* p. 96).

49) *Beobachtt., die das häufige Vorkommen der Vereit. der Schleimhäute der Gedärme in idiopath. Fiebern beweisen.* (*The London med. and phys. journ. edit. by* Macleod *New ser. Vol.* 1. 1826. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1827. *Bd.* 2. p. 347. 363).

50) Diss. de febre nervosa sporad. Bonn 1828.

51) *Revue méd.* 1828. *Sept.* p. 362.

52) Heckers *lit. Annalen* 1823. 11. *Bd.* p. 279.

53) *Üb. d.* Broussais'*schen Entzündungen u. Geschwüre im Darmkanal* (*Karlsruher Annalen* 2. *Jahrg.* 2. *H.* p. 72).

54) *v.* Gräfe *u. v.* Walther *Journ. f. Chir. Bd.* 11. *H.* 1. p. 122.

55) *Anat. Beschreib. d. Entzünd. A. d. Fr. v.* Just. Radius 1. *Th.* p. 466 et 549.

56) *Beobachtt. üb. d. a. innern Urs. entstandenen Durchlöcherungen d. dünnen Darms in acuten Krankh. A. d. Fr.* (*Arch. gén. de méd. T.* 1. *Janv.* 1823) *v.* Gelicke. Horn *Arch.* 1823. 1. *Bd.* p. 152. *Recherches anat. pathol. et thérap. sur la maladie connue sous le nom de gastroentérite, fièvre putride, adynamique, ataxique, typhoide. Par.* 1829. *A. d. Fr. v.* Balling. *Würzb.* 1830.

57) *Dothinentéries observées aux environs de chateau-du-Loir* (*Arch. gén. T.* XX. *Juillet* 1829. p. 185 et 361).

Jobert [59]), Bretonneau [60]), Lesser [61]), Conradi [62]), Balling [63]), Lebrecht [64]), Weber [65]), Albers [66]), Bright [67]), Wasseige [68]), Dammann [69]), Hol-

58) *Beitr. zur Diagnostik und Pathogenie d. Darmgeschwüre* (Horn, Nasse u. Wagner *Archiv f. d. Med.* 1829. *Jan. Febr.* p. 138).

59) *Tr. théor. et prat. des maladies chirurg. du canal intestinal. T.* 1. p. 193.

60) *Sur la dothinentérie* (*Lançette franç. Mai* 1829). *Sur la contagion de la dothinentérie* (*Arch. gén. T. XX. Août.* p. 591. *T. XXI. Sept.* p. 57). Behrend u. Moldenhauer *Journal d. Auslandes. Jan.* 1830). *Revue méd.* 1829. *Mai* p. 303. *Mars* 1830. p. 385.

61) *Die Entzünd. u. Verschwär. d. Darmkanals. Berl.* 1830.

62) *Üb. d. Verhältniss d. Fiebers, bes. d. Nervenf. zu Entzünd. u. Geschw. in den Gedärmen* (*Gött. gel. Anz. Jun.* 1830. *Stück* 98, 99. 2. *Bd.* p. 969).

63) *Üb. d. Abdominaltyphus* (*Heidelb. klin. Annalen. Bd.* 6. *H.* 2. p. 267).

64) *Das Ganglio-Abdominal-Fieber* (*Heidelb. klin. Annalen. Bd.* 6. *H.* 2. p. 295).

65) *Observ. d'une affection typhoide guérie* (*Journ. hebdom. T. VII. Vol.* (?) 96, 97).

66) *Die Darmgeschw. Lpz.* 1831. Horn *Archiv* 1832. *Sept. Oct.* p. 800. *Nov. Dec.* p. 966.

67) *Cases illustrative of the morbid appearences, which occasionally take place in the intestines during the progress of fever* etc. *With col. plates. In reports of med. cases Vol.* 1. p. 178. *pl.* 13—15. *Klin. Kupfertafeln. Weimar* 1829. 2. *Liefr. Taf.* 7.

68) Diss. de alterationibus membranae mucosae gastro-intestinalis. Leod. 1828.

69) Diss. de ulceribus in tractu intestinorum occurrentibus. Berol. 1829.

Hollub [70]), Schulz [71]), Leuret [72]), Zillmer [73]), Arweiler [74]), Gumbault [75]), Giehrl [76]), Clarus [77]), Swaine [78]), Ebermayer [79]), Petsch [80]), Heilmann [81]), Garet [82]), Trusen [83]), Eisenmann [84]), Nasse [85]), Grossheim [86]), Richter [87]), Tilesius [88]), Heyfelder [89]), Bartels [90]), Zucchi [91]), Köhler [92]), Cho-

70) Diss. pertract. ileitidem ulcerosam. Viennae 1830.

71) Diss. de enteromesenteritide contagiosa, Biponti 1830 grassata. Monachii 1831.

72) *Mém. sur la dothinentérite. Bulletin* 18. *art.* 41. 1829. *Janv.* p. 59.

73) Diss. de ulceribus intestinalibus. Berol. 1830.

74) Diss. de intest. tractus ventriculique ulceribus. Berol. 1831.

75) Diss. de enterohelcosibus. Gryphiae 1832.

76) Diss. de ulceribus intestinalibus. Monachii 1832.

77) Clarus *u.* Radius *wöchentl. Beitr. zur med. u. chir. Klinik.* 1833. *no.* 7.

78) Diss. de entero-helcosi. Lips. 1833.

79) *Von d. Verhältniss. d. Nervenf. zur Darmschleimhautentzünd.* Casper *Wochenschr.* 1834. *no.* 38—40. *Med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Preussen.* 1834. *no.* 16.

80) Diss. de intestinorum ulceribus. Dorpati 1835.

81) Diss. de febri nervosa cum labe intestinali. Berol. 1835.

82) *Diss. de la fièvre typhoide ou entérite folliculeuse. Strasb.* 1836.

83) *Üb. d.* typhus ulcerosus abdom. Casper *Wochenschr.* 1835. *no.* 22. 23.

84) *Die Krankheitsfamilie Pyra.* 2. *Bd. Erl.* 1834. p. 56. 108. — Id. *d. Krankheitsfam. Typhus. Erl.* 1835. p. 331

85) Horn *Archiv* 1830. *Jan. Febr.* p. 82.

86) Hufeland *Journ.* 1836. *Bd.* 82. 4. *St.* p. 3.

87) *Specielle Ther.* 11. *Bd.*

88) Clarus *u.* Radius *Beitr. zur prakt. Heilk.* 1834.

89) *Heidelb. klin. Annalen.* 10. *Bd.* p. 154.

CHOMEL[93]), HUFELAND[94]), STANNIUS[95]), CRAMER[96]), SCHLESIER[97]), LOMBARD[98]), WENTZKE[99]), GROSSMANN[100]), TOTT[101]), CLESS[102]), RUEGG[103]). HORNER[104]) in infante cholera exstincto folliculos mucosos totius canalis intestinalis tumentes et ulceratos conspexit. Ulcera intestinalia eorum, qui phthisi pulmonali tuberculosa consumti fuerant, describunt plures laudatorum autorum et LOUIS[105]), BAYLE[106]), BRIGHT[107]), STOCKES[108]) aliique, qui no-

90) RUST *Mag.* 41. *Bd.* 2. *H.* p. 329.

91) Diss. de dothinenteritide. Patav. 1835.

92) HECKER *Annalen.* 11. *Jahrg.* 1835. *H.* 4.

93) *Vorless. üb. d. Typhusfieber nach Beobachtt. im Hôtel-Dieu. Deutsch unter der Redaction von* BEHREND. *Lps.* 1835.

94) HUFELAND *Journ.* 1835. *Bd.* 80. 1. *St.* p. 32.

95) Ibid. 2. *St.* p. 37. 3. *St.* p. 90. 4. *St.* p. 52.

96) *Heidelb. med. Annalen.* 1. *Bd.* p. 233.

97) *Med. Zeit. von d. Verein für Heilk. in Preussen.* 1836. *no.* 50. 51.

98) *Dublin. Journ. of med. sciences* 1836. *Sept. Vol.* X. p. 17 (docuit illa ulcera in typho, qui in Britannia et Irlandia grassetur, non inveniri constanter).

99) *Uebers. d. Arbeiten u. Verhandl. d. schles. Gesellsch. f. vaterl. Kultur im J.* 1836. *Bresl.* 1837.

100) *Sanitätsber. f. d. Prov. Brandenburg v. J.* 1835. 1837.

101) SIEBOLD *Journ. f. Geburtsh.* 16. p. 380.

102) *Gesch. d. Schleimfieberepidemien Stuttgarts v.* 1783. *bis* 1836. *Stuttg.* 1837.

103) v. POMMER *Schweiz. Zeitschr. f. Natur u. Heilk.* 2. *Bd.* 3. *H.* p. 363.

104) *Americ. Journ.* 1829. *Febr.* FRORIEP *Notizen* 25. *Bd.* p. 109.

105) *Anat. pathol. Untersuch. üb. d. Lungensucht. A. d. Fr. v.* K. WIESE. *Lpz.* 1827. 2 *Thle.*

106) *Sur la phthisie pulmonaire. Par.* 1810.

novissimis temporibus de illo morbo egerunt. Vix enim datur phthisicus, qui eis careat. NEUMANN [109]) eadem reperit in vesanis. BARKHAUSEN [110]) in corpore infantis hydrocephalo exstincti erosiones ventriculi et intestinorum eorumque glandulas degeneratas vidit.

2. Haec ulcera intestinalia nascuntur media in macula rubra, aut in rubedine latius diffusa, in tunica mucosa emollita, gangraenosa; saepenumero ea a solitariis et congregatis glandulis PEYERI et folliculis mucosae tunicae, antea tumentibus, nonnumquam a tela cellulosa submucosa, tuberculis affecta abeunt; sensim increscunt atque sese conjungunt ita, ut amplum ambitum assequantur. Numero aut parca aut plurima occurrunt, formam rotundam, ovatam, longitudinalem aut irregularem habent, margo eorum vel albus, vel ruber, vel lividus, vel ater, mollis, durus, tenuis aut crassus, quodammodo callosus est. Sunt quae [111]) adspectum Descriptio.

N 2 prae-

107) *Cases illustrative of some of the morbid appearences discovered in phthisis pulmonalis.* In *reports of cases. Vol.* 1. *Lond.* 1827. p. 148. *pl.* 11—12.

108) *Transact. of the association of the fellows etc. in Ireland. Vol. V.* 1828.

109) *Funfzig Krankheits- u. Sectionsgesch. von Wahnsinnigen* (HUFELAND *Journ.* 1824. *Bd.* 69. *St.* 1. *no.* 21).

110) *Nye Hygea of* OTTO. *Kiobenhavn* 1824.

111) CLOQUET, *Nouv. journ. de méd. par* BÉCLARD, CLOQUET etc. T. 1. Janv. 1815. p. 29 et 107. — BILLARD p. 492. — MARTINET *revue méd.* 1827. *Sept.* p. 456. — ROMBERG in CASPER *Wochenschr.* 1837. *no.* 18. p. 287. Haec ulcera et ego vidi, idque in duodeno, quod perforaverant, nec non in ventriculo; eadem id peculiare habent, ut solitaria

praebeant, ac si cultro vel forfice incisa essent, Fundum vel mucosa, denudata a villis et epithelio (erosio) vel, destructa illa, tunica cellulosa, vel et hac consumta musculosa vel serosa exhibet, qua tandem rupta intestinum perforatur. Fundus ipse albus, ruber, purpureus, cinereus, bruneus, mollior, durior est. Insimul mucosa, quae inter ulcera sita est, vel intacta manet, vel rubet, vel emollita est et folliculi, qui non exulcerati fuerant, tument, nec non tunicae cellularis durities et crassities increverunt. Quodsi res bene procedit, cicatrices[112]) remanent, villis orbatae. — Omnium frequen-

sint; ubicunque in conspectum venerunt, intestinum perforatum erat.

112) Abercrombie l. c. p. 30 (in ventriculo). — Cruveilhier, *méd. éclairée par l'anat.* T. 1. p. 45. *Anat. pathol. livr.* 30. *pl.* 3. — Proft *méd. éclairée par ouverture du corps.* T. 1. p. 45. — Trousseau *Arch. gén.* l. c. — Scoutetten l. c. — Andral in Horn *Arch.* 1823. p. 355. *Pathol. Anat.* 2. *Th.* p. 68. — Trolliet *Journ. gén.* T. 92. *Août* 1825. p. 189. — Louis l. c. 15, 16, 17 *Beobachtt.* p. 88. et p. 157. — Gendrin l. c. — Otto l. c. p. 97. §. 83 et p. 98 Nota. — Lesser l. c. p. 296. — Albers l. c. p. 119. Idem in Hufeland *Journ.* 80. *Bd.* 6. *St.* p. 63. — Schulz l. c. p. 46. — Zipper diss. de ulcerum intestinalium cicatricibus. Berol. 1832. — Cramer in Casper *Wochenschr.* 1835. *no.* 19. — Berndt *Med. Zeit. vom Verein f. Heilk. in Preussen.* 1835. *no.* 10. — Rarius quidem ad hunc usque diem cicatrices in tunica mucosa intestinali inventae sunt. Unde non concludendum esse censeo, haec ulcera aeque raro sanari. Primum enim rarius in corporibus, ubi antea ulcera adfuerant, accuratius num cicatrices adsint, inquisitum est. Deinde quaestio

quentissime ulcera intestinalia in inferiore parte intestini ilei inveniuntur, dein ex ordine caecum, colon, rectum, superior ilei pars (ventriculus), jejunum, duodenum[113]) sequuntur. — Rarissime haec ulcera inveniuntur, quin et aliae partes laesae sint. Glandulae meseraicae saltem tument.

3. Constantissimum symptoma, quod excitant haec ulcera, diarrhoea est, quae tunc tantummodo deficit, ubi ulcera superiores solas intestini partes, v. c. duodenum aut intestinum[114]) rectum, tenent. Haec vel noctu tantum adest, vel et interdiu quater, decies, vigesies redit, idque eo frequentius, quo plura adsunt ulcera. Excernuntur autem aquosae, squamosae, vitello et albumini ovi similes massae, vel pultiformes, flavae cum flocculis albumini coagulato similibus permixtae materiae, nutrimenta nondum satis concocta, et cruoris minor majorve[115]) copia; haudquaquam vero pus merum[116]). Hac diarrhoea suppressa, illico intu- Symptomata.

est, utrum omnia ulcera, quae sanentur, cicatrices relinquant, an non ea tantum, quae profundius intestinum laeserint.

113) Abercrombie l. c. p. 131. — Broussais *sur la duodenite chronique.* — Roberts in *Nouv. bibliothèque médicale. Juin* 1828.

114) Dolor, quem alvi dejectiones excitant, efficit, ut aeger alvi depositionem evitare studeat et fortasse spasmi oriantur.

115) Quae non raro tanta erat, ut mors haemorrhagiam sequeretur.

116) Albers p. 52. Haud recordor, me umquam puris a me hisce sub ulceribus observati mentionem fecisse, cujus rei reum Albers in praefatione operis sui me fecit.

tumescit abdomen, id quod etiam sponte seriore tempore haud raro accidit. Praeterea dolores adesse solent, utplurimum mites et tactu abdominis rudiore excitandi, nonnumquam graviores aut intermittentes aut continui, aut spasmo aut inflammationi tribuendi, plerumque loco quodam adscripti, maxime in regione ileo-caecali, urentes, edaces, vividi vel hebetiores, iidem cibis assumtis excitantibus augentur, haud raro progrediente morbo prorsus silent. Insimul ciborum appetentia vel diminuta, vel suppressa, sitis insatiabilis, lingua muco obtecta, gustus depravatus est, nausea et vomituritio subinde accedunt, nec non vomitus ipse, ubi superioris intestini partes affectae sunt. Brevi tempore sequitur anorexia et tanta macies, ut morbus phthisis intestinalis [117]) nuncupetur. Haud raro aliae membranae mucosae, pulmonum, genitalium, vesicae urinariae simul afficiuntur, cutis pallida, frigida, urina vel minore copia, vel turbida vel sedimento praedita, vel naturalis et hydropicae affectiones accedunt. Nec capitis affectiones, dolor, vertigo et deliria, nec febris, ab initio inflammatoria, postea hectica deficiunt.

Caussae. 4. *Caussae* ulcerum intestinalium utplurimum in aliis morbis quaerendae sunt, qui ea aut secundario modo excitant, aut tanquam partem secum ducunt. Id valet de enteritide mucosa simplici, de typho contagioso, de febre pituitosa et putri-

117) Schmidt diss. de phthisi intestinali. Monach. 1831. — Kappeler diss. de phthisi intestinali proprie sic dicta. Berol. 1832.

trida, de dysenteria, variola, morbillis, scrofula, phthisi tuberculosa, syphilide, scabie, herpete, scorbuto, arthritide, cachexia mercuriali et aphthis. Rarius topico affectu ulcera producuntur, v. c. a scrupulis pirorum mespilaceorum[118]), a calculis[119]) intestinalibus, a veneno corrosivo, quod erosiones[120]) efficit; bilem acrem ulcera intestinorum producere, jam HIPPOCRATES[121]) contendit.

5. Comparatis ulcerum caussis cum symptomatibus supra commemoratis saepius eadem sine difficultate cognosci possunt; incerta vero est cognitio, ubi aegroti convaluerint; sunt enim, qui contendant, rarius tantum haec ulcera tolli posse; ad quos nos non accedimus, rati, jure et in iis, qui convaluerint, ulcera praesumi, siquidem eadem fere symptomata ac in mortuis praegressa fuissent. Caeterum judicium confirmatur ratione et sedis et naturae ulceris habita. 1° Ulcera duodeni[122]) dolorem in regione epigastrica, dextrorsum aut umbilicum versus extensum, nonnumquam valdopere adauctum cubitu, in latera evectum et vomitum excitare, solent quo acida et amara massa 5 ad 6 horis post prandium elapsis excernitur. Contra alvus pertinaciter obstructa est, tandem materia atrabilaria excernitur. Praeterea corpus in- **Diagnosis.**

118) KALTSCHMIDT in HALLERI dissert. ad morbum histor. et cur. fac. T. III. no. 99. p. 510.

119) Cf. cap. X. §. LII.

120) MORGAGNI ep. 59. art. 3.

121) L. c.

122) BAILLIE *Engravings fasc. III. tab. V. fig.* 1. PENADA *saggio d'osservazione. no.* 3.

insigni modo emaciatur. 2° Ulcera intestini tenuis, jejuni et ilei, quae omnium frequentissima sunt, ab initio symptomata gastrica exhibent, simul in medio abdomine et in regione ileo-caecali dolor exoritur, non adeo vehemens, qui cibis assumtis incitantibus augetur. Brevi sequitur diarrhoea, qua vel materia flava cum floccis, albumini coagulato similibus, vel brunea, nonnumquam et sanguinis minor majorve copia excernitur, subinde etiam vermes abeunt. Vomitus cum siti permagna in quibusdam accedit. Dein meteorismus sequi solet, rarius hydrops ascites. Praeterea respirationis organa, et cerebri functiones afficiuntur, vires sensim collabuntur, emaciatio non tantum eminet eaque fit, si ulcera cum glandulis mesaraicis affectis diutius perstiterint. 3° Ulcera intestini caeci vel sola [123]), vel cum ulceribus ilei aut coli aut utriusque intestini conjuncta, praeter diarrhoeam vomitum et choleram excitare dicuntur. Abdomen aut collapsum aut valvulo tumente et occludente tumidum. 4° Ulcera coli digestionem vix laedunt, dolores vero graviores, quam ulcera intestini tenuis, eosque ter quaterve per diem per intervalla ita adauctos, ut colica adesse videatur, a regione iliaca sinistra dextrorsus supra umbilicum se extendentes faciunt, sequitur diarrhoea, un-

123) Blackadder *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 22. p. 21 („*the caput caecum covered with ulcers, having ragged and irregular edges, and which might have been aptly described by the term worm-eaten; on the surface or under the edges of each of these ulcers were found several larges ascarides*").

unde dolores mitigantur. Haec vero et alias ab initio morbi adest et perdurat, cum ardore, pruritu ani et tenesmo conjuncta; excernuntur primum aquosa, deinceps brunea, foetentia excrementa parca copia, tandem sanguis, qui adhaeret excrementis aut ea sequitur. Abdomen saepius collabitur, rarius aëre inflatur. Tandem reliquus canalis intestinalis in consensum trahitur, digestio laeditur; febris hectica, macies, quae quidem summum gradum non attingit, et summa virium debilitas accedunt. Deliria fere numquam superveniunt. 5° Ulcera [124]) intestini recti eo insignita sunt, ut illico excrementa excernantur, quam primum nisus sentitur [125]); faeces, quas pus, ichor et cruor sequuntur aut antecedunt, cum dolore ani et tenesmo [126]) ejiciuntur. Nonnumquam prolabitur tunica mucosa; exploratione instituta et tangi et pure aut ichore in digito relicto ulcera cognosci possint. Morbus lentissime decurrit et plures per annos protrahi potest, priusquam constitutio laeditur. — Pro diathesi distingui solent ulce-

124) Heister *Wahrnehm. no.* 398. p. 667. — *Nouv. biblioth. Mars* 1828. Froriep *Notizen Bd.* 20. *no.* 17. p. 271. (casus narratur, in quo tubulo siphonis rectum perforatum esse dicitur; equidem putassem, ulcera antiqua latuisse). — Jolly in *Nouv. bibl. Févr.* 1829.

125) Contra Petri (Ephem. nat. cur. dec. 1. a. 2. obs. 77. p. 140) refert de viro, in cujus intestino recto interius mali moris ulcus idque fistulosum subortum alvi excrementis omnino transitum denegabat).

126) Reil memorab. clin. Vol. 1. fasc. 2. p. 1.

cera simplicia[127]), typhosa[128]), variolosa[129]), morbillosa[130]), dysenterica[131]), scrofulosa[132]), tuberculosa[133]) (phthisica), syphilitica[134]) (cum primaria in intestino recto tum secundaria in reliquo tubo intestinali). Quodsi supra commemorata ulcerum intestinalium signa his in morbis in conspectum veniunt, non adeo difficilis, nec incerta eorum cognitio erit.

Prognosis. 6. Quamquam ulcera intestinalia cicatrice for-

127) Ex mera enteritide mucosa orta.

128) Auctores, qui ea observarunt et descripserunt, supra no. 1. citati sunt.

129) Haec ulcera pro variola interna jure habentur.

130) Monfalcon *dict. des sc. méd.* T. 40. *art. Rougeole.* p. 143. Albers l. c. p. 348.

131) Vid. cap. de dysenteria. 132) Albers l. c. p. 371.

133) Brunn l. c. p. 112. — Thebesius dissectio phthisici ex ulcere intest. coli exstincti. Ephem. N. C. Cent. III. IV. p. 272. — Wagner l. c. p. 82. — Bierbaum l. c. p. 2. — Louis *sur la phthisie.* — Bayle *sur la phthisie.* — Meckel *pathol. Anat.* 2. *Th.* 2. *Abth.* p. 369 et 380. — Andral *clin. méd. T. IV. Ej. pathol. Anat.* 2. *Th.* p. 78. — Albers l. c. p. 403. — Nisle, Horn *Arch.* 1829. 2. *Bd.* 1817.

134) Jobert l. c. T. I. p. 195. Cazenave et Biett ibidem. Albers l. c. p. 365. — Puella 19 annos nata ulcera syphilitica primaria, deinde colli secundaria nec non eruptionem cutaneam syphiliticam habuerat, quibus sanatis dolores colici, in dies aucti, vomituritiones et vomitus, diarrhoea, colliquatio et febris hectica sequebantur. Sectione facta unum ulcus ad finem intestini ilei, alterum in caeco et tria ulcera in colo adscendente in conspectum venerunt, quae pro syphiliticis declarantur ab Härtl (in epist. ad P. Frank missa).

formata sanari posse, demonstratum est, tamen ex altera parte eadem periculo plena esse, per se elucet. Primum, licet rarius, fieri potest, ut intestinum perforetur, de qua re postea agetur, deinde idque multo frequentius, phthisis quaedam, intestinalis dicta, inde sequitur; denique et ileus inde natus observatus est. Utrum hunc an illum exitum habitura sint, ex copia, loco et natura ulcerum concludere licet. Quodsi permulta ulcera adsunt, phthisis timenda, attamen numerus eorum vix aestimari potest; pauca, quae adsunt, imo unicum intestinum perforare solet. Ulcera intestini tenuis citius decurrentem phthisin faciunt et facilius intestinum perforant, quam ea, quibus intestinum crassum afficitur, omnium lentissimam mortem intestini recti ulcera efficiunt. Quod naturam et diathesin attinet, omnium pessima sunt ulcera tuberculosa, quae vix umquam sanantur et saltem phthisin evehunt ejusque decursum accelerant; scrofulosa rarius sanari videntur. Contra syphilitica curam admittunt, nec non morbillosa, dysenterica et typhosa saepe, omnium vero frequentissime simplicia sanari videntur. Caeterum quemlibet morbum, ad quem haec ulcera accedant, inde multo graviorem reddi patet.

7. *Cura*[135]) primum ita gerenda est, ut origo ulcerum impediatur, quare caussae eorum sedulo evi- Cura.

135) Marssen diss. observatt. Heidelberg. circa curam labis intestinalis in febre remittente, enterico-pituitosa nervosa sist. Heidelb. 1832.

evitandae sunt, et morbus, ad quem ea accedere solent, justo modo tractandus, ita tamen, ut ulcerum forte oriundorum ratio habeatur. Quapropter ea prohibeantur, quae ullo modo intestinum excitare possint. Cibi copia minima, nec nisi mucilaginosi propinentur, ejusdem indolis et potus genera esse debent; praeterea curandum est, ut alvus, nisi sponte quotidie solvitur, clysmate simplici, minime excitante injecto, aut pulpa tamarindorum ducatur; eamdemque ob caussam etiam kalomelanos [136]) dosis sine incommodo exhiberi potest, et sal amarum (magnesia sulfurica) fertur. Contra alia salia prohibenda, quippe locum affectum excitantia. Quodsi vero ulcera enata esse persuasum est, eorum cura maxime naturae viribus relinquenda esse videtur. Attamen agendum est, ne ulla quadam re, sive ingesta sive retenta irritentur. Quapropter eadem vel similis diaeta convenit, ac supra laudata, et diarrhoea quidem mitiganda est mucilaginoso, cui laudani liquidi Sydenhami aliquot guttulae addi solent, postea decocto rad. kolumbo exhibitis, haudquaquam vero supprimenda est fortiore adstringente medicamine dato. Praeterea cura fomentis aromaticis abdomini imponendis, balneis tepidis exhibitis, nec non ulcere artificiali in sura vel una vel utraque instituto adjuvari videtur. Nec ferro muriati-

136) Lesser (l. c. p. 409) laudibus extollit majores kalom. doses, nec non Wolf (*Med. Zeitung* 1835. *no.* 51) eas commendat. Quas et ego dedi (Marssen l. c.), attamen sine emolumento manifesto.

ico[137]), neque alumini[138]), nec plumbo[139]) acetico fidem habemus, majorem licheni islandico[140]). Deinde reliquae morbi partis ratio habeatur, quantum fieri potest, medicaminibus exhibitis, quae ulcera non laedunt. Denique stadio convalescentiae, quae longa esse solet, nutrientia quidem exhibenda, a tamen, quae minime irritant, eaque minore copia. Etenim sub hoc rerum statu a cibis aut incongruis aut nimiis gravia incommoda nasci ipsamque mortem accelerari vidimus.

§. XXII.

Intestinorum marcor[1]).

1. Intestina, imprimis eorum membranam mucosam, simili modo, ac ventriculum[2]), eodem vero multo rarius emolliri ita, ut pultem referant, tactui cedant et perforentur, ipsi vidimus[3]), et testati sunt Marcor intest.

137) AUTENRIETH (*Tübinger Blätter Bd.* 2. *St.* 1. p. 14). DE POMMER (*Heidelb. klin. Annalen.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 32).

138) *Bull. gén. de thérapeutique méd. et chir. Par.* 1836. *Mars.*

139) KOPP *med. Annal.* 1817. *Jul.* p. 983. — KOPP *Beobacht. im Gebiet d. ausüb. Heilk. Frankfurt* 1823. p. 93. — NASSE *med. Zeit.* 1835. *no.* 23. — JUNG diss. de dothienenteride ejusque plumbo acetico sanandae ratione. Bonn. 1835.

140) *Auszug aus dem Tagebuch eines ausüb. Arztes.* 1. *Samml. Berl.* 1791. p. 322.

1) Enteromalacia.

2) Vid. P. III. Vol. 1. Sect. II. cap. 25. p. 626.

3) Die 15. Aug. a. 1821 in auxilium vocatus a juvene 22 annos nato, juris studioso, antea sano exaudivi, eum d. 9 ejusdem mensis de dolore in regione hepatis, hirudinibus diminuto conquestum fuisse, leviorem dein dolorem, qui tactu

sunt Armstrong[4]), Monro[5]), Erdmann[6]), Hill[7]), Jaeger[8]), Cruveilhier[9]), Burns[10]), Louis[11]), Krukenberg[12]), Kupffer[13]), Ramisch[14]), Hesse[15]), Baum-

non nimis augeretur, supra totum abdomen extensum esse, nec alvum a primo morbi die excretam fuisse; unde abdomen vehementer tensum erat, pulsus durus rarus, urinae minor copia excernebatur. Quicquid egerimus, ut alvus duceretur, nil profecit; contra die 17 vomitus et anxietates accesserunt aegerque vespera diei 18. ejusdem m. obiit. — Sectione die XX. instituta colon descendens angustatum, intestina tenuia vero maxime extensa et ita emollita inventa sunt, ut sub levissimo tactu ubivis locorum rumperentur et maximam ichoris copiam funderent.

4) *An account of the diseases most incident to children. Lond.* 1777. *Samml. auserl. Abh.* 4. *Bd.* p. 66 (simul cum ventriculo intestina tenuia emollita).

5) *Morb. anat. of the gullet etc.* p. 307.

6) Horn *neues Archiv.* 3. *Bd.* p. 77 (crassa).

7) Horn *Archiv* 1819. 1. *Bd.* p. 128.

8) Hufeland *Journ. Bd.* 32. *St.* 5. p. 16. *Bd.* 36. *St.* 1. p. 34 (in infante dysenteria exstincto tunica mucosa intestini crassi et ventriculi emollita). p. 50 (colon adscendens emollitum).

9) *Samml. auserlesner Abh.* 30. *Bd.* p. 192, 197, 216.

10) *Edinb. med. and surg. journ. Vol. VI.* 1810. *Göttinger gel. Anzeigen* 1811. 16. *März.* p. 426.

11) *Mém. ou recherches anat. pathol. sur le ramollissement de la membrane muqueuse de l'estomac etc. Par.* 1826.

12) *Jahrb. d. ambulat. Klinik.* 2. *Bd.* p. 345.

13) Diss. de dissolutione morbosa membranarum tractus intestinorum. Dorp. 1826. p. 38 (intestinum tenue solum emollitum erat totum).

14) Diss. de gastromalacia et gastropathia infantum. Prag. 1824. p. 52.

15) *Über d. Erweichung d. Organe u. Gewebe. Lpz.* 1827. p. 186.

Baumgarten-Crusius [16]), Elsässer [17]), Ebermaier [18]), Beilby [19]), Rehfeld [20]), qui rarius totum intestinum, sed majorem minoremve partem vel tenuis vel crassi intestini emollitam subinde perforatam viderunt eodem modo ac in gastromalacia, utpote quae utplurimum simul aderat; quare eadem fere ac in gastromalacia symptomata vigent. Solus Kupfer [21]) „sitim vehementem, tormina, inquietem et angorem, nauseas vomitusque, praecipue captis cibis", quae in ejus casu complicato simul cum aliis symptomatibus adfuerunt, enteromalaciae tribuit. In Erdmanni casu simul scirrhus ventriculi in fatuo reperiebatur, qui diarrhoea cruenta involuntaria exstinctus fuerat. Armstrong [22]) diarrhoeam commemorat. Quare de diagnosi enteromalaciae vix quid praecipiendum nec non de prognosi et cura idem valet, quod de gastromalacia supra dictum est.

§. XXIII.

Intestinorum perforatio [1]).

1. Perforantur intestina 1° vulnere inflicto, quod ad ea penetraverit, saepe quidem at non sem- *Originis varietas.*

16) Diss. de gastro- et enteromalacia infantum. Berol. 1831.
17) *Würtemb. med. Corresp. Blatt.* 1. *Jahrg.* 1832 p. 160.
18) Casper *Wochenschr.* 1835. *no.* 11.
19) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 44. 1835. *Oct.* p. 257 (simul cum gastromalacia mucosa duodeni emollita).
20) Diss. de gastro- et enteromalacia. Berol. 1837.
21) L. c. p. 39.
22) L. c.
1) *Syn.* enterobrosis.

semper lethali[2]) (*perforatio s. enterobrosis traumatica*). 2° Violentia quaedam externa, illaeso pa-

2) Docuerat quidem HIPPOCRATES (Coacae praenott. Sect. III. no. 389. ed. KÜHN. T. I. p. 319. Praedict. I. II. c. 19. l. c. T. 1. p. 205. Aphorism. lib. VI. aph. 18 et 21 l. c. T. III. p. 752) „mori eos, quorum intestina vulnerata sint" etc. eumque sequuti sunt non solum GALENUS (Comment. in HIPPOCRAT. lib. VI. aphor. 18. ed. KÜHN. T. XVIII. P. I. p. 27. meth. med. lib. VI. c. IV. l. c. T. X. p. 419), CELSUS (de med. lib. V. c. 26 et lib. VII. c. 16), PAULUS AEGINETA (de re med. lib. VI. c. 52), JOANNES ACTUARIUS (de meth. med. lib. IV. c. 6), AVICENNA (Can. med. C. III. tr. 2. c. 2), ALBUCASES (de chirurgia. P. II. c. 87), sed etiam recentiorum medicorum quam plurimi. Attamen jam ALBUCASES (l. c. c. 87), deinde FALLOPIUS (de vulneribus particularibus c. 17. 19), HOLLERIUS (comment. in HIPPOCR. lib. VI. aph. 18. — Observatt. propr. obs. 17), RUMLER (observat. med. a VELSCHIO ed. in sylloge curat. et observatt. med. obs. 39. p. 23), AMBR. PARAEUS (Op. lib. IX. c. 33), MAICHANQUEZ (Ephem. nat. cur. dec. 1. a. 111. obs. 176. p. 332), LITTRIUS (*Mém. de l'acad. des sc. de Par. a.* 1705. p. 32), J. HEURNIUS (Enarrat. aphor. HIPPOCR. lib. VI. aph. 18. no. 5), A GULDENKLÉE (Opera respons. 17. p. 890), LOUIS (*Mém. de l'ac. R. de chir. T. III.* p. 195), VOGEL (diss. de genuino coli vulnere non lethali. Gott. 1762. p. 13. Nota 8), FILLION (*Journ. de méd.* T. 43. p. 538), HARDER (Apiarium obs. 67) aliique permulti ipsa intestina tenuia vulnere laesa sanata esse testantur. Nec non eadem in hernia prolapsa, quae aut errore commisso (FABRICIUS AB AQUAPENDENTE chir. operat. cap. de bubonocele p. 271. Oper. de MARCHETTIS observatt. med. chir. var. syll. obs. 55. STALPARTUS VAN DER WIEL Cent. 1. obs. 54. LE DRAN *obs. de chir.* T. 2. *obs.* 59. p. 22) aut sub herniotomia laesa fuissent, in integrum restituta esse notum est. Post vul-

pariete abdominali non raro intestinum laceravit (*ruptura s. enterorhexis*). Tale quid observatum est ab ictu trabis[3]), equi[4]), cornu cervi[5]), bovis,

a

nus inflictum fistulam stercoralem remansisse AVENZOAR (Theisir s. rectificatio medicationis et regiminis lib. I. Tr. 14. c. 2), MEICHSNER et FEL. PLATER (SCHENK observatt. med. lib. III. Sect. 256. T. 1. p. 760) enarrant. Quid quod ipsos globulos sclopetarios in abdomen injectos, per anum abiisse superstite et sanato aegro legitur (FRANCISC. VALLERIOLA obs. medicin. lib. IV. obs. 9. Lugd. 1605. p. 290. PATINUS in Ephem. nat. cur. a. 1. obs. 20. p. 45). — Vulnera intestinorum amplorum multo frequentius sanari, jam CELSUS (l. c.) quodammodo annuit et alii complures confirmant, VOGEL (l. c. p. 45) exemplo comprobat, aliaque ex autoribus collecta communicat. Idem VOGEL legi mereatur de historia vulnerum intestinalium, quae quomodo curanda sint WEBER (Diss. [ab ord. med. Heidelbergensi praemio ornata] de curandis intestinorum vulneribus. Berol. 1830) bene docuit.

3) BLOM *neue Abh. d. k. schwed. Akad. d. Wissensch.* 9. *Bd.* p. 174. RICHTER *chir. Bibl.* 12. *Bd.* p. 401. — COLLIER in *Lond. med. gazette* 1833. *Sept.* GERSON *u.* JULIUS *Mag. Bd.* 28. p. 57 (puero tres annos nato, machina quadam percusso, duodenum in duas partes ruptum fuerat).

4) Talem casum descripsi in *Heidelb. klin. Annalen.* 8. *Bd.* p. 535. Similes observarunt BONZ (nova acta Nat. Cur. Vol. VI. obs. 65. p. 322), KRAMER (Commerc. lit. Norimb. 1740. p. 204), MORGAGNI (de sed. et c. morb. ep. 54. art. 14. 15), SWAN (*Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 22. p. 93. HORN *Archiv* 1825. *März, April.* p. 374), HEYNE (*med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Pr.* 8. *Jahrg.* 1839. *no.* 8. p. 37), HART (*Dublin hosp. reports. Vol. V. no.* 7. JULIUS *u.* GERSON *Mag. Bd.* 22. p. 364).

5) VOLLGNAD ex vehemente illisu abdominis lethalitas. Eph. Frank Prax. III. II. 1.

a verberibus[6]), lapsu[7]), contusione[8]), rota[9]) currus, dolio irruente[10]). 3° Praeterea ab ipso corpore tanta vi actum est, ut intestinum rumperetur; id accidit sub extensione corporis[11]), sub

nat. cur. dec. 1. a. 1. obs. 21. p. 82. — CLAUDER Ibid. dec. II. a. 7. obs. 182. p. 345.

6) GOCKELIUS Gallicinicum med. pr. Cent. II. obs. 87. p. 590. — WEPFER in Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 170. p. 290 (pedibus concultatus, supplantatus et calcatus fuit). — WOLF observatt. chir. med. Quedlinb. 1704. obs. 29. p. 93. — MORGAGNI de sed. et c. m. ep. 54. art. 15. HAXTHAUSEN in *med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Pr.* 1839. *no.* 15. p. 76 (abdomine pedibus calcitrato ruptura ilei). —

7) Acta med. Berol. Dec. II. Vol. III. p. 65. — *Bresl. Samml.* 1721. *Sommerquartal* p. 181. — TODD in *Dublin hospital reports. Vol.* 1. p. 311 (infantis biennis de sella lapsi intestinum duodenum transversali modo plane discissum erat). — HORN *Archiv* 1821. *Nov. Dec.* — SPRENGEL in RUST *Mag.* 10. *Bd.* p. 290. —

8) MARJOLIN in *Arch. gén. T. XI.* p. 112. — WOLF in *phil. transact. Vol.* 40. *no.* 445. p. 61. — ANDRAL *pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 37. — SPEER in *Dublin hospital reports. Vol. IV.* p. 349. GERSON *u.* JULIUS *Mag.* 15. *Bd.* p. 195 (vir sub lucta adversarium humi prostraverat, simul vero in ejus genu prominens lapsus fuerat, quo facto ruptura caeci 2'' orta est).

9) *Bull. de la fac. de méd. de Paris T. I.* — ANDRAL *pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 73. — WEPFER in Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 172. p. 331. — PYL *Aufs. u. Beobachtt. a. d. ger. A. W.* 1. *Th. no.* 12. —

10) BOYER in FOURCROY *la méd. éclairée. T. II.*

11) VOLLGNAD in Eph. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 146. p. 322. — ALBRECHT in Act. nat. cur. Vol. IX. obs. 2. p. 8. —

sub vomitu[12]), sub alvo[13]) solvenda, sub lucta[14]), sub nisu in partu, vel corpore elevando; quid quod irae [15]) motus, repletis ventriculo et intestinis duodeni rupturam effecisse dicitur. 4° Quae in intestinis insunt, aut prae copia ea ita distendunt, ut rumpantur [16]), aut eadem laedunt, vulnusque infligunt vel inflammationem [17]) ulcerosam gignunt. Hos effectus ossa [18]), acus, culter aliaque, quae deglutita [19]) fuerunt, exseruerunt.

O 2 5° Gan-

12) Sömmerring in Baillie *Anat. d. kr. Baues.* p. 123. XXIX.

13) Schaarschmidt *med. u. chir. Nachr.* 3. *Jahrg.* p. 300. — Fievée *Journ. gén. de méd. Vol.* 76. 1821. *Août no.* 297. p. 203. Horn *Archiv* 1821. 2. *Bd.* p. 290. — Mayo *obs. on injuries and diseases of the rectum. Lond.* 1833. Froriep *Notizen.* 41. *Bd.* p. 94 (rectum et vagina rupta).

14) Schaarschmidt l. c.

15) Dupuy *rupture du duodenum à la suite d'un violent accès de colère, l'estomac étant rempli d'alimens. Journ. méd. de la Gironde* 1826. *Sept. Bull. des sc. méd.* 1827. *Janv.* p. 67. Gerson *u.* Julius *Mag.* 13. *Bd.* p. 495. —

16) P. Frank (epit. lib. VI. P. 1. p. 63) intestina gasibus collectis et in hominibus rumpi posse docet, id quod in herbivoris frequentius accidit. — Eamdem ob caussam intestina rumpuntur, quae inferiore loco angustata aut clausa sunt (Scherb in Hufeland *Journ. Bd.* 67. *St.* 4. p. 17. 18. — Biett in *Journ. gén. de méd. T.* 98. 1827. *Janvier.* p. 136. — Hufeland *Journ.* 5. *Bd.* p. 819).

17) Tali modo et lumbrici, haudquaquam vero morsu intestina laedere possunt. Qui quidem ab observatoribus antiquis et recentioribus justo saepius pro caussa perforationis habentur, utplurimum potius ex foramine, alia ex caussa orto, prodeunt.

18) Ploucquet in Loder *Journ. f. Chir.* 4. *Bd.* p. 379. Gesner in N. Act. nat. cur. Vol. II. obs. 93. p. 363.

19) Petit (*tr. des maladies chir. T. II.* p. 210 *des fistules à*

5° Gangraenam[20]), quae inflammationem praegressam sequatur, tubi intestinalis partem destruere, idque imprimis sub herniis incarceratis[21]) accidere, notissimum[22]) est (*enterobrosis gangraenosa*). 6° Ulcera[23]) membranae mucosae imprimis

l'anus avec corps étrangers) plures casus refert, in quibus corpora peregrina usque ad rectum pervenerint, ibique inflammationem sequente abscessu excitaverint. Conf. cap. X. §. LI.

20) Riverius observatt. med. Cent. II. obs. 17. Cent. III. obs. 26 („intestinum ileum tribus complicationibus convolutum et quasi compactum in unam massam circa finem illius . . . Intestinum gangraena affectum perforatum erat supra complicationem. — . . Per illud foramen tota excrementorum colluvies effluxerat et mora sua partem ani inferiorem corruperat, in qua etiam foramen aliud apparuit"). Barbette Opera. Genev. 1683. p. 156. 170. — Stoll rat. med. P. 1. p. 266. *P. II.* p. 409. — Hanius in Horn *Archiv* 1812. 2. *Bd.* p. 161. — Trümpy in Hufeland *Journ. Bd.* 71. 6. *St.* p. 44. — Osius *höchst acute Darmdurchlöcherung nebst Untersuchungen über ihre Entstehung. Heidelb. med. Annalen* 5. *Bd.* 4. *H.* p. 505.

21) Cap. II. §. XII. 13. — Bourienne in *Journ. de méd. T.* 36. p. 464 (hernia inguinalis incompleta nata fuerat; ileum in canali inguinali retentum gangraena correptum et perforatum est, unde faeces usque ad scrotum descenderunt et tumorem effecerunt). — Lange in Schmucker *verm. chir. Schr.* 2. *Bd.* p. 195. — Erdmann in Horn *neuem Archiv* 3. *Bdes.* 1. *H.* 1806. p. 63. — Fages in Sedillot *Journ. de méd. T. V.* p. 222 (attamen morbus, de quo sermo est, aut perityphlitis aut peritonitis muscularis fuisse videtur).

22) Vid. cap. III. §. XVIII. 2.

23) Wepferus, Ephem. nat. cur. dec. II. a. X. obs. 171. p. 297. — Blancardi opera T. II. p. 46 (duodeni). — Lieutaud hist. anat. med. T. I. obs. 400. p. 96 (jejuni). —

mis sic dicta typhosa[24]), scrofulosa, tuberculosa[25]), phthisica[26]) et solitaria[27]) reliquas tubi intestinalis tunicas destruere, ita ut foramen pateat, supra[28]) jam monitum est (*enterobrosis ulcerosa*). 7° Praeterea accidit, ut abscessus extra intestinum si-

Riverius obs. commun. obs. 13. Opera p. 694. Fischer taeniae hydatigenae hist. Lps. 1789. p. 40. — Baillie *Anat. d. krkh. Baues.* p. 87. — Abercrombie l. c. p. 323. 363. — Wood, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 21. p. 8. (duodeni). Martinet in *Revue méd. Sept.* 1827. p. 449.

24) Marmion in Hautesierck *recueil d'observ. de méd. des hôp. mil. T. II. Par.* 1772. p. 480. — Morgagni ep. 31. art. 2. — Louis *Beobachtt. üb. d. aus innern Urs. entstandene Durchlöcherung d. dünnen Darmes in acuten Krankh.* (*Arch. gén. T. I. Janv.* 1823). *Mitgeth. von* Gedicke. in Horn *Arch.* 1823. 1. *Bd.* p. 152. Idem *de la perforation de l'intestin grèle dans les maladies aigues.* In *Mém.* et *recherches anat. pathol. sur diverses maladies. Par.* 1826. p. 136 — Andral in Horn *Arch.* 1823. 1. *Bd.* p. 374. Id. *pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 70. — Albers *Darmgeschwüre.* p. 467. — Cazeneuve *Mém. sur les perforations, qui surviennent pendant le cours des fièvres typhoides. Séance publique de la soc. de méd. chir. et pharm. de Toulouse* 1837. *Revue méd.* 1838. *Févr.* p. 256. *Gaz. méd. de Paris* 1837. *no.* 52. 1838. *no.* 1. Fricke *u.* Oppenheim *Zeitschr.* 7. *Bd.* p. 395.

25) Andral (Horn *Arch.* 1823. 1. *Bd.* p. 374) docet tubercula tunicae serosae emollita hanc et reliquas intestini tunicas perforasse. — Albers l. c. p. 479. — Schlabsy diss. sist. duos casus rar. fistulae stercoreae. Heidelb. 1837. p. 23 et 24. — Nisle in Horn *Archiv* 1829. 2. *Bd.* p. 817.

26) Quamvis in phthisicis dissectis saepenumero ulcera conspexerim, numquam ab iis intestinum perforatum observavi; unde concluderem, rarius id locum habere.

27) Vid. §. XXI. no. 2. Nota 1. 28) Vid. §. XXI. 3. 6.

situs, qui peritonitidem[29]) muscularem, peritylphlitidem[30]), periarchitidem[31]) sequitur, abscessus hepatis[32]), lienis[33]), mesenterii, renis[34]), ulcus vesicae[35]) urinariae, carcinoma[36]) ejusdem vel uteri[37]) vaginaeve, ulcus per pessarium productum[38])

29) Vid. cap. de peritonitide. — ENGELBERT DE WESTHOFEN in Ephem. nat. cur. cent. VIII. obs. 7. p. 263 (in regione hypogastrica). — GARMANN Ibid. Dec. 1. a. 1. obs. 145. p. 321 (sub umbilico). BLANCARDI opera T. II. p. 46. — M'LAGGEN in *Med. Commentar. v. e. Gesellsch. d. Aerzte zu Edinb.* 2. *Th.* 1. *St.* p. 78. — BINGERT in SCHMUCKER *chir. Schr.* 1. *Bd.* p. 202. — LÜDÜCKE Ibid. 2. *Bd.* p. 235. — ANDRAL in HORN *Archiv* 1823. 1. *Bd.* p. 326. — SCHMALZ *seltne chir. u. med. Vorfälle.* *Lpz.* 1784. 22. *Beob.* p. 97. — ABERCROMBIE. *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 44. p. 279.

30) Conf. cap. III. §. XVII. 9. — EGGERDES de gravioribus intestinorum perforationibus sponte natura curatis. Eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 10. p. 19. — SOLENANDER Sect. V. cons. 15. §. 23. Eph. nat. cur. dec. I. a. 1. app. p. 35. — PFAFFIUS in Nov. act. nat. cur. Vol. II. obs. 12. p. 41. — HARDERI apiarium obs. 68. p. 264. — BUDEUS in SCHMUCKER *verm. chir. Schr.* 1. *Bd.* p. 297.

31) Conf. cap. III. §. XVII. 11.

32) CRAZ de vesicae felleae morbis. Bonn. 1830. — PORTAL *maladies du foie.*

33) CAYOL in *Journ. de méd. par* CORVISART etc. T. XIV.

34) *Lancette* 1830. *Févr.*

35) FRIEDLÄNDER diss. de rara vesicae urinariae cum intest. recto coalitione. Berol. 1823.

36) RADEMACHER in HUFELAND *Journ.* 34. *Bd.* 6. *St.* p. 97 (jejunum in vesicam patuit).

37) HUFELAND *Journ.* 9. *Bd.* 2. *St.* p. 170 (carcinoma uteri ad intestinum ileum transierat idque perforatum fuit).

ctum[38]), anevrysma[39]) aortae abdominalis, adhaesione tunicae serosae praegressa, intestina ab externa facie perforent. 8° Nec non intestinorum carcinoma[40]), 9° marcor[41]) et 10° attenuatio[42]) intestinum perforare valent.

2. Symptomata diversa sunt pro loco, quem quaerunt ea, quae ex intestino rupto profluunt. Haec enim 1° in cavum peritonaei effundun- Symptomata.

38) SCHAARSCHMIDT *med. u. chir. Nachrichten.* 1. *Jahrg.* p. 64.

39) COMSTOCK *Philadelph. journ.* — ASTLEY COOPER *lectures.* FRORIEP *Notizen* 18. *Bd.* no. 19. *Nov.* 1827.

40) Vid. cap. V. §. XXVI. HAMBERGER de ruptura intest. duodeni ex scirrho ulcerato, denique rupto. Jenae 1746. HALLER disput. ad morb. hist. fac. T. III. no. 98. p. 507. — MADDEN *philos. transact. Vol.* 39. *no.* 442. p. 293. — SCHAARSCHMIDT *med. u. chir. Bemerk.* 5. *Th.* p. 219. — ABERCROMBIE l. c. p. 364. — WOOD, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 21. p. 9 (in flexura iliaca).

41) Cf. §. XXII. WEDEKIND in RICHTER *chir. Bibl.* 8. *Bd.* p. 97 (in colo transverso foramen et partes vicinae molles). — *Bemerk. üb. d. Civilhosp. in Wien* 1786. p. 121. — STOLL *rat. med. P. VII.* p. 154. („Utrumque intestinum, caecum et colon flaccidissima, diffluentia, fere nigricantia hinc inde perforata"). ANDRAL in HORN *Archiv* 1823. 1. *Bd.* p. 375.

42) MORGAGNI (ep. LXX. art. 5), VATER (ephem. nat. cur. dec. III. a. II. obs. 16), VOIGTEL (*pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 550), HOPFENGÄRTNER (HUFELAND *Journ.* 6. *Bd.* p. 536) intestina, HAUFF (*Heidelberger med. Annalen.* 3. *Bd.* p. 626) intestinum ileum supra locum, quo strangulatio interna latuit, quidem attenuata et fere pellucida, at non rupta viderunt. ANDRAL (*pathol. Anat.* 2. *Th.* p. 52) hanc tenuitatem atrophiae tribuit.

duntur in enterobrosi ulcerosa, gangraenosa, a marcore orta, traumatica, enterorhexi etc. Fuerunt, qui ante rupturam perfecte valerent[43]), alii levioribus quibusdam symptomatibus gastricis affecti fuerunt, alii ex longiore tempore gravius laboraverunt, et symptomata febris pituitosae, nervosae, enteritidis, ulcerum, gangraenae, marçoris, phthiseos pulmonalis exhibuerunt. Temporis momento, quo intestinum rumpitur, alii sensum quemdam rupturae, aut globuli descendentis habuerunt, alii nil sensisse videntur. Ruptura facta alii sensationem[44]) habuerunt, ac si intestina, corpore in aliud latus moto, in idem caderent. Quodsi magna copia effunditur, illico vires collabuntur, facies hippocratica, extremorum sudore obtectorum frigus[45]), pulsus minimi, exiles, frequentissimi, anxietas[46]), convulsiones[47]), dolor gravis totius abdominis, ejusque meteorismus subitaneus, emphysema[48]); vomitus sequuntur, et aeger perfecte sui compos[49]) prima aut altera nycthemera obit. Sin autem minor copia effunditur, peritonitis acutis-

43) Andral *pathol. Anat.* p. 70. 71. Abercrombie l. c. p. 357.

44) Jos. Frank hoc symptoma observavit in principe E., qui perforato colo obiit.

45) Romberg (l. c.) extrema usque ad mortem calida invenit.

46) Stoll l. c. P. I. p. 265.

47) Bally in *récueil pér. de la soc. de méd.* 1823. *Sept.*

48) Marjolin l. c.

49) Stoll l. c. — Romberg (l. c.) contrarium observavit.

tissima vel aliquot per dies protracta [50]), utraque lethalis insequi solet. 2° Deinde perforatio ita accidere potest, ut adhaesione cum alia parte intestini aliove viscere praegressa, contenta non attingant cavum peritonaei, sed ab alio viscere excipiantur. Tale quid locum habet in perforatione carcinomatica, et ulcerosa [51]). Quodsi intestina ipsa talem communionem inter se habent, cibi chymusque celerius per tubum intestinalem transeunt et excernuntur; sin autem cum vesica urinaria aut vagina intestina communicantur, faeces et flatus

50) Andral l. c. p. 381. — Martinet l. c. p. 452. — Romberg l. c. p. 288 (hora 96ta post rupturam aegra siguis peritonitidis et sopore praegressis obiit).

51) Mediam partem intestini tenuis et finem coli Jules Cloquet (*Observatt. sur les ulcerations des intestins. Nouv. journ. de méd. chir. et pharm.* 1818. *Janv. T. I.* p. 19), duodenum et colon transversum Chomel (Ibid. p. 37), jejunum et caecum Abercrombie (l. c. p. 338), binas ilei ansas (*Bull. de la fac. de méd. de Par. T. III*), colon et ventriculum Haller (Opusc. pathol. obs. 23. p. 47) et Pinel (Gendrin l. c. p. 557), caecum in pelvim delapsum et rectum Huxham (Opera T. III. p. 48), intestinum et renem Baillie (l. c. p. 88), intestinum colon et vesicam urinariam Aretaeus (de caus. morb. chron. lib. I. cap. 9. Ed. Kühn p. 96), Freind (De febribus comment. VI. Opera ed. ult. Par. 1735. p. 26), P. Frank (epit. de c. et c. morbis lib. II. p. 258, Ej. oratio de vesica urinali ex vicinia aegrotante), intestinum rectum et vesicam Friedländer (l. c.), Baillie (l. c.), hanc et intestinum jejunum Rademacher (l. c.), ileum et uterum Hufeland (l. c.), rectum et vaginam Schaarschmidt (l. c.), Baillie (l. c.) cohaerentia et perforata conspexerunt.

tus per urethram aut vaginam[52]) excernuntur. Unde nutritionem corporis plus quam simplici ulcere laedi, patet. 3° Simili coalitu intestini perforati cum alio viscere prohiberi potest, quominus contenta effluant. FRANK tale quid observavit a liene et rene; RAYER foramen in duodeno hepate clausum, et ANDRAL[53]) amplam ulcerationem intestini coli adscendentis rene obturatam conspexerunt. 4° Tandem adhaesione intestini praegressa fieri potest, ut intestino et cute perforatis massa faecalis per hiatum intestini foras ejiciatur, nec quid praeter mucum per anum excernatur[54]), aut

52) OMODEI *Giornale* 1832. *Febr.* p. 384.

53) *Pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 77.

54) Anus artificialis, praeternaturalis. GALL. *anus contre nature.* GERM. *Künstlicher, widernatürlicher After. Syn.* Coprorrhoea, effluxus, proventus faecum, vermium etc. per vias insolitas, praeternaturales. — Hujus vitii innumera exempla apud autores leguntur, quae sedulo collegit PLOUCQUET (Liter. med. dig. art. effluxus); speciatim de eodem egerunt DE CAVILLARD (*observation sur anus contre nature. Mém. de l'acad. de chir. T. III.* p. 176), MOSCATI (*sur un nouvel anus* Ibid. p. 177), SABATIER (*mém. sur les anus contre nature.* Ibid. T. V. p. 592), FINE (*sur l'anus artificiel, annales de la soc. de méd. de Montpellier T. VI. P.* 1. p. 65), HÉBRÉARD (*observ. sur un anus artificiel. Bull. de l'école de méd. et de la soc. de Par. a.* 13. p. 189), DESAULT (*Abh. üb. d. widernat. After;* in *chir. Nachlass. Bd. II. Th.* 4. p. 65), BRESCHET (*Anat. chir. Betrachtt. u. Beobachtt. über die Entstehung, Beschaffenheit u. Behandl. d. widernatürl. Afters;* in *v.* GRAEFE *u. v.* WALTHER *Journ. Bd.* 2. *St.* 2. p. 271. 3. *St.* p. 479), LIORDAT (*diss. sur le traitement de l'anus contre nature. Par.* 1819), DUPUYTREN (*de l'anus contre nature, des dispositions ana-*

aut simul per fistulosum ulcus et anum faeces ejiciantur [55]). Utrumque malum in quavis abdominis regione sedem habuit, maxime in regione umbilicali [56]), inguinali [57]) et circa anum [58]). Equi-

tomiques, des effets, du siège, du pronostic, du diagnostic et du traitement; in *leçons orales de clin. chir. T. II.* p. 198. Id. *mém. sur une méthode nouvelle pour traiter les anus accidentels. Mém. de l'ac. R. de méd. Vol.* 1. *Par.* 1828. p. 259. *Revue méd.* 1828. *Juin.* p. 417). — Liman diss. de ano contra naturam. Hal. 1822. — Jobert *tr. des maladies chir. du canal intest. T.* 2. p. 80.

55) Fistula stercorea, stercoralis, *Kothfistel.* Haec ab ano praeternaturali non gradu solum, sed etiam eo differt, ut ulcus fistulosum sub cute in tela cellulosa producatur et intestina infra perforationem sita non adeo ac in ano praeternaturali contracta sint. Quare eam pro diversa haberem morbi specie, saepius post perityphlitidem et abscessum muscularem abdominis a nobis observata. Schlabsy diss. sist. duos casus fistulae stercoreae. Heidelb. 1837. — Jobert l. c. p. 156.

56) Reisel Ephem. nat. cur. dec. II. a. 7. obs. 15. p. 24. — Friebe Ibid. dec. I. a. 3. obs. 64. p. 110. — Lanzoni Ibid. dec. III. a. 1. obs. 46. p. 63. — Garmann Ibid. dec. II. a. 10. obs. 185. p. 361. — Myrrhen dec. III. a. 9 et 10. obs. 210. p. 382.

57) Trumph; acta nat. cur. Vol. VIII. obs. 68. p. 235. — Baster Ibid. obs. 36. p. 93. — Pauli Ibid. Vol. 5. obs. 65. p. 246. — Jaegerschmidt, Eph. nat. cur. dec. III. a. II. obs. 156. p. 245. — Earnshaw, *Phil. transact. Y.* 1685. p. 1204. — Lanzoni Ephem. nat. cur. dec. II. a. X. obs. 124. p. 218. — Tynney *Phil. transact. Y.* 1777. p. 458. — Robillard *bull. de la soc. philomath. T. I.* p. 23.

58) Fistula ani, *Steissfistel.* De ea jam Hippocrates librum (περὶ συρίγγων ed. Kühn. Vol. III. p. 329) conscripsit; post eum quam plurimi autores eamdem pertractaverunt,

Equidem[59]) vidi orificium fistulae stercoreae in regione lumbari, STREETEN[60]) inter septimam et octavam co-

quippe qui de morbis chirurgicis omnibus et singulis egerint. Iuvabit hic commemorasse eos qui singulos libros de eadem ediderunt. AB ANDERN tr. de fistula ani etc. Lond. 1588. — LE MONNIER *tr. de la fistule de l'anus. Par.* 1689. — ASTRUC diss. de fistula ani. Monspell. 1718. — F. HOFFMANN r. BASS diss. de fistula ani feliciter curanda. Hal. 1718. — GLADBACH de fistula ani. Hannov. 1721. — ABEGG D. de fistula ani. Basil. 1722. — COSTE *essay sur la fistule à l'anus. Potsd.* 1757. HALLER *Tageb.* 3. *Bd.* p. 214. — BOUSQUET *mém. sur le traitement des fistules à l'anus. Par.* 1766. 8. — VAN MARLE diss. de fistula ani. Leidae 1768. — CHOPART diss. de ani fistula. Par. 1772. — MEYER diss. de fistula ani. Argent. 1771. — CAMPER *Abhandl. d.* HIPPOCRATES, CELSUS *u.* PAULUS *üb. d. Mastdarmfistel. A. d. Holl. Lpz.* 1781. *Allgem. deutsche Bibl. Anh.* x. *Bd.* 37—52. p. 1491. — POTT *Abhandl. v. d. Thränen- u. Mastdarmfistel. A.* d. *Engl.* (*v.* PLENK). *Wien* 1768. *E. a. Ueb. Dresd.* 1779. *Dess. sämmtl. chir. Werke. Bd.* 2. p. 217. — VALTOLINI *della fistola dell' ano. Bergam.* 1790. — BLUME diss. de ani fistulae curatione. Goett. 1792. — HUSCHKE diss. de fistula ani. Erlang. 1797. — ENGEL diss. de ani fistulis curandis. Hal. 1798. — OETZMANN diss. de fistula ani. Jenae 1812. — LEFÈVRE *diss. sur la fistule à l'anus. Par.* 1814. — AUDIBRON *diss. sur les fistules à l'anus. Par.* 1814. — HASELOFF diss. de fistula ani. Berol. 1820. — HOUDET diss. de fistula ani. Leodii 1824. — KOTHE diss. de fistula ani et de methodo nova ejus ligaturam imponendi. Marb. (1831). — TRÜTSCHEL diss. de fistula ani. Berol. 1832. —

59) *Heidelb. klin. Annalen.* 8. *Bd.* 4. *H.* p. 534.

60) *London med. and phys. journ.* 1829. *Jan.* HORN *Archiv* 1830. 2. *Bd.* p. 1115. GERSON *u.* JULIUS *Mag.* 19. *Bd.* p. 93 (intestinum duodenum inter utrumque hepatis lobum situm perforatum erat).

costam. Anus praeternaturalis et fistula stercoralis originem debent herniis[61]) strangulatis, in quibus superstite vita, aut gangraena localis, aut ulceratio enata est, vulneribus[62]) intestinorum, periarchitidi[63]) et perityphlitidi[64]), quae in suppurationem conversae sunt; praeterea et aliis in locis abdominis abscessus externi[65]), intra parietem abdominalem orti sunt, qui adhaesione intestini cum peritonaeo praegressa illud perforaverunt. Denique ulcera[66]) intestini cum peritonaeo cohaerentis effecisse videntur, ut contenta foras ejecta, coacervarentur in sacco recens formato, quo tandem rupto fistula stercorea efformaretur. Id maxi-

61) Vid. cap. II. §. 12. no. 13. 62) Vid. no. 1. Nota.

63) Vid. cap. III. §. XVII. no. 12. Hujus abscessus casus exhibent Frege (acta nat. cur. Vol. 8. obs. 85. p. 302), Facét (*Mém. de l'acad. de chir. T. I.* p. 389), Foubert (Ibid. T. III. p. 473. 477. 480. 483.), Ruffel (Ibid. p. 475), Louis (Ibid. p. 478), Montagnon (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 33. p. 355), Anderson (*Med. and philos. comm. by a soc. of Edinb. Vol.* 2. p. 423), Py (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T. VI. P.* 1. p. 210).

64) Cap. III. §. XVII. no. 9.

65) Vid. cap. de peritonitide. — Abscessus abdominis, inguinis, umbilici.

66) Osiander *neue Denkwürdigkeiten.* 1. *Bd.* 2. *Bogenzahl.* p. 174 (haec ulcera scrofulosae indolis fuisse videntur). — Albers p. 479. — Bouriennb l. c. — Reisel faeces per umbilicum lethaliter exeuntes. In ephem. nat. cur. dec. II. a. VII. obs. 15. p. 21. — Burne in *the med. quarterly review.* 1831. *Jan.* p. 385. Gerson u. Julius *Mag. Bd.* 27. p. 293.

xime accidit, ubi ulcera aut ab incarceratione aut a deglutitis corporibus duris producta fuerant. Nisi fistula cura justa adhibita sanatur, ea quae in intestino insunt, per ulceris externum orificium excerni pergunt, imprimis vermes medicorum attentionem excitarunt et pro caussa perforationis sine jure habiti sunt. Tandem macies et febris hectica accedere solent, quibus aeger consumitur eo celerius, quo minus remotum perforatum intestinum a ventriculo est.

Necroscopia.

3. Aperto abdomine et dissecto peritonaeo, quod inflammationis [67]) signa exhibere solet, exsudata [68]), cohaesiones intestinorum secum et cum peritonaeo, gas foetidum, ichor [69]), major minorve portio earum rerum, quae in intestinis fuerant, oleum, aliaque ante assumta, vermes [70]) conspiciuntur. Intestinum ipsum, vel duodenum [71]), vel jejunum [72]), vel ileum [73]), vel caecum [74]) ejusve pro-

67) Stoll l. c. P. I. p. 265. — Andral l. c.

68) Marmion l. c. — Andral in Horn *Arch.* l. c. p. 379.

69) Stoll l. c.

70) Marmion l. c. — Heister de lumbricis in cavo abdominis repertis. Acta nat. cur. Vol. 1. obs. 172. p. 391.

71) Gerard *obs. d'une perforation spontanée du duodenum.* Sedillot *Journ. de méd. T.* 19. 1804. p. 379. — Gesner in Novis act. nat. cur. Vol. II. obs. 92. p. 363. — Hamberger l. c. — Colier l. c. — Dupuy l. c. — Todd l. c. — Abercrombie l. c. p. 363. Idem in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 44. p. 278. — Vetter in Hufeland *Journ.* 83. *Bd.* 3. *St.* p. 119.

72) Ploucquet l. c. — Acta med. Berol. l. c. — Schaarschmidt *med. u. chir. Nachr.* 5. *Th.* p. 219. — Sperr

processus vermiformis[75]), vel colon[76]), vel rectum[77]) unum, duo, plurave foramina minora, majorave exhibent. Foramen ipsum aut glabros margines, ac si forfice[78]) excisum esset, aut fimbrias a membrana serosa ortas habet, aut rotundum aut irregulare est, nonnunquam transversam[79])

l. c. — Blom l. c. — Wepfer l. c. — Swan l. c. — Hart l. c.

73) Bourienne l. c. — Stoll l. c. p. 266. — Camper in *Mém. pour les prix de l'acad. R. de chir. T. V. Par.* 1819. p. 614. — Andral l. c. p. 379. — Louis l. c. (septem casus). — Bonz l. c. — Comm. lit. Norimb. 1740. p. 204. — Wepfer l. c. p. 301. 331. — Wolf l. c. — Martinet l. c. —

74) Fischer l. c. p. 40. — Andral in Horn *Archiv* l. c. p. 379. — Gessner in Nov. act. nat. cur. Vol. II. obs. 93. p. 362. —

75) Vid. cap. III. §. XVII. 8.

76) Lüdücke l. c. — Cantwell in *phil. transact. Vol.* 40. *no.* 446. p. 140. — Wolf l. c. — Fievée l. c. — Osiander *Denkwürdigkeiten* 1. *Bd.* p. 99. — Stütz in Hufeland *Journ.* 24. *Bd.* 1. *St.* p. 83. — Scherb Ibid. 67. *Bd.* 4. *St.* p. 17. 18. — Trümpy Ibid. l. c. — Abercrombie l. c. p. 364. —

77) Hufeland *Journ.* 5. *Bd.* p. 819. 14. *Bd.* 4. *St.* p. 162. (intra peritonaeum ex lapsu gravidae ruptura transversalis orta fuerat). — Schaarschmidt *med. u. chir. Nachrichten.* 3. *Jahrg.* p. 300. — Brodie *Zerreissung d. Mastdarms mit Vorfall der dünnen Gedärme. (Lond. med. and phys. journ. Vol.* 57. p. 529), Gerson u. Julius *Mag.* 14. *Bd.* p. 459. — Froriep *Notizen.* 23. *Bd. no.* 3. p. 47 (rectum sub clystere injiciendo perforatum). Ibid. 41. *Bd.* p. 94.

78) Martinet l. c. p. 456. Vid. supra §. XXI. no. 2. Nota 1. — Romberg l. c.

sam[79]) rimam exhibet. Circa foramina signa gangraenae, scirrhi et cancri, marcoris, ecchymoses[80]), plura ulcera, aut pustulae[81]), quae non perforaverint, nec non in externa facie abscessus et ulcera in vicinitate intestinorum, eorumque fistulae, adhaesiones morbosae, volvulus[82]) jejuni in conspectum veniunt. Utplurimum externae intestini laesi partes inflammatae et exsudato, curationis initio obtectae sunt.

Caussae. 4 Ulcera, gangraenam, marcorem, expansionem, attenuationem intestinorum ad perforationem disponere per se patet. Saepius eadem observata est aetate provectiore, quin infantilis[83]) immunis sit; imprimis intestinum rectum et ileum laeduntur; praeterea ulcera solitaria intestinum frequentius perforare videntur, quam ea, quae multa occurrunt. Vis externa aut repletio intestinorum nimia, obstructio[84]), contentio[85]) sub desidendo, cibi[86]) incongrui, corpora dura, quae aut deglutita aut

79) Fibvée l. c. (in fine coli descendentis), Hart l. c. (intestinum tenue transversum plane abruptum).

80) Gérard l. c. 81) Andral l. c. 82) Fievée l. c.

83) Duncan (*the Edinb. med. and surg. journ.* 1830. *July.* p. 331) perforationem ulcerosam in infante septem mensium vidit.

84) Vidi enterobrosin neglecta in febre pituitosa obstructione ortum.

85) Fibvée *obs. d'une dechirure de la fin du colon par les seuls efforts de la défécation. Journ. gén. de méd. T.* 76. *XV. de la* 2. *série no.* 297. *Août.* 1821. p. 203. Horn *Archiv* l. c.

86) Cibi nimis duri, ut ipse vidi, aliique testantur, enterobrosin ulcerosam effecerunt.

aut in anum intrusa fuerunt, enteritis recidiva aut peritonitis accessoria perforationem ipsam effecerunt.

5. Quae supra [87]) de diagnosi gastrobroseos internae dicta sunt, ea de enterobrosi et enterorhexi internis valent ita, ut ne verbum quidem addendum sit [88]). Fistula stercoralis ex iis rebus, quae excernuntur, facile cognoscitur, eaedem et illum statum palam faciunt, quo intestinum in aliam ejusdem partem, aut in vesicam, vaginamve hiat. — Perforationem intestini futuram praesagire vix valemus, ea tamen timenda est, ubicunque ulcera in intestinis, aut abscessus circa eadem cognita fuerint. Diagnosis.

6. Prognosis enterobroseos funesta, ubi contenta cavum peritonaei attingunt, id quod locum habere solet, ubi in acutis morbis intestinum perforatur; sin autem contenta foras ejiciuntur, vel in aliud viscus transeunt, vita quidem diutius conservari potest, nonnumquam cura [89]) admittitur; ut plurimum vel morbus primarius, vel perpetua humorum excretio vitae finem tandem imponit. Prognosis.

7. Cu-

87) P. III. Vol. I. Sect. II. cap. 27. §. 110. 2. p. 684.

88) Vix putassem, dolorem localem et circumscriptum in pelvi subito ortum et urinae secretionem suppressam, symptomata pathognomonica peritonitidis a perforatione oriundae et ad sanationem tendentis exhibere, uti Judas (*Gaz. méd. no.* 46. Froriep *Neue Notizen. No.* 180. [*No.* 4 *des IX. Bdes.*] *Jan.* 1839. p. 61).

89) Eggerdes l. c. — Garmann l. c. — Pfaffius l. c. — M'Laggen l. c. — Bingert l. c. — Budeus l. c. — Fages l. c.

Cura. 7. Cura radicalis fistulae stercoreae a chirurgis quaerenda est. Medici auxilium in enterobrosi interna curanda huc redit, ut dolores pro re nata sive antiphlogisticis sive anodynis remediis [90]) exhibitis mitigentur. Quare, quamdiu de perforatione facta dubitare licet, sic agendum est ac si nondum facta esset; quae ubi timenda est futuro tempore, quaecumque ei favere possint, et nisum corporis cujuscumque generis, repletionem intestinorum [91]), obstructionem, aut vitare aut superare decet; rebus sic sese habentibus cibi facillimi concoctu, juscula et pultes, concedantur.

Caput V.

De induratione membranarum tubi intestinalis, ejusque tuberculis, melanosi, fungo, scirrho et cancro.

---

§. XXIV.

Induratio membranarum tubi intestinalis.

Notio. 1. Inflammatio, uti tumore insignis est, ita eumdem relinquere solet, siquidem resolutio perfecta non succedit; imprimis id chronicae inflammationi tri-

90) Stockes et Graves (Froriep *neue Notizen. No.* 80. [*No.* 4 *des IX. Bdes.*] *Jun.* 1839) majores opii doses commendare dicuntur, quarum ope vires aegroti augeantur, peritonitis diminuatur et motus peristalticus tollatur, ita ut perforatio exsudatione plastica claudi possit.

91) Quare recte suadente Martinet l. c. ciborum minima copia concedenda est.

tribuitur. Hic tumor, qui permanet, duritie callosa, cartilaginosa excellit et efficit, ut membranae tubi intestinalis crassiores reddantur et lumen ejusdem plus minusve coarctetur. Quare vulgo *induratio* dicitur, quae et origine et natura a scirrho[1]) et tuberculo eo differt, ut neque emolliatur nec exulceretur.

2. Nunc sola membrana mucosa indurata est, nunc tela cellularis submucosa[2]), quid quod ne fibrae quidem musculares intactae manent; frequentius omnes ac singulae membranae crassiores, duriores redduntur, unde lumen intestini plus minusve diminuitur. Tales indurationes rarius in intestinis tenuibus, duodeno[3]), jejuno[4]), ileo[5]) et in caeco[6]), frequentius in intestino colo[7]), Sedes.

P 2 om-

1) Andral (*pathol. Anat.* 2 *Bd.* p. 40) quidem sub nomine hypertrophiae telae submucosae indurationem et scirrhum comprehendit, eorumque naturam unam eamdemque esse contendit, id quod haud concederem.

2) Baillie *Annal. d. kr. Baues.* p. 100.

3) Boerner de tabe sicca lethali ex mirabili duodeni angustia et praeternaturali plane ventriculi situ. C. fig. Lps. 1752. — Stegmann, Ephem. nat. cur. dec. III. a. V et VI. obs. 168. p. 382. — Abercrombie, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 44. p. 277.

4) Stalp. van der Wiel obs. rar. cent. I. In obs. 56. p. 241. — Ballonius lib. I. Epid. ad. a. 1574. p. 58. — Boneti sepulchretum lib. III. Sect. XIII. obs. 5. — Rubini in *giornale della società med. chir. di Parma Vol.* 1. *no.* 3. Harless *neues Journ. d. ausländ. med. Lit.* 10 *Bd.* 2. *St.* p. 59. — Siebergundi in Harless *n. Jahrb. d. deutschen Med. u. Chir.* 3. *Bd.* 2. *St.* p. 57. 69.

5) Short *a total obstruction of the valve of the colon. Med. essays and observ. by φ soc. in Edinb. Vol.* 4. p. 441. Vers.

omnium frequentissime in flexura sigmoidea [8]) et in-

germ. p. 575 („*man fand den Weg durch die Valvel des Grimmdarms verschlossen und den Darm zween Finger breit in eine harte und feste Substanz verwandelt*"). — SIBERGUNDI l. c. — NATORP, *Wochenschr. f. d. ges. Heilk.* 1833. *no.* 9. p. 169. — EBERS in HUFELAND *Journ.* 83. *Bd.* 2. *St.* p. 88.

6) BURNE in *med. chir. transact. of the R. med. and chir. soc. Vol.* XX. p. 215 („*the caecum proved to be contracted and thickened, its tunics being blended together, and transformed in a dense, opaque, white, unyielding gristly substance; and interiously were discovered numerous organized bands, covered with a smooth shining membrane, stretching across the channel of the gut from side to side in various directions, forming a irregular course network*").

7) STALP. VAN DER WIEL l. c. obs. 56. — ISENFLAMM *Vers. üb. d. Muskeln.* §. 180. 183. — VEIRAC (*Samml. auserl. Abh.* 8. *Bd.* p. 596) intestini coli descendentis membranas tam crassas invenit, ut ¾ digiti transversi aequarent. — TREUTNER in STARK *neuem Arch. f. d. Geburtsh.* 3. *Bd.* 1. *St.* p. 91. — LESKE *Abh. Bd.* 1. p. 136. — HEDENSTRÖM, HUFELAND *Journ.* 33. *Bd.* p. 49 (flexura coli hepatica anlum valvulosum, pyloro similem habuit). — ABERCROMBIE l. c. p. 170 (in arcu). — ACKERMANN in PFAFF *Mittheill. Jahrg. III. H.* 9. 10.

8) MILLON *London med. journ. Vol. V. no.* 4. p. 401. *Samml. auserlesn. Abh.* 10. *Bd.* p. 392. — WILLAN *Lond. med. journ. V.* p. 403. *Auserl. Abh. f. gr. Ae.* 15. *Bd.* p. 19. — WICKENS HODGES *Memoirs of the med. soc. of London. T. V.* p. 6. *Samml. auserl. Abh.* 19. *Bd.* p. 529. — METZLER *üb. d. widernatürl. Verenger. d. Mastdarms.* HUFELAND *Journ.* 33. *Bd.* 1811. *Jul.* p. 16. — HUFELAND Ibid. 53. *Bd.* 5. *St.* p. 111. — ANCELIN, *hist. et mém. de la soc. R. de méd.* 1780. p. 311. — ANDERSON in *medi Commentar v. e. Gesellsch. d. Aerzte zu Edinb.* 2. *Th.* p.

intestino recto [9]) ipso sedem habent; eaeque vel annulum praebent, qui intestinum circumdat, vel majorem partem parietis occupant. MARTINI [10]) totum tractum intestinorum induratum et coarctatum vidit.

3. Quaecumque cum induratione conjuncta sunt symptomata, minus huic, quam potius angustationi, infra [11]) pertractandae tribuenda, eaque gra- Symptomata.

302. — KADELBACH tympanitidis pathologia. p. 26. Nota z. (in GELLERTI corpore). — ERHARD diss. sist. praeternaturalem et raram obstipationis alvi caussam et inde pendentem tympaniam. Erford. 1790. Eadem morbi historia legitur in Nov. act. nat. cur. T. VIII. 1761. obs. 40. p. 167. — THOMANN in HORN *neuem Archiv*. 1. *Bd*. 1805. p. 10.

9) DERRECAGAIX (DESAULT *auserlesne chir. Wahrnehm*. 2. *Bd*. p. 68) plures indurationes, quae turundarum ope sanatae sunt, scirrhos appellat. — *Berlin. Samml. z. Beförd. d. Arzneiw*. 3. *Th*. p. 223. — WESTENBERG, *Verhandelingen te* HAAREEM. *Deel XIX. St*. 1. p. 279. *Samml. auserl. Abh*. 7. *Bd*. p. 307. — MICHAELIS, HUFELAND *Journ*. 8. *Bd*. 1. *St*. p. 17. — JÖRDENS Ibid. 24. *Bd*. 3. *St*. p. 113. — COPELAND *Krankh. d. Mastdarms und d. Afters*. p. 89. — DE SEVELANGE in HAUTESIERCK *recueil. T. II*. p. 621. — EDWORDS *Edinb. med. and surg. journ. Vol. XIII*. p. 441. HORN *Archiv* 1819. 1. *Bd*. p. 131. — HARTENKEIL *med. chir. Zeit*. 1803. 3. *Bd*. p. 470. — REIL lethalis alvi retentio a stenochoria intestinorum; in Mem. clin. Vol. 1. fasc. 1. no. *III*. 39. Idem casus fusius descriptus et figuris aeneis illustratus legitur in FRIESE spec. inaug. pertinacissimam alvi obstructionem ab angustia et callositate intestini recti ortam icon. ill. sist. Hal. 1788. — SYM in *Edinb. med. and surg. journ. Vol*. 44. p. 121.

10) HUFELAND *Journ*. 76. *Bd*. 4. *St*. p. 112.

11) Cap. VI. §. XXIX. 3.

graviora sunt in induratione, vel colon vel flexuram iliacam vel rectum intestinum occupante. Praeterea vix incommoda ab induratione sola excitantur.

Necroscopia.

4. Necroscopia docet, majorem aut minorem tubi intestinalis partem, nonnumquam plura loca[12]) ita mutata esse, ut crassiora, duriora et angustiora appareant. Rarissime ossificationes[13]) intestini inventae sunt. Superiores intestini partes aëre et faecibus retentis summopere distentae, inflammatae, gangraenosae, emollitae, ruptae deprehenduntur.

Caussae.

5. Caussae latent in inflammatione lenta, impri-

12) Martini l. c. „*der Pylorus war verdickt wie ein Mannesarm; sein Lumen ganz verengt, wie brandig, die ganze Masse knorpelig, missfarbig und so auch der ganze Tractus der dünnen Gedärme, die in einzelnen Gruppen verengt, verdickt, braunschwarz, von dem verkürzten, harten, mit gelblichen Drüsenanschwellungen überhäuften Gekröse, fest dem Rückgrath angekettet schienen. Dasselbe galt vom dicken Darme, besonders vom Rectum, das nicht dicker, als ein Finger und wie eine Luftröhre anzufühlen war.*“ (Praeterea et alia abdominis organa degeneraverunt).

13) Baillie et Sömmerring ossificationis in tubi intestinalis membranis inventae mentionem faciunt l. c. p. 112 et 113. — Cabany filius (*hist. de l'acad. R. des sc. a.* 1751. p. 74) in corpore viri 27 annos nati, dysenteria consumti, massam osseam, ovum gallinaceum aequantem, tunicae externae intestini ilei ope filorum membranaceorum adhaerentem, quae tubi cavitatem non angustaverat, invenit. — Monro (*morbid anat. of the gullet* etc. p. 209) intestini coli ossificati memoriam facit, casus singulos vero non profert. Vogel (*Med. Beobachtt. u. Memorabilien. Stendal* 1834) ossificationem processus vermiformis in puero septenni phthisi consumto vidit.

primis cum dyscrasia conjuncta, quae quidem saepenumero et aegrum et medicum fugit.

6. Induratio vix cognosci potest, nisi aut tumore aut signis angustationis sese prodit; quare saepenumero in mortuo demum dissecto cognoscitur. Diagnosis.

7. Morbus benignus nisi inveteratus est et in flexura iliaca aliave intestini crassi parte sedem habet, curam admitteret, siquidem cognitus fuerit. Prognosis.

8. Caussarum, imprimis dyscrasiae ratione habita, primum quid praestent resolventia, tentandum est. Quare extractum taraxaci, saponariae, tartarus tartarisatus, sapo, aquae soteriae, imprimis thermae Carolinae, sal ammoniacum[14]) idque genus alia exhibenda sunt, nec non ad cicutam, jodium, mercurium confugiendum. Quodsi vero intestinum rectum induratum est, illis remediis ne tempus teratur. Cura.

§. XXV.

Tubercula. Melanosis. Fungus medullaris.

1. Tubercula intestinorum, quae Salmuth [1]), Bartholinus [2]), Morgagni [3]), Molinelli [4]), Hasenöhrl [5]), Michaëlis [6]), Andral [7]), Osswald [8]), Nis- Tubercula.

14) Arnold *Heidelb. klin. Annalen.* 5. *Bd.* p. 297.

1) Observatt. med. Cent. I. obs. 5. Brunsvicae 1648. p. 4 (verrucae appellantur).

2) Hist. rar. Cent. VI. hist. 2.

3) De sed. et c. m. Ep. 22. art. 18. ep. 38. art. 34.

4) Comment. Bon. T. II. P. 1. p. 159.

5) Hist. febr. petech. p. 67.

NISLE [9]), CRAMPTON [10]), SWIFT [11]), SCHLABSY [12]) describunt, BAILLIE [13]) aeri exsculpta exhibet, comparent in folliculis mucosis, et inter membranas intestini frequentius ilei, quam crassi, eminent sub forma parvulorum albicantium tumorum aut in interna aut externa ejusdem superficie, magnitudine aequant grana milii usque ad pisum, nunc parca, nunc plurima. Id imprimis accidit iis, qui phthisi tuberculosa laborant, sed neque omnibus, nec solis. — Interdum vix ullo symptomate se produnt; diarrhoea subinde observatur, sed neque constans neque continua. Habitus vero peculiari modo mutatur, ubi plurima adsunt, et nutritio laeditur. Tandem emolliuntur et ulcera oriuntur vel scrofulosa [14]), vel phthisica [15]), quae subinde intestinum perforant [16]).

Melanosis. 2. Melanosis [17]) exhibet nigros, rotundos, friabi-

6) HUFELAND *Journ. Bd.* 34. 1812. 2. *H.* p. 45.

7) HORN *Archiv* 1823. 1. *Bd.* p. 388. — *Pathol. Anat. Übers. v.* BECKER. 2. *Bd.* p. 105 et 116.

8) Diss. sist. scirrhi intest. obs. anat. pathol. Vratisl. 1818. p. 6.

9) HORN *Archiv* 1829. 2. *Bd.* p. 817.

10) *Dublin hospital reports. Vol. II.* p. 256 (*account of diseased appearance in the intestines of children*).

11) *London. med. and phys. journ.* 1831. *Jul.*

12) Diss. sist. duos casus rar. fistulae stercoreae. Heidelb. 1837. obs. 1. p. 19.

13) *Engravings fasc. IV. pl.* 1. *fig.* 1.

14) Cap. IV. §. XX. no. 1 et §. XXI. 15) Ibid.

16) NISLE in HORN *Archiv* 1829. 2. *Bd.* p. 817.

17) BEHIER (*Arch. gén.* 3 *et nouv. série. T. III. Nov.* 1838. p. 286) casum refert a BIRTT observatum, in quo praeter

biles, parvos tumores, qui nucem avellanam aequant, et sub tunica mucosa siti sunt. Diarrhoeam colliquativam excitare dicuntur. Praeterea ANDRAL[18]) innumera nigra puncta commemorat, quae in intestino tenui et caeco aestate anni 1821 saepissime invenisset in iis, qui diversis morbis exstincti fuissent.

3. Fungum medullarem intestini ilei, coli et recti, qui colon imprimis tenuit, bene describit DE TREYDEN[19]). Aegra tumores abdominis habuerat et accedente omentitide et sequente gangraena obierat. — MONRO[20]) fungum quendam in colo intestino sedentem, quem vix huc referrem, quique dolores intestinorum, diarrhoeam, dolentem intestini dilatationem et excretionem faecum cruentarum produxerat, commemorat. BLACK[21]) describit sarcoma abdominale, a mesenterio ortum, quod ad intestinum caecum transierat ita, ut ejus tunicae simili modo commutatae essent. ROKITANSKY[22]) fungum medullarem recti invenit. Fungus medullaris.

§. XXVI.

intestina cutis externa aliaeque partes tumores melanoticos exhibuerunt. — ROKITANSKY *Jahrb. d. k. k. österr. Staats.* 18. *Bd.* p. 151. —

18) HORN *Archiv* l. c. p. 395.

19) CASPER *Wochenschr. f. d. ges. Heilk. Jahrg.* 1837. *no.* 36. p. 568. — *Provinzialsanitätsber. d. med. Coll. zu Königsberg f.* 1835.

20) *Morb. anat. of the gullet* etc. p. 199. *Pl. VII.*

21) *Transact. of the college of physicians in Ireland. Vol. I.* 1817. p. 70.

22) *Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates.* 18. *Bd.* p. 477.

§. XXVI.

Scirrhus et cancer intestinorum.

Sedes. 1. Scirrhus [1]), quique eum sequitur, cancer intestina multo rarius, quam ventriculum, tenent; attamen intestinum rectum [2]) haud raro iisdem corripitur; postea sequuntur intestinum caecum [3]) et colon [4]), idque frequentius in flexura [5]) iliaca; ra-

1) MONRO *morbid anatomy of the gullet* etc. p. 343.

2) Vid. §. seq.

3) MAYER diss. sist. indurationem intestini caeci scirrhosam. Halae 1834. — HILDANUS observatt. chir. cent. 1. obs. 61. — GÖCKELIUS in ephem. nat. cur. cent. V. VI. obs. 94. p. 402. — FANTONI observatt. med. et anat. obs. X. Opusc. Genevae 1738. p. 143. — HOPFENGÄRTNER in HUFELAND *Journ.* 6. *Bd.* p. 544. — FOUCAULT in *séance de la soc. d'émulation a Liège* 1812. — REIL memorab. clin. Vol. 1. fasc. 2. p. 3. — ABERCROMBIE l. c. p. 350. 355. 356. — UNGER de morbis intestini caeci p. 59 et seq. — OSSWALD diss. sist. scirrhi intestinorum observatt. anat. pathol. Vratisl. 1821 (cum ilei parte). — BEEZELEY in *The philadelphia journ. of the med. and phys. sciences. Vol. VI*, p. 350. *Samml. auserlesner Abh.* 34. *Bd.* p. 354 (cum ilei parte). — CHAMBERS, *London med. and phys. journ.* HORN *Archiv* 1827. *Nov. Dec.* p. 1058.

4) In intestino colo adscendente feminae quinquagenariae, quae simul scirrho ventriculi, cardiam potissimum tenente, et hydrope vesiculae felleae affecta fuit, nec non solitarium in eadem parte viri 52 a. n. ipse scirrhum vidi. — „Intestina crassa, praecipue ubi in vicinia duodeni flectuntur" scirrhosa et angusta invenit MESAPORITUS (*Phil. transact. Vol.* 24. *no.* 303. p. 2118). — Zonam coli CASTANET (*Dict. des sc. méd. T.* 23. p. 566) colon transversum simul cum ventriculo scirrhosum conspexerunt OEGGL (de vomitu. Vindob. 1783. p. 9), CAYOL et BAYLE (*dict. des sc. méd. art.*

rarissime intestina tenuia [6]) iisdem laeduntur, excepto duodeno, quod non solum solitario [7]) scirrho,

cancer. T. VII. p. 632). — Colon descendens scirrho correptum: Hollerius (de morbis internis lib. I. c. 41. Francof. 1603. p. 414), Boerhaave (prax. med. T. II. p. 424), Madden (*phil. transact. no* 442. *Vol.* 39. *for the years* 1735, 1736. p. 293), Baglivi (diss. varii argumenti. Opera. Lugd. 1745. p. 579), Fantonius (l. c. p. 131. obs. 2), Rosa (acta nat. cur. T. VIII. obs. 47. p. 160), Engelhardt (Schaarschmidt *med. und chir. Nachr.* 5. *Th.* p. 217 in angulo, quo transversum in descendens abit, sedem habuit), Bodmer (*Museum d. Heilk. Bd.* 1. p. 241), Mosmann (Duncan *med. annals for the year* 1797. p. 307. *Samml. auserl. Abh.* 19. *Bd.* p. 20), le Roux (*bull. des sc. méd. T. V.* p. 229), Waltz (Rust *Mag. XI. Bd.* p. 179 simul ren dexter scirrho correptus), Abercrombie (l. c. p. 353) invenerunt.

5) Baillie l. c. p. 98. — Bodmer l. c. — Mosmann l. c. — Wood in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 21. p. 9. — Billard *Nouv. bibl.* 1826. *I.* — Stark *klin. u. anat. Bemerkk.* p. 11. — Hecker *lit. Annalen d. ges. Heilk.* 9. *Bd.* p. 176. —

6) Abercrombie l. c. p. 357. — Albers *Darmgeschwür.* p. 239.

7) Morgagni de sed. et c. m. ep. 30. art. 17. — Hamberger de ruptura intestini duodeni ex scirrho ulcerato, denique rupto. Jen. 1746. Halleri disput. ad morb. hist. et c. fac. T. III. no. 98. p. 507. — Acrel *chir. Vers.* 1. *Bd.* p. 454. — Baillie u. Sömmerring l. c. p. 98. — Gerard in *Journ. de méd. T.* 19. 1804. p. 384. — Molinelli in Com. Bonon. T. II. P. 1. 1745. p. 157 („tumor ad initium duodeni ex illis glandulis, quae ibi frequentiores esse solent, quaeque in muliere praeter modum auctae, duritiem ubique fere scirrhosam, aliquibus in locis etiam ossium obtinebant"). — Irwin in *the philadelph. journ. of the med.*

rho, sed etiam una [8]) cum pyloro eodem afficitur.

Symptomata.

2. Praegressis per intervalla doloribus [9]) colicis cum obstructione alvina et vomitu, flatibus [10]), diarrhoea [11]) periodica, habituque jam laeso percipitur dolor fixus in illa regione, quam tenet scirrhus; hic etiam tumor [12]) tangitur durus, inaequalis, circumscriptus, tactu leniter dolens, eique cedens, qui aegro in dorso decumbente parum eminet. Deinde accedunt vomitus et obstructio rebelles, ubi duodenum [13]) affectum aut alia quaecumque intestini pars coarctata est, vel diarrhoea aquosa, ichorosa, atra, subinde cruenta [14]), cum pruritu et sensu ardoris ad anum conjuncta; habitus gravius laeditur, macies, febris hectica, vel

and phys. sc. edit. by Chapman *Vol. VIII.* p. 406. *Samml. auserl. Abh.* 34. *Bd.* p. 621. — Fallot in *Journ. univers. et hebdom. de méd. Par.* 1833. *Oct.* — Drechsler in *Med. Jahrb. d. k. k. österreich. Staates. Bd.* 17. p. 262.

8) Göritz pylorus scirrhosus itemque intestinum duodenum et pancreas etc. Ephem. nat. cur. cent. VII. VIII. obs. 20. p. 282. — Winslow in *Vers. c. med. Gesellschaft in Coppenhagen.* — Fantonus l. c. obs. XIV. p. 150. — Bonafos in Hautesierck *rec. d'obs. de méd. des hôpitaux mil. T. II.* p. 500.

9) Beezeley l. c. 10) Albers l. c. p. 237. 11) Albers ibid.

12) Tumor interdum pulsationem exhibuit, ita ut morbus pro aneurysmate haberetur. Beezeley l. c. — Drechsler l. c.

13) Vomitu binis, vel quaternis horis post cibos assumtos praeterlapsis cibi jam concocti chymosi reddi solent. Irwin l. c.

14) Subindo cibi non satis concocti excernebantur.

vel hydrops ascites una cum pedum oedemate sequuntur mortemque maturant.

3. Aperto cadavere minor majorve[15]) intestini coarctati pars tumida et dura invenitur, qua discissa tunica serosa illaesa, obscure rubens, tela cellulosa vero crassior, dura, albida, lardacea, mammae vaccarum coctae similis, nec non mucosa crassior, ulceribus mali moris notata deprehenditur. Fibrae musculares aut interjectae aut deletae sunt. Nonnumquam partes affectae cum adjacentibus adhaesione facta coaluerunt. Praeterea tubercula in externa superficie intestinorum sita, tumores adiposi, vasa intestini et mesenterii turgescentia, glandulae[16]) mesaraicae tumentes, induratae, suppuratae, pancreas[17]) scirrhosum, omentum scirrhosum[18]), scirrhi hepatis[19]), latex aquosus in cavo peritonaei, oedema pulmonum in conspectum venerunt. Necroscopia.

4. Caussae scirrhi intestinalis latent in diathesi carcinomatica et stimulis qui chronicam inflammationem intestini producunt. Illa facit, ut scirrhus oriatur, hi[20]) efficiunt, ut sedem habeat in intestino. Aetas magis provecta[21]), sexus sequi- Caussae.

15) Sed Beezeley lumen intestini caeci et coli amplius vidit.

16) Beezeley l. c. — Irwin l. c. 17) Irwin l. c.

18) Göckelius l. c. p. 401. 19) Hamberger l. c.

20) Aeger, quem Beezeley curavit, accusavit ictum quemdam vehementiorem.

21) Attamen Chambers l. c. morbum in puero novem annos nato observavit.

quior[22]) ad hunc morbum disponere dicuntur. Caussa proxima in hypertrophia membranae mucosae, muscularis et telae cellulosae, quae simul induratae et ulceratae sunt, a compluribus quaeritur.

Diagnosis. 5. Diagnosis morbi ab initio medicos fugere solet, eaque demum patet, postquam tumor ita, ut tactu abdominis percipi posset, increvit, diarrhoea ichorosa et macies accesserunt.

Prognosis. 6. Confirmata vero diagnosi, prognosis funesta constituenda est. Modo citius sub gravioribus symptomatibus, modo lentius morbus decurrit; illud locum habere solet, ubi duodenum laesum est.

Cura. 7. Quare cura vix alia, quam symptomatica admittitur. Dolores quippe graviores mitigandi inflammatio infringenda, sub obstructione alvus ducenda, diarrhoea compescenda, nutritio, quantum fieri potest, adjuvanda. Quodsi mercurius dulcis[23]), cicuta, belladonna[24]), herba digitalis purpureae, aqua laurocerasi, jodium[25]), sal ammoniacum, derivantia[26]) commendantur, caute initio morbi ea adhibenda esse censeo.

§. XXVII.

22) Albers l. c. p. 253. Quos ego vero vidi aegros, mares erant, praeter unam, quae simul cancro ventriculi laboravit.

23) Irwin l. c.

24) Darluc *sur un squirre invétéré dans les intestins guéri par l'usage de la belle-doña. Journ. de méd. T. XI.* 1759. p. 499. *Neue Samml. med. Wahrnehm.* 2. *Bd.* p. 315.

25) Tincturae jodii gtt. x-xx. — Praeferrem kali hydriodici aut internum aut externum usum.

26) Albers l. c. p. 260 commendat hirudines et scarificationes repeti, fonticulum aut setaceum applicari, quae ambitum tumoris obtegant.

§. XXVII.

Scirrhus et cancer intestini recti.

1. Scirrhus et cancer haud raro [1]) sedem habent in intestino recto, id quod tum propria experientia tum alii testantur. De iisdem praeter SCHENCKIUM [2]) et BONETUM [3]), qui veterum morborum historias congesserunt, egerunt MARCELLUS DONATUS [4]), CLAUDINUS [5]), RUYSCHIUS [6]), MORGAGNI [7]), SCHMIDEL [8]), M . . . [9]), SCHERER [10]), FRIESE [11]), DURANDE [12]), DESGRANGES [13]), BOULET [14]), DESAULT [15]), PALLETTA [16]), CURTIUS [17]), BAILLIE [18]), OBER- Literatura.

1) Quicquid contradixerit MÜLLER l. citando.

2) Observatt. rar. libr. III. 3) Sepulchret. anat.

4) Hist. mirab. med. libr. IV. cap. X.

5) Respons. et consultatt. Francof. 1607. Cons. 97. p. 714.

6) Observatt. anat. chir. cent. obs. 95 et 96. Opera Amstel. 1721. p. 88 et 89.

7) De sed. et c. morb. ep. 32 art. 6—9.

8) Diss. de alvi obstructione. Erl. 1755. p. 22 (supra hunc scirrhum intestinum intussusceptum erat).

9) *Journ. de méd.* 1770. *T.* 33. p. 223. *Samml. auserl. Abhandll.* 1. *Bd.* 3. *St.* p. 118.

10) Pr. SIEBOLD diss. de morbis intestini recti. p. 35. obs. 10 et 11. p. 72.

11) Diss. spec. pertinacissimam alvi obstruct. sistens. Halae 1788.

12) *Hist. et mém. de la soc. R. de méd. a.* 1777. *et* 1778. *hist.* p. 223.

13) *Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 9. p. 145. 330.

14) DESAULT *auserl. Wahrnehm.* 4. *Bd.* p. 130.

15) *Mém. sur les scirrhosités du rectum. Oeuvr. chir. publ. par* BICHAT. 2. *Part.* 1798. p. 380. — *Journ. de chir. T.* 1. p. 268. *Chir. Nachlass. Bd.* 2. *Cap.* 14. *Auserlesene chir. Wahrnehm.* 2. *Bd.* p. 68.

Oberteuffer [19]), Sherwen [20]), Lettsom [21]), Reil [22]), Metzler [23]), Schenk [24]), Schreger [25]), Copeland [26]), Bayle et Cayol [27]), Hill [28]), Schultz [29]), Werner [30]), Ehrfurth [31]), Krembs [32]), Müller [33]), Anonymus [34]), Giraudy [35]), Cruveilhier [36]), Chottard [37]), Salmon [38]), Fallot [39]), Staub [40]), de Leon [41]).

2. Vix

16) Weigel *ital. med. chir. Bibl.* 3. *Bd.* p. 39.

17) Diss. sist. morbi atrocis a tumore sebaceo in intestino recto haerente enati historiam cum sectione cadaveris annexa. C. tab. aen. Jen. 1794.

18) *Anat. d. kr. Baues. A. d. Engl. v.* Sömmerring. p. 98. 126. *Engravings fasc. IV. pl.* 4.

19) Stark *neues Archiv f. Geburtsh.* 1. *Bd.* p. 679.

20) *Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 2. *art.* 2. p. 9.

21) Ibid. art. 27. p. 313 (addita tab. egregie aëre sculpta).

22) Memorab. clinica fasc. II. p. 1. *Fieberlehre* 3. *Bd.* p. 237.

23) Hufeland *Journ.* 33. *Bd.* 1. *St.* p. 49.

24) Ibid. *Bd.* 36. 4. *St.* p. 49. 25) *Chir. Vers.* 1. *Bd.*

26) *Krankh. d. Mastdarms u. d. Afters* p. 1 et 89.

27) *Dict. des sc. méd. T. III. art. cancer.* p. 604.

28) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 10. p. 299. Horn *Archiv* 1819. 1. *Bd.* p. 79.

29) Joh. Ludw. Formey's *Krankh. und Tod.* Horn *Archiv* 1823. *May. Jun.* p. 537.

30) Diss. canceris intestini recti nosogr. P. I. Regiom. 1824 (de cancro in genere).

31) Diss. de scirrho et carcinomate intestini recti. Lps. 1824.

32) *Inaug. Abh. üb.* Rectosthenosis scirrhosa. *Würzb.* 1827.

33) Diss. sist. delineat. morb. intestini recti et praesertim carcinomatis intestini recti. Tub. 1827.

34) *London med. repository.* Horn *Archiv* 1827. *Nov. Dec.* p. 1074.

35) *Revue méd.* 1828. *Avril.* p. 30.

36) *Anat. pathol. Livr.* 25. *pl.* 8.

2. Vix umquam morbi initium symptomatibus notatur, quorum prima solutio alvi laboriosa et obstructio, gravitas[42]) et constrictio ani esse solent; aegri se sufficientem copiam reddere non posse persentiunt; anus humore[43]) mucoso madet et in femoribus molestus sensus accedit; nonnumquam dolor[44]) lancinans et urens sub excretione alvina excitatur. Deinde crescunt dolores et difficultas alvum solvendi; tenesmus, dolores colici leviores, iique ad os sacrum et coxas, flatus[45]), borborygmi, ructus[46]) admodum molesti superveniunt. Quae per anum excernuntur, subrotunda, parca, compressa, in longum diducta, muco et sanguine obducta sunt; faeces multae, eaeque durae in tubo intestinali retinentur, magna copia coacervantur et tumores praebent; unde abdomen tensum et durum est; dysuria[47]) et ischuria Symptomata.

37) *Arch. général. T.* 19. *Mars* 1829. Froriep *Notizen. Bd.* 24. *no.* 11. p. 167.

38) *Injuries and strictures of the rectum. Lond.* 1829. Froriep *Notizen.* 40. *Bd.* p. 187.

39) *Annales de méd. belge. Janv.* 1837. Schmidt *Jahrb.* 20. *Bd.* 1. *H.* p. 86.

40) *Zur Diagnostik d. Strictur, Skirrhosität, u. krebshaften Ulceration des Mastdarms*, v. Pommer *schweizer. Zeitschr. f. Natur- u. Heilkunde. Neue Folge.* 1. *Bd.* 3. *H.* p. 367.

41) *The american journ. of med. science. Vol.* 2. p. 330. Gerson *u.* Julius *Mag.* 18. *Bd.* p. 371.

42) Bayle et Cayol l. c. p. 605.

43) Hooper *chir. Hülfsbuch. A. d. Engl. v.* Becker. p. 163.

44) Bayle et Cayol l. c. p. 605. 45) Copeland l. c. p. 8.

46) Bayle et Cayol l. c. p. 605. Copeland l. c. p. 8.

47) Palletta l. c. p. 41. — Krembs l. c. p. 30. — Schenk Frank Prax. III. II. 1.

ria excitari possunt. Exploratione ani tandem instituta orificium ani constrictum, in intestino ipso vero indurationes[48]), excrescentiae rotundae, durae; inaequales, quae sub tactu non dolent, annulus durus et coarctatus percipiuntur, siquidem locus affectus ab ani orificio non nimis remotus est. Talis rerum status illaeso habitu per annos perdurare potest. Tandem duplici modo res se vertit. Aut enim intestinum perfecte clauditur, quo facto incommoda crescunt, aegri a cibis abstinent, enteritis, tympanites[49]), aut ileus[50]) superveniunt lethales; aut exulceratio ingruit, quam dolores lancinantes, urentes praecedunt. Rebus sic se habentibus incommoda antiqua perdurant, excretio ichorosa aut purulenta sequitur, quae postea ex ano late patente invito aegroto effluit. Jam habitus carcinomatosus redditur, febris hectica et macies[51]) se-

l. c. p. 64. — Ruysch l. c. — Monro l. c. p. 347 inter prima symptomata refert.

48) Durities, quae subinde totam intestini parietem tenet, tanta est, ut lignum tangere medicus sibi videatur.

49) Tympanitidem lethalem in sene 69 annorum ex scirrho, in regione S romani sito, nuper observavi; intestina quidem aëre et faecibus maxime distenta, attamen nec rupta nec gangraenosa nec inflammata fuerunt. — Horn *Archiv* 1827. *Nov. Dec.* p. 1076.

50) Leon l. c.

51) Macies Hill l. c. monente imprimis femora tenet et Pemberton (*various diseases of the abdom. viscera.* p. 190) addit, scirrhum trium digitorum transversorum per tres annos corporis volumen non diminuisse.

sequuntur. Ulcera non raro aut vaginam [52]) aut vesicam urinariam in consensum trahunt, aut ichor [53]) per nates sibi viam aperit. Faeces aut retinentur aut simul cum ichore per diarrhoeam [54]) excernuntur. Circa orificium ani parvae lenticulares excrescentiae [55]) comparent. Denique tabes ita crescit, ut aeger pereat, aut hydrops [56]) insequitur, aut deliria [57]) et convulsiones [58]) et sopor plures per dies mortem praecedunt.

3. Dissecto cadavere membranae durae et crassae [59]), interna s. mucosa crassior [60]), dura, ulceribus [61]) plus minusve extensis, fungosis cum margine reflexo et excrescentiis [62]) notata, plicas [63]) latas et crassas, processus parvos efformans conspicitur. Major minorve intestini pars in scirrhosum tumorem, vel cartilaginosum vel lardo similem vel cellulis compositum [64]) abiit; qui vel infimam [65]) intestini partem tenet, vel la- Necroscopia.

Q 2

52) Palletta l. c. p. 40.

53) Copeland l. c. p. 9. — Palletta l. c. p. 41.

54) Quare morbus falso pro fluxu hepatico aut coeliaco habitus est.

55) Cayol et Bayle l. c. p. 606. 56) Krembs l. c. p. 35.

57) Id ipse vidi. 58) Hill l. c. p. 121.

59) Baillie l. c. p. 99.

60) Ad pollicis crassitudinem Ruysch l. c.

61) Baillie l. c. p. 99. — Bayle l. c. p. 607.

62) Desault l. c. p. 382. — Schreger l. c. — Krembs l. c. p. 35.

63) Baillie l. c. p. 100.

64) Curtius l. c. tumorem sebaceum adpellat et describit. p. 14.

65) Bayle et Cayol p. 607.

latius[66]), ad plures digitos transversos, ad flexuram iliacam extenditur, quique plurimum certis limitibus[67]) circumscriptus est; unde intestini lumen aut coarctatum aut fere clausum est. — Praeterea tumores scirrhosi in tela cellulosa vicina, in caeco[68]), in hepate[69]), in utero[70]) (gravido) obvenerunt, os sacrum carie erosum, vesica urinaria aut vagina cum utero ulcere correptae et perforatae sunt. Reliqua intestina superiora summopere dilatata[71]), inflammata, rupta inveniuntur.

Caussae. 4. Ad hunc morbum disponunt sexus sequior[72]), aetas provectior[73]), anni climacterici[74]) sexus sequioris, idemque excitatur quavis continua intestini excitatione, v. c. corpore[75]) peregrino, diu commorante, haemorrhoidibus[76]), syphi-

66) Lettsom l. c. p. 318.

67) Meckel *pathol. Anat.* 2. *Thl.* 2. *Abth.* p. 360 id saltem contendit de scirrho ventriculi.

68) Reil mem. clin. fasc. *II.* p. 3.

69) Bayle et Cayol p. 607. — *Journ. de méd. T.* 33. p. 231.

70) de Leon l. c.

71) Enormem dilatationem intestini duodeni, ilei et coli (ad 13½ digitos) de Leon (l. c.) describit. Ileum ruptum. Haec intestina, ventriculus et cavum abdominis materiam faecalem in se continebant.

72) Desault l. c. p. 380 (mares ad foeminas = 1 : 10). — Copeland l. c. p. 6.

73) Rarissime ante annum aetatis vigesimum quintum, frequentius anno quadragesimo superato scirrho intestinum rectum corripitur. Bayle et Cayol l. c. p. 605.

74) Bayle et Cayol ibidem.

75) Chotard l. c. (nucleus prunorum).

76) Oberteuffer l. c. p. 679. — Reil l. c. p. 236.

philitica ani affectione, dysenteria[77]), abusu aloëticorum aliorumque drasticorum, fistula ani, paederastia, leucorrhoea[78]), metrorrhagia[79]) suppressis, herpete repulso[80]), blennorrhoea[81]) chronica, arthritide et rheumatismo, partu difficili et frequente, obstipatione alvi[82]) pertinaci. Praeterea similis uteri aut vesicae morbus ad intestinum rectum transire potest, et SCHENK[83]), morbum exstirpato tuberculo suspecto in facie ortum esse, monet.

5. Si quis longius per temporis spatium continuam alvi obstipationem et sub alvo exoneranda sensationes molestas accusat, imprimis ubi scybalorum forma a consueta differt; opus est, ut immisso digito intestinum rectum exploretur; quo facto patebit, quonam modo id constitutum sit. Attamen ne haec quidem exploratio in omni ac singulo casu lucem praebet, fieri enim potest, ut scirrhus altiorem teneat locum, quod ubi suspicaris ad specilli usum confugias; praeterea monendem est, non quamvis indurationem scirrhum praebere, contra dari indurationes insontes[84]), quae sanari possint. Cavendum igitur est, ne hae cum illo confundantur et ubi de hac re dubitas, satius et consultum est, rem sic tractare, ac si insons, non scirrhosa induratio adesset. — Diagnosis.

Cae-

77) STOLL rat. med. P. III. p. 292.
78) FRANK epit. lib. II. p. 259.
79) SCHREGER l. c.
80) DESAULT l. c. p. 381.
81) FRANK l. c.
82) BAYLE et CAYOL l. c. p. 605.
83) L. c. p. 55.
84) §. XXIV.

Caeterum non raro accidit, ut scirrhus intestini recti justo diutius pro haemorrhoidibus [85]) haberetur.

Prognosis. 6. Prognosis veri scirrhi tristis est, eaque statu ulceroso-carcinomatico tristior redditur, ita ut ii, qui restituti [86]) esse dicuntur, vix vero scirrho laborasse videantur, siquidem restitutio permanserit, nec morbus postea recruduerit.

Cura. 7. Quare diagnosi scirrhi confirmata primum et prae caeteris agendum est, ut alvina excretio adjuvetur vel clysmatibus, vel medicamentis, quae alvum ducunt, mitioribus, vel cereolis in intestinum immissis. Praeterea periculum facere licet, quid remedia ad discutiendum scirrhum praestiterint, et eadem, quae supra [87]) laudavimus, debita cum cautela exhibenda sunt. Denique fuerunt, qui scirrhum, in infima intestini parte situm, excisione [88]) facta removere ausi sint, vel sua-

85) Id locum habuit etiam in Reiselii (Eph. nat. cur. dec. II. a. 2. obs. 107. p. 276) observatione, idque ipse in aegris ab alio medico pro haemorrhoidariis declaratis animadverti. Idem monet Ch. Mansfield Clarke *obs. on these diseases of females which are attended by discharges. T.* 1. p. 170. 171.

86) Desault *auserl. chir. Wahrnehm.* 2. *Bd.* p. 68. — Copeland l. c. p. 89. ets.

87) §. XXIV. 8. §. XXVI. 7.

88) Lisfranc (*Journ. gén. de méd.* T. 107. *Janv.* 1829. p. 1. *Revue méd.* 1830. *Sept.* p. 471. Froriep *Notizen.* 28. *Bd.* p. 333. Gerson *u.* Julius *Mag.* 22. *Bd.* p. 342), Müller (l. c. p. 31), Maurin (*Journ. hebdom. de méd. Janv.* 1829. no. 14. Froriep *Notizen* 23. *Bd.* p. 270), Stirling (*Glasgow med. journ. Jan.* 1833. p. 45. Froriep *Notizen. Bd.*

suaserint[89]). Quodsi vero carcinoma ortum est, quomodo curetur, alii doceant.

Caput VI.

De adhaesionibus morbosis, polypis, oedemate, hydatidibus, strictura et angustatione intestinorum.

---

§. XXVIII.

Adhaesiones morbosae[1]), *polypi.*

1. Intestinorum externa superficies praegressis enteritide serosa et peritonitide, acuta[2]) vel chronica[3]), saepenumero cum vicinis partibus conglutinatur, temporis spatio quodam praeterlapso coalescit et tandem cohaeret tam firmiter, ut sub necroscopia vix sine laesione separari possint intestina singula. Cujus vitii casus lectu dignos referunt Paw[4]), Bartholinus[5]), Duverney[6]), *Adhaesiones morbosae.*

41. p. 41. Gerson u. Julius *Mag.* 27. *Bd.* p. 149) de excisionis felici eventu referunt.

89) Bayle et Cayol l. c.

1) Symphysis. Coalitus. *Verwachsung.*

2) de Buchwald l. citando. — Willison l. citando. — Bang l. citando.

3) Salzmann l. citando (ab hydrope ovarii). — Harder l. citando. — de Frankenau l. citando (ab hypertrophia hepatis). — Bose l. citando (ex scirrho omenti). — de Haën l. citando (scirrhus omenti et pancreatis).

4) Observatt. anat. obs. V. p. 10.

5) Obs. anat. rar. Cent. II. hist. 76. T. I. p. 305. Cent. III. hist. 6. T. II. p. 18.

NEY[6]), KAAU BOERHAAVE[7]), RHODIUS[8]), SALZMANN[9]), HARDERUS[10]), REISEL[11]), FRANCUS DE FRANKENAU[12]), HARTMANN[13]), VERDRIES[14]), BURGGRAF[15]), HUXHAM[16]), FANTONUS[17]), HEBENSTREIT et SPRINGSFELD[18]), DE BUCHWALD[19]), BOSE[20]), HASENÖHRL[21]), MORGAGNI[22]), WILLISON[23]), DE HAËN[24]), CRELL[25]),

6) *Mém. de l'ac. des sc. a.* 1703. p. 181.

7) Novi Commentar. soc. Petropol. T. 1. p. 370.

8) Obs. med. cent. II. obs. 77 (post dysenteriam).

9) Diss. de abscessu interno mirae magnitudinis cum hydrope et aliis notatu dignis in muliere Argentorati nuper observato. Argent. 1671. In HALLERI disputatt. ad morb. hist. fac. T. IV. no. 126. p. 356.

10) Ephem. nat. cur. dec. II. a. VI. obs. 100. p. 196.

11) Ibid. a. VII. obs. 15. p. 25.

12) Ibid. dec. III. a. 1. obs. 122. p. 203.

13) Ibid. a. IX, X. obs. 105.

14) Acta Vol. I. obs. 87. p. 167.

15) Ibid. Vol. VI. obs. 134. p. 447.

16) De morbo colico singulari. *Philos. transact. Vol.* 37. a. 1732. no. 422. p. 236. — Opera T. III. p. 46.

17) Opuscula. Ep. IV. p. 201.

18) Diss. de partium coalescentia morbosa. Lps. 1738. HALLER disp. ad morb. hist. fac. Vol. VI. no. 209. p. 390.

19) Observatt. quadriga. Havniae 1740. HALLERI disputatt. ad morbor. hist. fac. Vol. VI. no. 225. p. 780.

20) Pr. coalitus viscerum ventris historia. Lips. 1776.

21) Hist. med. morbi epidem. Vindob. 1763. p. 63.

22) De sed. et c. morb. X. 13. XVII. 17. XXXIX. 26. 29. XL. 9. LXVII. 17.

23) *Gesch. e. merkwürd. Verwachsung des Gedärme. Med. Commentarien von einer Gesellsch. der Aerzte zu Edinb.* 2. *Dekad.* 5. *Bd.* p. 65.

24) Hist. anat. med. morbi miri incurabilis. Hagae 1744.

Crell [25]), Röderer et Hirschfeld [26]), Schulze et Brune [27]), Stoll [28]), Störck [29]), Baillie [30]), Bell [31]), Treuner [32]), Michaëlis [33]), Bang [34]), Ferro [35]), Prochaska [36]), Sandifort [37]), Lentin [38]), aliique [39]). Attamen vix necesse esse videtur, ut

Haller disputatt. ad morborum hist. fac. T. VII. no. 265. p. 726.

25) Diss. de viscerum nexibus insolitis Helmst. 1743.

26) Diss. de uteri scirrho. Goett. 1755. Halleri disputatt. ad morb. hist. fac. T. IV. p. 667.

27) Casus aliquot morte alienatorum. Hal. 1737. Halleri disputatt. ad morb. hist. fac. T. VII. no. 248. p. 426 (in vesano ex metastasi scabiei).

28) Rat. med. T. VII. p. 149 (post febrem puerperalem).

29) Annus med. I. p. 152.

30) *Anat. des kr. Baues.* p. 67. — *Engravings Fascic. IV. pl.* 1. *fig.* 3. 4.

31) *Zergliederungen d. menschl. Körpers. A. d. Engl. Lpz.* 1800. p. 51.

22) Stark *neues Archiv.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 91.

33) Loder *Journ. f. Chir.* 3. *Bd.* p. 638.

34) Acta Regiae soc. med. Havniensis. Vol. IV. Havniae 1803. p. 173.

35) Ephem. med. Vindob. 1792. p. 12.

36) Annotatt. acad. Fasc. III. Sect. II. cap. 3. obs. 3. p. 214.

37) Museum anat. Vol. I. Sect. V. no. 85. p. 274. Observatt. anat. pathol. lib. III. c. V. p. 80. 82. 86. lib. IV. c. VI. p. 56.

38) *Beitr. zur ausüb. A. W.* 1. *Bd.* p. 206. — Blumenbach *med. Bibl. Bd.* 1. p. 113.

39) Haller elementa physiol. Vol. VI. p. 315. — Ludwig adversar. med. pr. Vol. III. p. 111. — De Haen *Heilungsmeth. A. d. Lat.* 6. *Bd.* p. 197. — Rahn *Briefwechsel.* 1. *Bd.* p. 451. — Comment. Lips. T. XV. p. 308. — *Mém. de l'ac. des sc.* 1759. — Leske *Abh. a. d. philos. Trans-*

ut tot testes rei citentur, frequentissime et ab omnibus, qui mortuos dissecare solent, observatae. Nos saltem permultos coalitus intestinorum casus vidimus [40]). Cohaerebant subinde omnia in

act. Bd. 5. p. 38. — LIEUTAUD anat. lib. I. Sect. IV. obs. 457 — 63. T. I. p. 142 seq.

40) Ut reliquos silentio praeteream, unum brevibus tangere placet. Vir quinquagenarius, ex vita tum sedentaria, tum luxuriosa oriundos per plures annos varios morbos inflammatarios, haemorrhoidales, arthriticos et abscessum pulmonis superaverat, quum 15. hebdomade ante 27. Febr. 1829, quo in consilium vocatus sum, periodicis abdominis doloribus, tactu non augendis, a posteriore et superiore abdominis regione antrorsum et a latere sinistro ad hepatis regionem se extendentibus corripi coepisset. Simul alvus segnior, alternis diebus faeces fere naturales excretae; nullibi tumor, et licet appetitus vigeret, macies (cum pulsu frequenti) illo die jam tanta erat, ut aeger lecto incumberet. Haec lapsu temporis, perdurantibus dolorum accessionibus, sensim increvit. Mense Augusto demum inde a loco intestini coli descendentis ad regionem iliacam dextram sese extendens tumor non dolens tactu percipiebatur; qui quidem functiones intestinorum et systematis uropoetici haud perturbabat. Mense Septembri oedema per diem accessit et in anasarcam universalem abiit, nec non dyspnoea supervenit. Die IX. Oct. obiit aeger. Sectio 38 post horas instituta docuit, in apice dextri pulmonis melanosin parvam, in sinistri apice cicatricem latuisse, totum vero cavum peritonaei massa albido-flava, caseo, sebove simili, friabili ac si cera aut sebum calore fluidum immissum et frigore coactum esset, ita repletum, ut viscera, quae sana erant, non sine labore evolvi possent. Hujus materiae major pars coacervata erat ibi, ubi tumor perceptus fuerat; eandem albumen, cholesterinam, resinam bilis, natrum muriaticum et acidum aceticum liberum con-

in cavo peritonaei contenta viscera ita, ut unum glomus[41]) intestina formarent; aut intestina singula[42]) inter se, aut cum omento[43]), mesenterio[44]), hepate[45]), liene, ventriculo[46]), pancreate[47]), utero[48]), vesica[49]) urinaria et peritonaeo[50]) coaluerant. Rebus sic sese habentibus motus

tinere, chemicis experimentis probatum est. — Similis ea materia esse videtur, quam SCHMIDT (RUST *Mag.* 26. *Bd.* p. 191) praeter alia vitia in cavo peritonaeo deprehendit.

41) BURGGRAF l. c. p. 451. — FONTANUS l. c. — HEBENSTREIT l. c. — DE BUCHWALD l. c. — BOSE l. c. p. 7. — MORGAGNI XXXIX. 26. 29. — WILLISON l. c. — DE HAËN l. c. — BELL l. c. — FERRO p. 123. — PROCHASKA l. c. p. 215. — PAW l. c. — DUVERNEY l. c. — LENTIN l. c. — BARTHOLINUS l. c. — KAAU BOERHAAVE l. c. — ROEDERER l. c. — SCHULZE l. c. — COWPER in *Phil. transact. no.* 302. *Vol.* 24. p. 2112. — BURSERIUS Instit. Vol. IV. P. II. §. 86. — JAMISON in *the Maryland med. recorder. Vol.* 1. 1830.

42) HARDER l. c. — MORGAGNI X. 14 (per flaccidas membranas). XL. 9. — HUXHAM l. c. (caecum in pelvim delapsum cum intestino recto). — SANDIFORT l. c. (ileum, caecum et colon concreta).

43) MORGAGNI XVII. 17. — HUFELAND *Journ.* 5. *Bd.* p. 819 (productio filamentosa omenti cum caeco).

44) Ubi intestina omnia cohaerent.

45) DE FRANKENAU l. c. — TREUNER l. c. — MECKEL in *hist. de l'acad. des sc. à Berlin. A.* 1759. p. 36 (duodenum cum hepate, vesicula fellea destructa et costis).

46) Colon transversum.

47) Conf. morbi pancreatis.

48) MICHAËLIS l. c. — HIRSCHFELD l. c. — STOLL l. c. p. 154 (caecum).

49) MICHAËLIS l. c. — HIRSCHFELD l. c.

50) STOLL l. c. VII. p. 154 (jejunum).

tus intestinorum plus minusve [51]) perturbatur, quare alvus segnior redditur, dolores excitantur colici, digestio laeditur, nutritio tandem labefactatur et aegri pereunt. Tenendum vero est, praeter adhaesiones morbosas alia vitia utplurimum in abdomine pectoreve, v. c. scirrhum omenti, intestini, hydropem, phthisin aliaque latuisse, quae plus damni attulerint; sub coalitu partiali membrana ita extendi [52]) solet, ut vix quid incommodi inde redundet. Quid quod perforatione praegressa idem coalitus non raro vitam [53]) tuetur.

Polypi. 2. Excrescentias polyposas in intestinis tenuibus natas esse, exempla non prostant. Easdem in intestino caeco WITTING [54]), in intestino colo PORTAL [55]), in intestino colo et recto MENZELIUS [56]), in colo transverso et in flexura sigmoidea MONRO [57]), in flexura sigmoidea BAILLIE [58]),

51) HUXHAM Opera T. III. p. 49. 52) BAILLIE l. c. p. 68.

53) REISEL l. c. — Cfr. cap. IV. §. XXIII. 2.

54) RICHTER *chir. Bibl.* 15. *Bd.* p. 601 (prope valvulam adhaesit).

55) *Sur les excroissances fongueuses dans le canal intestinal et dans d'autres parties internes. Mém. de l'Institut. Vol. VIII.* p. 113. HARLESS *Annalen d. franz., engl. etc. Lit. Bd.* 1. *St.* 1. — PORTAL *anat. méd.* T. V. p. 248. — (PORTAL de viro refert, qui dum viveret, plures excrescentias carnosas per anum ejecit, quoque mortuo plures in intestino colo repertae sunt; et addit se saepius in cadaveribus intestinorum polypos invenisse.

56) Acta med. Berol. Dec. I. Vol. IX. no. 7. p. 68 (post dysenteriam neglectam).

57) *Morb. anat. of the gullet* etc. p. 190.

LIE [58]), in initio intestini recti LE BOEUF [59]) conspexerunt. Eas per anum excretas fuisse PORTAL [60]), WINCLER [61]), BAUER [62]), MARTINI [63]) referunt. — Quae a polypis intestinorum excitantur symptomata ad alvum tardiorem, obstructam, clausam redeunt, vix autem ad diagnosin constituendam sufficiunt. — Frequentius polypi sedem habent in intestino recto, eosque observarunt GOCKELIUS [64]), HEISTER [65]), SCHMID [66]), TRIOEN), DE-

58) *Engravings fasc. IV. pl. VI. fig.* 2.

59) *Journ. de méd. T. XII.* p. 123.

60) L. c.

61) Eph. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. obs. 97. p. 136 (de puero refertur bienni, qui obstructionibus obnoxius erat, donec „massam carneam, instar renis vervecis per secessum excrevit").

62) Ep. de morbis intestinorum. Dresd. 1747. HALLERI disputatt. ad morb. hist. fac. T. III. no. 94. p. 461 de aegro refert, qui praegressis diris symptomatibus, „magna, multa, pollicem crassa, oblonga, cruore in ea, qua cum vasculis suis innumeris intestinis adnata fuerant, parte circumfusa, multaque sanguinis sinceri jactura et dolore acutissimo concomitata excrevit per alvum concreta, fibrosa, quaedam pro parte pinguedine rara obducta membranacea," quae auctor molas intestinorum appellat. Aeger vero convaluit et dubium reliquit, utrum istae sic dictae molae polypi, an infarctus, an cruor concretus fuerint.

63) L. citando.

64) Ephem. nat. cur. dec. II. a. VIII. obs. 67 (Nasda glandulosa dicitur, quae sponte separata fuisset et haemorrhagiam reliquisset).

65) Ibid. cent. VIII. obs. 67. p. 373. — HEISTER *med. chir. u. anat. Wahrnehm. no.* 430. p. 723.

66) Commerc. lit. Norimberg. a. 1731. p. 28.

67) Observatt. med. chir. p. 55.

Desault[68]), Lange[69]), Bloch[70]), Le Boeuf[71]), Dorfmüller[72]), Johnston[73]), Bodenstab[74]), Syme[75]), Burger[76]), Martini[77]). Ii vel proxime ad marginem ani intestino adnexi aut altius adhaerentes per intervalla, sub alvo exoneranda prolabuntur, nisi prorsus absconditi manent; sunt rotundi, piriformes, pediculati, pallido-rubri, modo plures orificium ani circumdant, modo solitarius adest, qui celerius crescere solet. Excitant conamina vana desidendi, sensum pressorium in intestino recto, haemorrhagias, dolores vehementes, imprimis sub alvo solvenda, quae inde retardatur et perfecte retinetur, ita ut consuetae molestiae sequantur. Quae faeces excernuntur, compressae sunt, praeterea subinde nil nisi mucus cruentus excernitur; nec non ischuria[78]) accessit. Hi polypi facillimi cognitu sunt, nisi exploratio localis (quod proh dolor saepe fit,) negligitur. Qui polypi in intestino recto sedem

68) *Journ. de chir. II. no.* 30. *Auserl. Wahrnehm.* 8. *Bd.* p. 101. — *Chir. Nachlass.* 2. *Bd.* 4. *Th.* p. 143.

69) Schmucker *verm. Schr.* 2. *Bd.* p. 202.

70) *Med. Bemerk.* p. 124 et in *Berl. Samml. I.* p. 223.

71) L. c.

72) *Heidelb. klin. Annalen.* 8. *Bd.* p. 580.

73) Monro *morbid anat. of the gullet* etc. p. 192.

74) *Med. Zeit. d. Vereins f. Heilk. in Pr.* 1839. *no.* 14. p. 71 (ligatura remotus polypus i. r. puellae 12 annorum, haemorrhagia ex ano debilitatae).

75) *Krankh. d. Mastdarms.* p. 56.

76) Hufeland *Journ.* 1836. 82. *Bd.* 4. *St.* p. 86.

77) Rust *Mag.* 34. *Bd.* p. 183.

78) Desault *Wahrnehm.* p. 102.

dem habent, manu chirurgica sine difficultate auferri possunt, qui vero altius siti sunt, neque hanc, nec aliam curam admittunt.

3. Bonetus[79]), Lieutaud[80]), Billard[81]) et Brasche[82]) casus enarrant oedematis tubi intestinalis, tunc facies interna erat tenuis, alba, ubique paene muco nudata, pallida et liquore seroso tantum irrigata; membrana mucosa et tela cellularis emollitae et aqua repletae, ita ut in interna superficie impressiones factae et phlyctaenae natae sint, quae dissectae multum aquae ediderunt. Membrana muscularis emollita, pallida, tumida; facili negotio membranae a se invicem separari possunt. Praeterea cavum peritonaei in se continebat serum, hydrops universalis nonnumquam aderat, nec non enteritidis vestigia in conspectum veniebant. Caussae oedematis tubi intestinalis vel in enteritide praegressa vel in hydrope universali latent. Utplurimum diarrhoea cum hydropis signis consuetis conjuncta fuerat, dum vixerunt aegri; dubito vero, num id ad oedema intestinorum cognoscendum sufficiat. Prognosis et cura originis varietatem sequantur. Oedema intestinor.

4. Hydatides serosae intestinorum tunicae insedisse Morgagni[83]) in virgine ascitide consum- Hydatides.

79) Sepulchretum. T. II. p. 431. §. 6.

80) Observatt. med. T. I. p. 8.

81) *Die Schleimhaut des Magens u. Darmk. A. d. Fr. v.* Urban. p. 251.

82) Diss. de oedemate tubi intestinalis. Dorp. 1829.

83) De sed. et c. m. ep. 38. art. 34. 35.

sumta, Crawfoot [84]) in foemina, cujus intestina adhaerebant et unam massam foramabant, observavit. Earum jam Aretaeus [85]) mentionem fecerat. Riverius [86]), Riedlin [87]), Musgrave [88]), Lambsma [89]), Stöhr [90]), Vivarès [91]), Nahuys [92]), Scott [93]), Blatin [94]), Monro [95]), Gerlach [96]) hydatides plurimas praegressis tumore abdominis, obstructione, dolore, meteorismo per alvum ex-

84) *The Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 23. p. 75.

85) De signis chron. lib. II. c. 1. ed. Kühn. p. 131.

86) Obs. cent. IV. obs. 48. Operà p. 643 (vesicae numero septem oblongae, instar farciminum [quae vulgo *Boudins* nominantur] ejusdemque crassitiei et unius palmi longitudinem aequantes, humore foetido repletae).

87) Lineae med. 1696. May. obs. 18. p. 232.

88) *Phil. transact. no.* 295. *Vol.* 24. p. 1797 (quadraginta et quod excurrit [*several scores*] hydatides majores minoresve per anum, una eaque rupta per vomitum excretae).

89) Ventris fluxus multiplex. Cap. XII. p. 141.

90) Heuermann *Bemerk. Bd.* 2. p. 227. *Bemerk. von einer Gelbsucht nach dem Fieber, wobei* 130 *Wasserbläschen abgegangen.*

91) *Journ. de méd. T.* 44. p. 310.

92) *Verhandelingen uitgegeven door het Gevootschap der Wetenschapen te Vlissingen. Derde Deel. Middelburg* 1773. p. 455 (150 hydatides cum pure, fortasse ex liene redundantes, excretae sunt).

93) *Med. Comment. v. Edinb.* 5. *Bd. no.* 196.

94) *Mém. de la soc. méd. d'émulation séante à l'école de méd. de Paris pour* 1802. *six. a. Par.* 1806 (hydatidum librae XVII. per anum excretae).

95) *Morb. anat. of the gullet etc.* p. 273. 275 etc.

96) *Med. Zeit. von d. Verein f. Heilk. in Pr.* 1839. *no.* 15. p. 77 (per anum excretae ter 10, 6 et 12 hydatides).

excretas et aegros restitutos fuisse tradunt. — MORGAGNI[97]) refert, hepatis morbo praegresso ducentas et quod excurrit hydatides excretas esse, post obitum vero tertiam hepatis partem ulcere destructam et in eodem plures hydatides natantes in sero inventas esse. Ostium, in quod quasi in pelvim se expanderat bilis iter, reliqua parte ita dilatatum, ut digitum facile admitteret et spatia excavata, e quibus vesiculae antea exciderant, conspici potuerunt. BAUMES[98]) physconiam hydatitosam cum diarrhoea conjunctam describit.

§. XXIX.

Angustatio et obliteratio tubi intestinalis.

1. Intestinum, cujus lumen diminutum est, Notio. *angustatum*[1]) dicitur; ubi vero haec angustatio minorem ambitum habet, *strictura* appellatur, ejusque caussae in membranis tubi ipsius haerent. Partis angustatae ipsa membrana interna praegressa inflammatione adhaesiva, quam dicunt, subinde coaluit, quo facto lumen tubi intestinalis prorsus deletur et *obliteratum*[2]) dicitur intestinum.

2. An-

97) Epist. anat. 3. n. 10.

98) *Physconie hydatique avec diarrhée. Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T. II. P. I.* p. 4.

1) WALTER r. KRISCH diss. de intestinorum angustia ex observato eorum habitus vitio. Lps. 1731. HALLERI disp. anat. Vol. I. p. 439.

2) Intestini obliterati casus exhibent RHODIUS (observatt. cent. II. obs. 82), LENDELIUS (Eph. nat. cur. dec. II. a. 7.

Originis varietas. 2. Angustatur intestinum, ejusve lumen prorsus clauditur 1° ex vitio congenito[3]), canali intestinali intercepto[4]), strictura[5]) congenita, fine cae-

obs. 139. p. 266 „sphincter ani connivebat ejusque totalis coalitus visus" in adulto), BARTHOLINUS (hist. anat. cent. VI. hist. 38. ileum), RITSCH (*mém. de chir.* 12. *T. XI.* p. 271), MORGAGNI (ep. 39. art. 29 „colon intestinum, donec haud multo ante quam in rectum desineret, impervium ad aliquem tractum, quo tractu, quum incisum esset, non ex albidis, sed ex carneis omnino fibris compactum deprehensum est"), HUNTER (*on the blood, gunshut wounds ed.* 4. p. 242. *Uebers.* 2. *Bdes.* 1. *Abth.* p. 76), BISHOP (*Merkwürd. Obliteration eines eingeklemmten Darmtheils bei einem Leistenbruche durch adhäsive Entzünd. in der Schleimhaut des Darmkanals hervorgebracht.* Ex *London med. repos. Novbr.* 1825 *in* HORN *Archiv* 1826. 1. *Bd.* p. 20. — Id. Diss. de hernia enterocele acuta. *Edinb.* 1822), BIETT (*Journ. gén. de méd.* 1827. *Janvier.* p. 128. *Hamb. Mag.* 1827. *März u. Apr.* p. 370. Historia morbi quo tragoedorum celeberrimus, Talma, consumtus est. „*L'oblitération,* inquit auctor, *de l'intestin au lieu retréci* (initio intestini recti, sex pollices ab orificio ani remoto) *était complète; l'intestin était converti dans ce point en une substance cellulo-fibreuse*". Nec non intestinum supra et infra stricturam perforatum erat), SCHERB (*Verwachsung* [*Obliteration*] *des* intestinum colon [descend.] HUFELAND *Journ. Bd.* 67. 4. *St.* p. 11. Et in hoc casu, qui illi simillimus erat, quem BIETT tradidit, supra et infra locum coalitum perforatum erat intestinum, ita ut natura faecibus quasi novam viam paratura videatur), GOTTEL (GRÄFE *u.* WALTHER *Journ. d. Chir.* 7. *Bd.* p. 286. Intestini recti pars obliterata, simul vesica urinaria rupta), MONDAY (*The med. repository and review. Lond.* 1828 colon obliteratum).

3) Cap. II. §. V. 4) Ibid. no. 2. 5) Ibid. no. 3.

caeco[6]) et exitu incongruo[7]); 2° ex volumine diminuto[8]); 3° ex intussusceptione[9]); 4° ex hernia[10]), imprimis strangulata; 5° ex strangulatione interna[11]); 6° praeterea alii tumores, in cavo abdominis siti, intestina ita comprimere possunt, ut ea fere occludantur. Tale quid omnium frequentissime intestino recto accidit ex utero retroverso[12]). Praeterea Kerkring[13]) et Joubert[14]) pancreatis tumorem, Littre[15]) glandulas intestini jejuni et ilei tumentes, Hippol. Boscus[16]) et Ehrhardt[17]) graviditatem extrauterinam, Tulpius[18]) duos calculos vesicales, Riolanus[19]) mesenterii scirrhum, Schmalz[20]) steatoma finem intestini ilei, caecum et principium coli adscendentis arcte et firmiter circumdans, Ducros[21])

R 2 scir-

6) Ibid. no. 4. 7) Ibid. no. 5. 8) Ibid. §. VIII. no. 3.
9) Cap. II. §. X. 10) Ibid. §. XII. 11) Ibid. §. XIII.

12) Baumgarten diss. de utero retroverso. Argent. 1785. — Murray diss. in uteri retroversionem animadversiones, Upsal. 1797. — Schmitt *üb. d. Zurückbeugung der Gebärmutter bei Nichtschwangern* etc. *Wien* 1820.

13) Observatt. anat. n. 42.

14) *Tr. des maladies chir. du canal intestinal. T. I.* p. 202.

15) *Hist. de l'ac. R. des sc. a.* 1703. p. 42. *no. XII.*

16) Boneti sepulchret. anat. lib. III. sect. XIV. obs. 24. §. 8.

17) *Samml. v. Beobachtt. u. Aufs. üb. Gegenstände a. d. Arzneik., W. A. u. Entbindungslehre.* 1. *Bd.* 1. *H. Nürnb.* 1803. *no. I.*

18) Obs. lib. III. cap. 2.

19) Meth. med. Sect. III. tr. II. cap. 42. Opera Par. 1610. p. 511.

20) Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 513.

21) *Archives de méd.* 1838. *Août.* Schmidt *Jahrb.* 22. *Bd.* 1. *H.* p. 28.

scirrhum ad intestinum caecum coarctatum se extendentem, BAADER[22]) ovarii tumorem, ROKITANSKY[23]) intestini ipsius minorem majoremve partem et mesenterii tensionem intestina comprimentes viderunt, ita ut canalis interceptus esset. 7° Enteritis seroso-muscularis[24]), 8° induratio[25]) membranarum tubi intestinalis, 9° scirrhus[26]) intestini, 10° adhaesiones morbosae[27]), 11° polypi[28]) plus minusve canalem intestinalem coarctant. 12° Rarissime accidere videtur, ut pars intestini, non laesa ejus structura angustior sit, attamen VETTER[29]) id in duodeno observasse sibi videtur. SAUNDERS[30]) angustationem ilei et coli describit. 13° Denique accedit spasmus, quem infra[31]) pertractabimus.

3. Cu-

22) QUARIN meth. med. inflammation. p. 184. — Idem et ego nuper conspexi in foemina, cujus ovarium enormi modo tumefactum in pelvim descenderat, eamque ita implevit, ut intestinum rectum et urethra compressa nil amplius redderent.

23) *Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates.* 19. *Bd.* od. *Neueste Folge* 10. *Bd.* p. 633.

24) Cap. III. §. XVII. no. 13.

25) Cap. V. §. XXIV.

26) Vid. cap. V. §. XXVI.

27) Vid. cap. VI. §. XXVIII. 1.

28) Ibid. no. 2.

29) HUFELAND *Journ. Bd.* 83. p. 119 (rupturam duodeni antecesserat plures per annos dyspepsia).

30) *Med. transact. published by the college of physicians in London. Vol. IV.* no. 3 (ileon usque ad caecum ad longitudinem 3 pedum lumen calami anserini habuit. Dolores supervenerant 2½ hor. post prandium praeterlapsis et faeces caprinae fuerant).

31) Cap. IX. de colica.

3. Cujusvis angustationis communis effectus in eo cernitur, ut motus earum rerum, quae in intestinis continentur, vel impediatur, vel invertatur; unde partes supra impedimentum sitae dilatantur, inferiores collabuntur, hae vacuae, illae plenae, et tandem inflammantur, emolliuntur, gangraenescunt, rumpuntur. Morbus lentissimo passu ingredi et decurrere solet; prima symptomata exhibent non raro ii morbi, qui cum angustatione conjuncti sunt, eamque faciunt. Primum digestio plus minusve laedi solet, accedunt dolores[32]) colici, iique ab initio breves, saepius tamen redeunt. Deinde alvus primum cum difficultate, non satis solvitur, faeces durae, caprinae, subinde fluidae. Ita longius temporis spatium protrahi solet. Quodsi denique res eo pervenit, ut nil amplius impedimentum superare possit, vel si, ab initio canalis intestinalis clausus fuit, graviora symptomata consequuntur, alvus pertinaciter clausa, venter turget, aëre expanditur, meteorismus vel tympanites oritur; aut vomitus supervenit, et in ileum, non raro sub ipso morbi initio commutatur; aut dolores, qui inflammationem natam esse docent, excitantur brevique gangraena suborta silent; aut perforatione facta peritonitidis cum meteorismo abdominali conjunctae symptomata inopinato invadunt. Saepenumero inde hypochondria, melancholia, mania

Symptomata.

32) Combe (*Med. transact. by the college of physicians. Vol. IV*) angustatis ileo et colo dolores vehementes post prandium observavit.

nia oriuntur et aegri vim vitae suae inferunt[33]). Sunt, qui accedentibus convulsionibus et epilepsia[34]) pereant; alii sopore corripiuntur, alii viribus tandem exhaustis, nutritione labefactata, et macie ad summum gradum provecta exstinguuntur. Haec vero symptomatum varietas cum angustationis loco, gradui et naturae, tum constitutioni aegroti tribuenda est. Etenim tenendum est, rarissime angustationem solam, sed plerumque etiam ejus caussam propriam symptomata exhibere, morbique formam constituere.

Diagnosis. 4. Rebus rite perpensis, signisque bene comparatis et dijudicatis, extra dubitationis aleam quidem utplurimum ponitur, angustationem intestini subesse; saepenumero autem dubium relinquitur, cujusnam originis et ubinam locorum ea sita sit.

Prognosis. 5. Quaevis intestini angustatio perennis periculo plena; aut enim perpetuam obstructionis indeque oriundorum symptomatum caussam exhibet, aut morbos facit lethales. Contra inflammatoria et spasmodica constrictio apta cura tolli potest.

Cura. 6. Maxima quidem hoc sub rerum statu cura ad-

33) Wichmann *Ideen zur Diagnostik* 1. *Bd. Hannov.* 1794. p. 175. („*Diese Kranken leiden gewöhnlich sehr von Schwermuth und Angst, und diese Verengung im Canale der Gedärme ist gewöhnlicher eine Ursache von Melancholie, Manie oder Wahnsinn, als dickes Blut oder sonst etwas*"). Sebbergundis in Harless *neuen Jahrb. d. teutschen Med. u. Chir.* 8. *Bd.* 2. *St.* p. 53. —

34) Fritze in Horn *Archiv* 6. *Bd.* 1807. p. 300.

adhiberi solet, ut alvus sive clysmatibus, sive laxantibus remediis ducatur, et jure quidem, nisi plane clausum est intestinum. Quod ubi locum habuerit, laxativa dolores aliasque molestias augere debent; re tandem desperata mercurius vivus exhibitus est sine fructu. Satius esset anum artificialem[35]) perficere, siquidem, ut saepe fit, flexura iliaca coarctata et clausa est. — Sed cura radicalis in eo consistit, ut caussa morbi, si fieri potest, deleatur.

§. XXX.

Strictura ani.

1. Ubi intestinum rectum ex ulla quadam caussa ita coarctatum est, ut faeces aut cum labore et dolore, aut omnino non excerni possint, *strictura ani* dici solet, de qua praeter eos, qui morbos chirurgicos omnes pertractant, agunt Johnstone[1]), Metzler[2]), Copeland[3]), M. White[4]), Howship[5]), Wandesleben[6]), Calvert[7]), Sal- Literatura.

35) Amussat anum artificialem in regione iliaca sinistra optimo cum successu tali in casu perfecit. *Compte rendu des séances de l'acad. des sc.* 17. *Juin.* 1839. *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 52. p. 582.

1) *The history of a case of obstinate obstipatio depending on a stricture of the rectum. Med. and phil. comment. by a soc. in Edinb.* 5. *Vol.* 1. *P.* p. 302.

2) Hufeland *Journ.* 33. *Bd.* 1. *St.* p. 9.

3) *Bemerkk. üb. d. vorzüglichsten Krankh. d. Mastdarms, bes. üb. d. Verengerung. A. d. Engl. v.* Friedreich. *Halle* 1819.

4) *Observations on strictures of the rectum and other affections, which diminish the capacity of that intestine.* 3. *ed. Bath.* 1820. 4. *ed.* 1824. Ej. *Further observations on strictures of the rectum with remarks on the spasmodic constriction of the sphincter ani. Lond.* 1822.

Salmon [8]), Hedenus [9]), Colles [10]), Bell [11]), Brodie [12]), Lebidois [13]), Syme [14]).

Symptomata. 2. Morbus occulto modo incipit et lento [15]) gressu crescere solet. Ab initio pruritus ani sentitur et materia mucosa, purulenta exsudatur. Dein conamina desidendi accedunt, saepe irrita, eaque relinquunt sensationem, ac si faeces non satis excretae sint, quae magno cum labore aut ca-

5) *Pract. observat. on the symptoms, discrimination and treatment of the most commun diseases of the lower intestines and anus. Lond.* 1820. *A. d. Engl. v.* A. Wolf. *Frankf.* 1824. p. 9.

6) Diss. de intestini recti strictura. Hal. 1820.

7) *Pr. treatise on haemorrhoids, piles, strictures and other important diseases of the urethra and the rectum. Lond.* 1824.

8) *A practical essay on stricture of the rectum etc. Lond.* 1829. 3. *ed.*

9) *Üb. d. verschiednen Formen der Verengerung des Afterdarms u. deren Behandl. Lpz.* 1828.

10) *Dublin hospital reports. Vol. V. no.* 1. Gerson *u.* Julius *Mag.* 22. *Bd.* p. 174.

11) *The lancet. Vol.* 12. p. 549 et 677. Gerson *u.* Julius *Mag. d. ausländ. Lit.* 14. *Bd.* p. 461.

12) *The lancet* 10. *May* 1834. Froriep *Notizen.* 41. *Bd.* p. 172.

13) *Revue méd.* 1828. *Dec.* p. 556.

14) *Krankh. des Mastdarms.* p. 67.

15) Renauldin (*Dict. des sc. méd. T. VI.* art. *constipation.* p. 257) casum refert stricturae recti (*cloison fibreuse*) cum dilatatione enormi intestini recti et coli conjunctae, quae per totam vitam adfuisse videtur. Saltem vir 54 annorum ab incunabulis justo rarius (10, 20, 30, 40 diebus, imo bimestri praeterlapso) alvum exoneraverat.

calore excernuntur, faeces durae cylindricae[16]), vermiformes pennam anserinam aut fasciam aequant; sequuntur dolores in intestino recto, sensus plenitudinis secundum colon; digestio laeditur, congestiones[17]) in capite, ructus accedunt, abdomen intumescit, et faecibus et gazibus coacervatis. Simul constitutio plus minusve, serius ocius laeditur. Alvo prorsus et longius per tempus clausa tympanites, enteritis, gangraena, ileus, ruptura intestini sequuntur. Quodsi, ut fas est, digito immisso intestinum rectum exploratur, orificium ipsum coarctatum, fissurae in eo, tubercula circa idem, cicatrices, indurationes callosae, scirrhosae in intestino ipso aut annulum referentes, aut totum intestinum tenentes, nec non polypi et excrescentiae, tuberculis similes, molles, durae, ovum vel globum aequantes, solitariae vel plures, coacervatae, pedunculatae, sessiles in margine orificii aut per totum intestinum percipiuntur. Hae productiones ab initio insensiles increscunt et augentur; membranae inflammantur, exulcerantur ita ut dolores, haemorrhagiae, fistulae, amplissima ulcera mali moris, ad partes vicinas et ipsas nates extensa sequantur, quo facto faeces cum ichore, cruore mistae continuo effluere solent, donec tandem status hecticus vitam cum morte commutat.

3. Necroscopia ea, quae jam in vivo obser- Necroscopia.
va-

16) Nonnumquam faeces infra stricturam altius sitam, priusquam excernuntur, collectae consuetam formam induunt.

17) Salmon l. c. Froriep *Notizen*. 40. *Bd*. p. 329.

vabantur, palam facit[18]); praeterea [aut macies insignis, ubi res ad ulcerationem pervenerit, aut enormis dilatatio intestinorum cum crassorum[19]), tum tenuium, ubi alvus clausa fuerit, in oculos cadit.

Caussae. 4. Ad haec vitia foeminae prae maribus dispositae sunt, eisdem favet provectior aetas. SALMON[20]) hereditariam quamdam dispositionem praesumit. Praeterea haemorrhoides, syphilis, metastases scabiosae, herpeticae aliaeve, diathesis carcinomatica, alvus longum per tempus dura, obstipata, neglecta[21]) et intestini recti excitationes repetitae et inflammationes accusantur; denique datur strictura, quae primae conformationi tribuenda sit.

5. Ne

18) Causam stricturae ani sectione facta demum cognoscere, dedecori quidem est medico; attamen LENDELIUS (Ephem. nat. cur. dec. II. a. VII. obs. 139. p. 266) anum coaluisse et HÜHNERWOLF (Ibid. dec. II. a. VIII. obs. 92. p. 208) „rectum fibris quasi tot filis decussatim constrictum esse, ut neque sursum neque deorsum quicquam transire potuerit", fateri non erubescunt. Hic addit: „quis vero mali istius potuit esse praesagus?" Respondeo: qui digitum in anum immiserit.

19) SALMON (l. c.) casum refert, in quo colon intestinum ex duplici strictura recti et clausa flexura sigmoidea ita dilatatum erat, ut ventre aperto solum in oculos caderet; idemque monet, talem tumorem cum alio facile confundi posse.

20) L. c. FRORIEP *Notizen. Bd.* 40. p. 169.

21) BELL l. c. docet obstructione habituali fieri, ut plica ante orificium ani internum efformetur et tandem insanabilis fiat.

5. Ne quis negligat, intestinum rectum digito immisso explorare, ubi symptomata supra commemorata, labor et dolor sub alvo exoneranda, forma scybalorum constanter commutata aliaque suspicionem affecti intestini recti injiciunt. Etenim saepenumero accidit, ut haemorrhoidibus tribueretur id, quod a strictura intestini recti derivandum erat. Facillime vero non solum strictura ipsa, sed ejus etiam varietates dignoscuntur exploratione locali instituta. Juvabit has varietates composuisse: 1° *Strictura congenita* in eo consistit, ut vel intestinum rectum [22]) vel orificium [23]) ani in recens nato ex vitio primae conformationis angustius sit. 2° *Strictura* a fibris in intestino recto [24]), ipsoque ani coalitu [25]), a valvula [26]) in ipso intestino. 3° Strictura ab induratione [27]), 4° strictura scirrhosa [28]), 5° strictura a polypis [29]) et excrescentiis, 6° strictura a cicatri- Diagnosis.

22) Vid. cap. II. §. 5. no. 4. d. 23) Ibid. g.

24) Hühnerwolf l. c. — Bobe Moreau, *Dict. des sc. méd.* *T. VI.* art. *Constipation* p. 258.

25) Lendelius l. c.

26) Dubreuil in Froriep *Notizen* 26. *Bd.* no. 10. p. 155 (simul cum strictura spasmodica et fissura ani valvula, a membrana mucosa duplicata tres digitos supra ani orificium nata fuerat, qua destructa aeger sanatus est). Similis valvulae et Reil (Mem. clin. Vol. I. fasc 1. p. 43) mentionem facit in casu, ubi initium intestini recti callosum et angustatum erat, supra angustationem sitae et intestinum plane occludentis.

27) Vid. cap. V. §. XXIV. no. 2. Nota 2.

28) Vid. cap. V. §. XXVII.

29) Vid. cap. VI. §. XXVIII. no. 2.

trice[30]). 7° Strictura spasmodica in nimia et irregulari constrictione sphincteris ani consistit, quam COPELAND[31]) a nimia ejusdem evolutione deducit. Utplurimum vero fissurae[32]) simul cum strictura in plicis a sphinctere efformatis inventae pro caussa constrictionis habentur, aut tuberculum[33]) rubrum cum fissura simul solitarium

30) RUST (*Mag. Bd.* 1. p. 237) vidit nates ulceratione praegressa ita coaluisse, ut faeces, pennam anserinam aequantes, nescio aegro excernerentur.

31) L. c. p. 35.

32) *Syn.* rhagades ani; rimae sedis (AËTIUS). — *Fissure; fente; crevasse, rupture de l'anus; gerçure de l'anus.* — *Mastdarmspalt; Mastdarmriss. Fissuren.* Quarum jam CELSUS (lib. VI. c. 18. no. 8. lib. VII. c. 30. no. 1). AËTIUS (lat. a JANO CORNARIO Lugd. 1560. T. IV. Sermo II. Cap. 3) et ALBUCASES (de chirurgia cura J. CHANNING. Arab. et lat. Oxon. 1778. T. II. lib. II. Sect. 81) mentionem faciunt, quae vero clarius descriptae a LEMONNIER (*traité sur la fistule à l'anus publié en* 1789 *à Paris*) et optime pertractatae sunt a BOYER (*traité des maladies chirurg. T.* X. p. 125. *Abhandl. üb. die chir. Krankh. u. dabei angezeigten Operationen. Übers. v.* TEXTOR. 10. *Bd. Journ. complém. du dict. des sc. méd. T. II.* p. 24). — SPANGENBERG (in LANGENBECK *neue Bibl. f. Chir. Bd.* 2. p. 319). — BASEDOW (in GRÄFE *u.* WALTHER *Journ. f. Chir.* 7. *Bd.* p. 125). — WHITE (l. c.). — BÉCLARD (*bull. des sc. méd. Février* 1825). — HERBERT MAYO (*obs. on injuries and diseases of the rectum. Lond.* 1833. FRORIEP *Notizen* 4. *Bd.* p. 92). — PHILIPPI (de fissura ani. Heidelb. 1832) — HEINECKE (diss. de fissura ani. Hal. 1836) iique, qui novissimis temporibus cum chirurgica compendia tum lexica ediderunt.

33) CHELIUS *Handb. d. Chir.* 2. *Bd.* 4. *A.* p. 85.

um nec non magna excrescentia [34]) externa accusatur. Attamen plures [35]) casus enarrantur, in quibus neque hae nec illae inventae sunt, quique annon singularem morbum constituant, nondum liquet [36]). Sed hystericis, hypochondriacis, haemorrhoidalibus per intervalla accidit, ut sub desidendo vehementem dolorem persentiant et faeces, etiamsi pultaceas, magno cum labore reddant; praeterea tenesmo, utut symptomati, spasmus subest. E contrario, ubi fissura, saepius sine dubio praetervisa neglecta exploratione locali eave instituta, subest, symptomata vix remittunt, sed singulas alvi dejectiones dolor concomitatur, sequitur plures per horas perdurans, qui ab initio ardorem in ano refert, brevi pungens, pulsans factus in tantum increscit, ut aegrotus clamores edat, alvo exonerandae resistat, ideoque minorem ciborum copiam assumat, in convulsiones incidat animique de-

34) Earle *Med. chir. transact. Vol. XII. P. II.* Rust *Mag.* 19. *Bd.* 1. *H.* p. 27.

35) Baillie *med. transact. published of the college of physicians of Lond. Vol.* 5. p. 136. Horn *Archiv* 1819. 1. *Bd.* p. 64. — Gaitskell *London med. repository. Vol.* 4. p. 51. Horn *Archiv* 1819. 1. *Bd.* p. 68. — Powell Blackett *Lond. med. repos. Vol.* 7. p. 377. Horn *Archiv* 1819. 1. *Bd.* p. 70. — Boyer l. c. *obs.* 3. p. 141 (strictura congenita subfuerat) *obs.* 4. p. 143 (tuberculum aderat) *obs.* 5. p. 145 (attamen ipse auctor fissuram tactu percepisse sibi visus est). — Syme l. c. p. 75.

36) Equidem stricturam ani spasmodicam meram et fissuram ani distinguerem et pro diversis morbis haberem. Ubi vero fissura adest, hanc caussam spasmi esse censerem, quicquid contradixerint Boyer aliique celebres autores.

deliquium patiatur. Simul vel cruor sincerus, vel mucus cruentus cum faecibus commistus excernitur. Sunt, quibus similes dolores non solum sub alvi dejectione, sed etiam flatibus, stando ambulandove, sternutatione, tussi, risu, mictuve excitentur, sunt, qui simul in dysuriam aut ischuriam incidant. Hisce symptomatibus increscentibus diuque perseverantibus, varices oriuntur, intestinum rectum subinde procidit, tandem digestio laeditur, habitus commutatur in pejus, systema nervosum concitatur, quid quod febris cum inflammatoria, tum hectica accessit, aegrique hydrope correpti sunt. — Explorato, ut fas est, ano et bene diductis natibus, rimae in ipso orificio sine difficultate conspiciuntur, quae ut plurimum longitudinem plicarum sequuntur, et digito tactae, vehementer dolent, subinde vero in intestino ipso absconditae [37]) tactu solo percipi possunt. Ad fissuras disponunt [38]) aetas provectior et sexus [39]) foemineus, quin infantes et viri immunes [40]) sint; haemorrhoides [41]), varix resecta [42]), cubitus longior [43]), quippe quae obstructioni faveant, faecesque duras reddant, praeterea blennorhoea intestini recti et scrofula [44]), lues ve-

37) Blandin (*dict. de méd. et de chir. prat.* art. *fissure*) distinguit fissuras supra, intra et infra ani sphincterem sitas; quem Heinecke refutaturus contendit, eas tantum huc pertinere, quae intra ani orificium pro parte saltem conspiciantur.

38) Boyer l. c. 39) Boyer l. c. 40) Heinecke l. c. p. 27. 41) Boyer l. c. 42) Boyer l. c. 43) Heinecke l. c. p. 29. 44) Heinecke l. c. p. 31.

venerea[45]), dysenteria[46]), denique corpora peregrina cum deglutita, tum in anum immissa accusantur. Non raro caussa latet.

6. Strictura ani, cujusvis generis, non solum multa et gravia incommoda ciet, sed etiam vitam ipsam periculo objicit. Attamen ars et medica et chirurgica multum valet ad ipsam stricturam tollendam illiusve incommoda diminuenda. Id maxime valet de strictura spasmodica cum et sine fissura, de strictura congenita, callosa, polyposa, a cicatrice, omnium minime de strictura scirrhosa, quippe quae licet diminuta in cancrum abitura sit. Prognosis.

7. Communis stricturae ani indicatio haec est, ut canalis intestinalis non nimiis cibis repleatur, alvi excretio per lenia laxantia (ol. Ricini, electuarium cum senna, fl. sulfuris) adjuvetur et pars angusta dilatetur[47]); hoc pro varietate caussae et speciei diverso modo fieri debere, per se patet. *Stricturae congenitae* turundae et cereola[48]) opponenda sunt; eadem sicuti incisiones[49]) superficiales *indurationes benignas*, haudquaquam vero scir- Cura.

45) Blandin l. c. 46) Lemonnier l. c.

47) Costallat *essai sur une nouvelle mode de dilatation, particulièrement appliqué au retrecissement du rectum. Par.* 1830.

48) Haec vero caute immittenda. Paris enim (*The lancet no.* 548. Froriep *Notizen* 41. *Bd.* p. 160) vidit intestinum rectum viri, qui strictura laborare sibi visus est, a cereolo perforatum esse. Cfr. Brodie l. c.

49) Brodie l. c. — Stafford *Lond. med. gaz. Aug.* 1834. Froriep *Notizen* 42. *Bd.* p. 44.

scirrhosas tollere valent. *Polypi* et *excrescentiae*, si fieri potest, abscindendae aut ligatura applicata removendae, nec non *cicatrices* vel incidendae vel dilatandae sunt. Cereola vero in *strictura spasmodica* nil juvare posse, BOYER [50]) jure monet. Quae ubi sine fissura locum habet, leniter laxantibus, antispasmodicis aliisque remediis, quae caussam tollant, opus est. Ubi vero fissura subest, haec sananda est; quod ut fiat HEINECKE [51]) teste utplurimum sufficit, ut simul cum apta diaeta, vitae regimine ungt. Zinci [52]) fissurae imponatur et laxantia leniora ita exhibeantur, ut alvus semel bisve in die mollior ducatur, clysteres vero evitentur. Praeterea commendantur vapores decocti fl. sambuci vel chaerefolii, balnea, semicupia, injectiones narcoticorum, clysteres ex succo nicotianae [53]), belladonna [54]) decocta, suppositoria ex opio, hyoscyamo, belladonna, unguentum opiatum, unguentum [55]) ex adipis suillae, succi expressi sempervivi tectorum, solani nigri, et olei amygdalarum dulcium aequalibus partibus paratum, turundae [56]) ex linteo carpto, sensim volumine [57]) au-

50) L. c. 51) L. c.

52) Loco ejusdem MAYO (l. c.) utitur ungt. mercuriali.

53) HOWSHIP.

54) LOUVET-LAMARRE. *Nouv. bibl. méd. Juin.* 1827. FRORIEP *Notizen* 18. *Bd.* 1. *St.* p. 9 (radic. gr. XII ad decoctum ℥vj colandum).

55) BOYER.

56) BÉCLARD in *Bull. des sc. méd. Février.* 1825. p. 199.

57) GENDRIN (*transact. méd. Vol. VI. Oct.* 1831. p. 24. GERSON u. JULIUS *Mag. Bd.* 23, p. 529) vidit turundas minoris

auctae, cerato [58]) belladonnae obductae. Quodsi sub exploratione accuratius instituta tuberculum dolens inveniretur, hoc suasore Chelius [59]) summo cum fructu absciditur. — Quae nisi sufficiunt ad morbum tollendum margo ani suasore Boyer incidendus est, id quod certissimum auxilium ferre dicitur.

Caput VII.
De vermibus intestinalibus.

§. XXXI.
De argumento generatim.

1. Vermes, qui in variis corporis humani partibus sedem habent, supra[1]) quidem tacti sunt, et ipsi vermes intestinales in volumine, quod febres[2]) Monitum.

voluminis dolores tam atroces et perdurantes excitare, ut perferri non possent; contra turundae majoris ambitus (septem linearum in diametro) perferri poterant et ad curam sufficiebant.

58) Dupuytren cum fructu adhibuit ℞ Adipis suillae ʒvj Extracti belladonnae ʒj plumbi acetici ʒj. *D. S. Revue méd. Mars* 1829. p. 369. — Delaporte *Journ. gén. T.* 110. 1830. *Mars.* p. 329. Froriep *Notizen.* 28. *Bd.* p. 41. (℞ Cerati ℥ß, Extr. belladonnae ʒj. D.). *Revue méd. Avril* 1830. p. 110. — Louyet-Lamarre l. c. (℞ Extr. belladonnae ʒij, aquae destillatae ℥ij. Misce per trituram cum cerati et axungiae ℥ij. D.). —

59) L. c. p. 38.

1) P. I. ed. alt. Vol. I. S. II. cap. VI. §. XXXV. art. 11. p. 274. — P. II. ed. alt. Vol. I. Sect. I. cap. II. §. 9. art. 2. p. 160.

bres [2]) pertractat, commemorati sunt. Hîc loci doctrina de entozois humanis universa praemissa, de vermibus intestinalibus singulis agimus.

Literatura. 2. Haec doctrina, antiquitus culta, recentioribus temporibus ita increvit, ut propria systemata entozoorum in homine brutisque repertorum conderent LINNÉ [3]), PALLAS [4]), O. F. MÜLLER [5]), BLUMENBACH [6]), BLOCH [7]), GOEZE [8]), WERNER [9]), BARBUT [10]), RETZIUS [11]), FR. DE PAULA SCHRANK [12]),

2) Febris verminosa. P. I. ed. alt. Vol. I. Sect. II. cap. IV. §. XXV.

3) Systema naturae. T. I. P. II. ed. XII. Holm. 1767. p. 1075 et 1320. Ej. mantissa plantarum altera. Holm. 1771. p. 543. LINNÉ's *vollständ. Natursyst. n. d. 12. A. v.* PH. L. STATIUS MÜLLER. 6. *Th. Nürnb.* 1775. 1. *Bd.* p. 30. tab. 1. 2. *Bd.* p. 902. tab. 36.

4) Diss. de infestis viventibus intra viventia. L. B. 1760. Rec. in SANDIFORT thesauro diss. Vol. I. Roterod. 1768. p. 247.

5) Vermium terrestrium et fluviatilium seu animalium infusoriorum, helminthicorum et testaceorum non marinorum succincta historia. Havn. et Lips. Vol. I. P. I. II. 1773. 74. — Ej. *Verzeichn. d. bis jetzt entdeckten Eingeweidewürmer, d. Thiere, in welchen sie gefunden werden, u. der besten Schriften, die ders. erwähnen. Naturforscher. St.* 22. 1787. p. 33.

6) *Handb. d. Naturgesch.* 8. *A. Gött.* 1807.

7) *Abh. v. d. Erzeugung d. Eingeweidewürmer u. den Mitteln wider dieselbe. Gekr. Preisschr. M.* 10 *K. Berl.* 1782.

8) *Vers. einer Naturgesch. d. Eingeweidewürmer thier. K. Mit* 44 *K. Lps.* 1782.

9) Vermium intestinalium, praesertim taeniae humanae brevis expositio. C. tab. VII. Lps. 1782. Continuatio. C. tab. II. Contin. II et III post mortem autoris ed. à FISCHER. Lps. 1786—88.

Schrank[12]), Gmelin[13]), Bruguière[14]), Cuvier[15]), Zeder[16]), Rudolphi[17]), Lamarck[18]), Bosc[19]), Du-

10) *The genera vermium exemplified by various specimens of the animals. P. I. II. Lond.* 1783 — 88.

11) Lectt. publicae de vermibus intestinalibus imprimis humanis. Holm. 1786. Rec. in J. P. Frank delect. opusc. med. Vol. IX. no. 1.

12) *Verzeichn. d. bisher hinlängl. bekannten Eingeweidewürmer, nebst e. Abh. üb. ihre Anverwandtschaften. München* 1788.

13) Car. a Linné syst. nat. cura J. F. Gmelin. T. I. P. VI. p. 3024 et 3029 sts.

14) *Tableau encyclopédique et méthodique des trois règnes de la nature à Par.* 1791. p. 85 seq. p. 104 seq. Tab. 29—32. tab. 35 — 50. Tab. 79, 80.

15) *Tableau élémentaire de l'hist. naturelle des animaux. Par. a. VI.* (1798). *A. d. Fr. v.* Wiedemann. 2 *Bd. Berl.* 1800.

16) *Erster Nachtrag zur Naturgesch. d. Eingeweidewürmer v.* J. A. Ephr. Goeze. *Mit Zus. u. Anmerkk. Mit* 6 *K. Lpz.* 1800. — Ej. *Anleit. zur Naturgesch. d. Eingeweidewürmer. Mit.* 4 *K. Bamb.* 1803.

17) *Beobachtt. üb. d. Eingeweidewürmer. In* Wiedemann *Arch. f. Zoologie.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 1. *Braunschw.* 1801. 2. *Bd.* 2. *St.* p. 1. 3. *Bd.* 1. *St.* p. 61. 3. *Bd.* 2. *St.* p. 1. — Ej. observatt. circa vermes intestinales. Gryphisw 1793. P. II. ibid. 1795. — Ej. entozoorum s. verminm intestinalium hist. nat. Vol. I. Vol. II. P. I. II. Amst. 1808 — 10. — *Erster Nachtrag zu meiner Naturgesch. d. Eingeweidewürmer. Mag. d. Gesellsch. Naturforsch. Freunde zu Berlin.* 6. *Bd.* 1814. — Ej. entozoorum synopsis, cui accedit mantissa duplex et index. Berol. 1819.

18) *Système des animaux sans vertèbres. Par. a. IX.* 1801. *p.* 331.

19) *Hist. natur. des vers. T. I.* p. 113 etc. p. 263. *T. II.* p. 1.

Dumeril[20]). Praeter eos bene meriti sunt de helminthologia Aristoteles[21]), Swammerdam[22]), Redi[23]), Malpighi[24]), Ruysch[25]), Leeuwenhoek[26]), Vallisnieri[27]), Morgagni[28]), Frisch[29]), Nicholls[30]), Klein[31]), Vandelli[32]), de Limbourg[33]), O. F. Müller[34]), Bloch[35]), Pallas[36]), Herr-

20) *Zoologie analytique.* P. 1804. *A. d. Fr. v.* Froriep. *Weimar* 1806.

21) Hist. animal. lib. V. c. 19. lib. VIII. c. 20.

22) *Bibel der Natur.* p. 317.

23) *Osservazioni intorno agli animali viventi, che si travano negli animali viventi. Firenze* 1684. Vers. lat. P. Coste. L. B. 1729. Rec. in oper. collect. Neap. 1687. Venet. 1728. 1742.

24) Opera posthuma. Amstelod. 1689. p. 112. 113.

25) Opera omnia anat. med. chir. Amstel. 1721—24 passim.

26) Anat. I. p. 69. — Arcan. naturae detecta. p. 341. 399. Continuatio p. 47.

27) *Opere fisico-mediche, raccolte da* Antonio *suo figliuolo. Venez.* 1733. *T. I—III.*

28) Epist. anat. IX. art. 44—46. XIV. art. 42—58.

29) Miscell. Berol. T. III. p. 42—48. T. IV. p. 392—396. T. VI. p. 121. 129.

30) *An account of worms in animal bodies. Phil. transact. Vol.* 49. 1755. p. 246.

31) Tentamen herpetologiae. Leid. et Goott. 1755. p. 58—65.

32) De Aponi thermis etc. Paduae 1756. Patav. 1758 passim.

33) Obs. de ascaridibus et cucurbitinis et potissimum de taenia tam humana quam leporina. *Phil. transact. Vol.* 56. 1766. p. 126.

34) *Abh. von Thieren in den Eingeweiden der Thiere, ins. vom Kratzer im Hecht. Naturforscher. St.* 12. p. 178. — *Unterbrochene Bemühungen bei den Intestinalwürmern. In Schr. d. Berl. Gesellsch. naturf. Freunde.* 1. *Bd.* p. 202.

35) *Beitr. zur Naturgesch. d. Würmer, welche in andern Thie-*

Herrmann[37]), Dux de Holstein-Beck[38]), Braun[39]), Fröhlich[40]), Abilgaard[41]), de Paula-Schrank[42]), Modeer[43]), Treutler[44]), Viborg[45]), Blumenbach[46]), O. Fabricius[47]), Rathke[48]), de Olfers[49]), Leuckart[50]), Creplin[51]).

Dein-

ren leben. Beschäft. d. Berl. Gesellsch. naturf. Freunde. Bd. 4. p. 534.

36) *Bemerkk. über d. Bandwürmer in Menschen u. Thieren.* Ej. *Neue nord. Beitr. St. Petersb. u. Lpz.* 1781. 1. *Bd.* p. 39. *Neue nord. Beitr.* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 58.

37) *Helminthol. Bemerkk.* 1. *St.* In *Naturforscher St.* 17. p. 171. *St.* 19. p. 34.

38) *Bemerkk. üb. d. Trichuriden in den Gedärmen d. Haasen. Naturforscher. St.* 21. p. 1.

39) *Beitr. zur Gesch. d. Eingeweidewürmer. Schr. d. Berl. Gesellsch. naturf. Freunde.* 8. *Bd.* 4. *St.* p. 236. 10. *Bd.* 1. *St.* p. 57.

40) *Beschreib. ein. neuen Eingeweidewürmer. Naturf. St.* 24. p. 101. *St.* 25. p. 52.

41) *Allg. Betrachtungen üb. Eingeweidewürmer etc. Schriften d. naturforsch. Gesellsch. zu Kopenhagen.* 1. *Bd.* 1. *Abth. A. d. Dän. Kopenh.* 1793. p. 24.

42) *Svensk Vetensk Acad. Nya Handl.* 1790. p. 118. — Ej. *Reise nach d. südl. Gebirgen von Baiern. München* 1793. — *Samml. naturhistor. u. physikal. Aufsätze. Nürnb.* 1796. p. 227. 315.

43) Ibid. p. 126.

44) Pr. Ludwig diss. observatt. pathol. anat. auctarium ad helminthologiam h. c. contin. Lips. 1793.

45) *Samml. v. Abhandl. f. Thierärzte u. Oekonomen. A. d. Dän.* 1. *Bd. Kopenh.* 1795. p. 232.

46) *Abbild. naturhist. Gegenstände. no.* 39 et 79.

47) *Dansk. Naturh. Selsk. Skrivter. Bd.* 3. *H.* 2. p. 1. *Bd.* 5. *H.* 1. p. 149.

48) Ibid. *Bd.* 5. *H.* 1. p. 61.

Deinde in Faunis vermes quoque intestinales descripti et depicti inveniuntur, nec non animalium domesticorum vermes in libris tum peculiaribus, cum universalibus de re rustica conscriptis commemorantur. Vermes vero in homine obvios praeter laudatos autores, quicumque de morbis cognoscendis et curandis scripserint, haud omittunt; eorumque mentionem faciunt HIPPOCRATES [52]), CELSUS [53]), PLINIUS [54]), ARETAEUS [55]), GALENUS [56]), CAELIUS AURELIANUS [57]), AËTIUS [58]), ALEXANDER TRALLIANUS [59]), qui primus singularem de vermibus librum conscripsit. Hunc postea

49) De vegetativis et animatis corporibus in corporibus animatis reperiundis. P. I. Berol. 1816.

50) *Zoolog. Bruchst.* 1. *Helmst.* 1819.

51) Observatt. de entozois. P. I. Gryphisw. 1825.

52) Aphor. Sect. III. 26. ed. KÜHN. T. III. p. 725. Epid. lib. IV. p. 542. De morbis lib. IV. T. II. p. 366 (taenia). Praedict. lib. II. T. I. p. 222. Praenot. lib. T. I. p. 99. De judicat. lib. p. 136. Coacae praenott. p. 338.

53) Lib. IV. cap. 17.

54) Hist. naturalis lib. XI. cap. 33.

55) De caussis et signis acut. et chron. morbor. lib. II. cap. I. (hydatides) ed. KÜHN. p. 131.

56) Introductio seu medicus. ed. KÜHN. XIV. p. 755. Comment. in HIPPOCR. aphor. no. XXVI. ed. KÜHN. XVII. P. II. p. 635. — De locis affect. lib. I. ed. KÜHN. VIII. p. 47.; alibi antihelminthica varia commemorantur.

57) De morbis acutis et chron. lib. IV. c. VIII.

58) Tetrabibl. III. Serm. I. c. 39 — 41.

59) De lumbricis epistola gr. et lat. ex translat. H. MERCURIALIS Venet. 1570. Rec. in FABRICII biblioth. graec. VoXII. p. 602.

ea sequuti sunt SAVONAROLA [60]), HIPPOL. BRILLUS [61]), HI. GABUCINUS [62]), NIC. D'URSO [63]), FEL. PLATER [64]), SALANDUS [65]), EPIPHAN. FERDINANDUS [66]), RANCHINUS [67]), AEM. CAMPOLONGUS [68]), STEPH. RODERICUS [69]), W. RAMSAY [70]), KERCKRING [71]), FAIRFAX [72]), HARDERUS [73]), JUNGIUS [74]), STOLTERFOHT [75]), DAN. CLERICUS [76]), FORTUN. BI-

60) Tract. de vermibus, annexus ejusd. practicae canon. de febribus. Venet. 1498. 1561.

61) De vermibus in c. h. genitis. Venet. 1540.

62) De lumbricis alvum occupantibus ac de ratione, curandi eos, qui ab illis infestantur. Lugd. 1549.

63) De vermibus. Neap. 1601.

64) Praxeos med. opus. ed. a FEL. PLATERO, nepote. Basil. 1656. T. II. p. 871.

65) *Tr. sopra li vermi, causse, differenze etc. Verona* 1607.

66) Theorem. med. et philos. *Th.* 22. p. 178.

67) Opuscula med. Lugd. 1627. p. 316.

68) De vermibus, de uteri affect. etc. Par. 1634.

69) Syntaxis praedict. cum triplici elucubratione 1) de animalibus microcosmi. Lugd. 1661.

70) *'Ἑλμινθολογία or some physical considerations of the matter, origination, and several species of worms. Lond.* 1668.

71) Specileg. anat. Amst. 1670. p. 46. 97. 121. 153. 154.

72) De lumbricis. L. B. 1670.

73) Apiarium. Basil. 1687. p. 366.

74) Historia vermium e M. S. schedis auctoris a VAGETIO aliisque eruta. Hamb. 1691.

75) Nova Litt. Mar. Balth. 1699. p. 301.

76) Hist. nat. et med. latorum lumbricorum intra hominem et alia animalia nascentium ex variis auctoribus et propriis observatt. Accessit horum occasione de ceteris quoque hominum vermibus, tum de omnium origine, tandemque de remediis, quibus pelli possint disq. Cum fig. Genev. 1715. — Vers. angl. Lond. 1721.

BIANCHINI[77]), I. G. FISCHER[78]), KRAMER[79]), VAN DOEVEREN[80]), VAN PHELSUM[81]), ANT. DE HAËN[82]), MAYER[83]), WELSH[84]), WENDELSTADT[85]), VIREY[86]), HOOPER[87]), JOERDENS[88]), BRERA[89]), FORTASSIN[90]), BRAD-

77) *Lett. med. pr. intorno all' indole delle febbri maligne colla storia de' vermi dell corpo umano. Venez.* 1750.

78) De vermibus in c. h. et anthelminth. novo. Stadae 1751.

79) Theor. phys. med. de lumbricis c. h. Viennae 1753.

80) Diss. de vermibus intestinalibus hominum. Praecipue de taenia. L. B. 1753. Vers. gall. Lyon et Par. 1764. — Versio germ. WEICHARD *n. e. Vorr. v.* KRAUSE. *Lpz.* 1776.

81) *Natuurkundige Verhandeling over de wormen, welke veltyds in de darmen de menschen gevanden worden. Leeuwarden* 1763.

82) Tr. de vermibus intest. c. h. et ictero coll., rec. additamentis pr. auxit ed. F. DE WASSERBERG. Vien. 1780.

83) *Abh. e. Privatgesellsch. in Böhmen.* 5. *Bd.* p. 77.

84) *Med. papers, communicated to the Massachusetts med. soc. Boston No.* 1. 1790.

85) HUFELAND *Journ.* 11. *Bd.* 3. *St.* p. 119.

86) *Journ. de physique par* DE LA METHERIE. *T. IV.* p. 409. T. 48. p. 453.

87) *Mem. of the Lond. med. soc. Vol. V. no.* 27.

88) *Entomologie od. Helminthologie d. menschl. K. od. Beschreib. u. Abbild. d. Bewohner u. Feinde desselben unter d. Insecten u. Würmern.* 2 *Bde. Hof* 1801 *u.* 2.


compararetur[57]). Attamen fatendum est, vermes non solum hos, sed alios etiam systematis nervosi morbos simulare posse et saepenumero eo tantum, quod iisdem excretis symptomata sileant, probari posse, eosdem morbi caussam fuisse. Cavendum vero est, ne concrementa polyposa vel fibrina[58]) coagulata post haemorrhagiam praegressam, pro verme declaretur. — Praeterea tenendum est, vermes in morbis alius originis nonnumquam partes agere haud negligendas, easque complicatas reddere. Id in febribus[59]) et intermittentibus et remittentibus, in typho[60]) ipso, in inflammatione complurium organorum, in morbis cutaneis, variola[61]), scarlatina[62]), in dysenteria[63]), hysteria[64]),

57) Hufeland Journ. 1828. *Febr.* p. 66. Conf. P. II. Vol. 1. Sect. I. cap. III. §. XVI. art. 5. p. 233.

58) Robert in *biblioth. méd.* 1814. *Mars.*

59) Bouillet in *Hist. de l'ac. des sc. Par.* 1730. p. 55. — Verbeck de synocho putrida epidemica hujus et elapsi anni vermibus stipata. Prag 1758. — Marteau de Grandvilliers *obs. sur quelques fièvres vermineuses singulières accompagnées de symptoms singuliers. Journ. de méd.* T. 17. p. 24. — van den Bosch l. c. — le Pelletier *sur une maladie singulière par des vers. Journ. de méd. T.* 33. p. 347. — Musgrave *essay on the nature and cure of the so called worm fever. Lond.* 1776. — Beireis v. Hinze de febribus et variolis verminosis. Helmst. 1780. — Jahn diss. febrium verminosarum examen. Hal. s. a.

60) In typhosis ascarides per vomitum reddi, quis non vidit?

61) Beireis et Hinze l. c.

62) Mense Januar. a. 1833 puella octennis sub variis symptomatibus gravioribus scarlatinam superaverat et convalescere videbatur. Die tertio Februarii urticaria erupit cum dolo-

ria[64]), scrofula, rhachitide aliisque locum habere propria aliorumque experientia docet, quare suadendum est, ut eorum ratio[65]) aliis in morbis habeatur.

4. Vix datur nostris temporibus medicus, qui tanta mala a vermibus timeat, quanta antiquitas; iique non raro per omnes vitae dies in intestinis residentes ne minimum quidem incommodum excitant, quid quod ad valetudinem conferendam utiles[66]) a quibusdam habiti sunt. HIPPOCRATES lumbricos excretos symptomatibus criticis[67]) adnumerat. Num ascarides unicae et per se vitae periculum faciant, jure in dubium vocatur, easdem vero alios morbos, ad quos accedant, graviores reddere, praeterea multa incommoda ciere, patet. Attamen tenendum est, symptomata utut gra- Prognosis.

ribus colicis, vomitu et jactitatione perpetua. Antihelminthicis propinatis quinque ascarides lumbricoides satis magnae excretae; quo facto aegra tandem vere convaluit et brevi tempore restituta est.

63) Vid. cap. XIII. De dysenteria.

64) Hystericas saepenumero vermibus perturbari, iisque excretis melius se habere vidi.

65) JUNCKER r. AB EXTER diss. de respectu ad vermes in morbis chronicis et acutis habendo. Hal. 1757.

66) J. C. H. ACKERMANN *med. Skizzen.* 2. *H. Lpz.* 1790. *No.* 1 (*über den Nutzen d. Eingeweidewürmer*).

67) Praenott. Ed. KÜHN. T. I. p. 99. „Lumbricos quoque rotundos cum alvi excretione prodire, morbo in judicationem tendente, expedit.“ De judicat. T. I. p. 136. „Lumbricos etiam sub judicationem abire, commodum est.“ Coac. praenott. Ibid. p. 338. „Recrementum alvi . . . . . utile quoque, quod lumbricos teretes abire cogit.“

gravia videantur, quae forte ascaridibus originem debuerint, comparata cum iisdem, quae alius sint originis, hisce multo minorem timorem injicere. Idem vero non valet de symptomatibus, quae ascarides mutata sede excitaverint, quippe quae ab ipsa sede pendeant, uti supra monitum est. Ascarides lumbricoides aliis vermibus intestinalibus minus medicamentis resistunt, et facilius expelluntur, et non raro sponte sub prospera valetudine, sub fine febris, ejusque decursu, in ipso etiam agone secedunt. —

Cura. 5. Cura ascaridibus opponenda quatuor partes comprehendit. a. Vermes enecandi, b. foras ejiciendi, c. eorum origo impedienda, d. eorumque symptomata mitiganda sunt. Quae vermibus infesta et venenosa sunt medicamina *antihelminthica*[68]) dici solent, quaecumque vero methodus iis-

68) De antihelminthicis in universum non solum ascaridibus lumbr., sed etiam cestoideis opponendis remediis et methodis in propriis libris egerunt: F. HOFFMANN r. SIKARDUS diss. de anthelminthicis. Hal. 1693. — STENZELIUS pr. de vermium venenis. Viteb. 1741. — BÜCHNER r. MENTZEL diss. de anthelminthicorum convenienti usu et operandi modo. Hal. 1748. — NICOLAI r. HOECHSTETTER diss. de anthelminthicis. Jen. 1775. — MEYER ABRAHAM diss. sist. cautelas anthelminthicorum in paroxysmis verminosis observationibus illustratas cum analectis practicis ex helminthologia medica. Gott. 1783. DOERING l. p. 202. *Journ. de méd.* T. 64. p. 662. SCHAEFFER diss. sist. anthelminthica regni vegetabilis. Altorf. 1784. — CALVET *manuel théor. et prat. pour le traitement des maladies vermineuses. Par.* 1801. — WACKENRODER comm. de anthelminthicis regni vegetabilis, praemio ornata. Gott. 1826. — WIL-

iisdem opponitur, eodem jure anthelminthica dici meretur. Ex magna antihelminthicorum, quae ascarides pellunt, cohorte sufficiat nominasse stizolobium[69]) (Dolichi prurientis L. aliarumque specierum setas legumina obtegentes) cum syrupo aut melle sub boli forma propinatum, pulverem[70]) carbonum lignorum, radicem dauci[71]) carotae crudam, utpote quae mechanico modo vermes laedant; his accedunt ea, quae vi venenosa vermes enecant, aqua[72]) frigida, radix[73]) valerianae, allium cepa et a. sativum, semina[74]) santonici s. ci-

MANNS comm. de anthelminthicis regni vegetabilis. Gott. 1826. — JACQUET diss. de anthelminthicis. Leodii 1829. — BASCHWITIUS diss. de anthelminthicis brevi morbi verminosi expositione praemissa. Berol. 1831. — WOZNIAKOWSKI diss. de remediis et methodis anthelminthicis. Cracoviae 1834.

69) CHAMBERLAINE *on the efficacy of Cowhage in diseases occas. by worms, to which are added obs. on other anthelminthics of the West-Indies.* 3. *ed. Lond.* 1785.

70) PALLAS *neue nord. Beitr. I.* p. 57.

71) Remedium domesticum in vulgus notum. BREMSER p. 147.

72) PALLAS l. c. p. 63. (Quamquam frigida vermes enecat, ea tamen vix non calefacta in intestinis ad vermes pervenire potest. RUDOLPHI Vol. 1. p. 492).

73) Rec. sal. polychresti, pulv. rad. jalapp., valer. sylv. s. phu aa ʒj, Oxym. squillit. ℥iv. M. D. S. *Viermal tägl. Erwachsenen* 1 *Loth, Kindern* 1—2 *Quentchen.* STOERCK annus med. I. p. 103. 164. 228. 386.

74) Remedium usitatissimum ad lumbricos enecandos. Rec. sem. cinae s. tanaceti ruditer cont. ℥ß, Pulv. rad. valer. sylv. ʒij, Pulv. rad. Jalapp. ʒß–℈ij, Tart. vitriol. ʒjß–ij Oxym. squillit. q. s. ut elect. fiat. D. S. 2—3*mal tägl.* 1 *Kaffeel.* BREMSER l. c. p. 257. Infantibus, qui electuarii

cinae (artemisiae judaicae L.), semina tanaceti [75]) vulgaris, helmintochorton [76]) (conferva helmintochortum s. corallina corsicana), chenopodium [77]) anthelminthicum, cortex angelinae [78]), spigelia [79]) anthelmia et sp. marylandica, semen sabadillae [80]), extractum corticis nucis juglandis regiae [81]), extra-

formam aversantur, praescribere soleo sem. cinae, rad. valer. sylv. infusa, addito sale quodam. Novissimis temporibus Schupmann (Hufeland *Journ.* 70. *Bd.* 1. *St.* p. 132) extractum oleoso-aethereum seminum cinae ab Jehnio inventum commendavit, eumque sequutus est Wesener (Hufeland *Journ. Bd.* 72. *St.* 3. p. 42). Cf. *Med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Preussen.* 1837. *no.* 9. — Num santoninum, quod praeter oleum aethereum seminibus inest, vim antihelminthicam habeat, id quod optandum esset, quoniam odore caret, nondum liquet.

75) F. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. II. p. 333. Pulvis, Extractum et oleum essentiale praesto sunt.

76) Decoctum helmintochorti saturatum saccharo et melle edulcoratum, nec non pulverem P. Frank (l. c. p. 281) post semina santonici prae aliis laudat et commendat. — Sumeire in *Journ. de méd. T.* 52. p. 331. *Samml. auserl. Abh.* 5. *Bd.* p. 549. — Hämmerlen diss. de fuco helmintochorto. Erl. 1792. — W. Farr *an essay on the effects of the fucus helmintochorton upon cancer. Lond.* 1822.

77) Brera *Vorless.* p. 97.   78) Ibid. p. 93.

79) Noverre. Vide Froriep *Notizen* 41. *Bd. no.* 13. p. 207. Syrupus in insula *Martinique* paratur, cujus cochlear majus adulti, infantes triennes vero cochlear minus repetita vice per triduum sumunt, quo facto lene laxans exhibetur.

80) Schmucker in ej. *verm. Schr.* 3. *Bd.* p. 1.

81) Andry *generat. des vers.* p. 142. — Fischer commentat. de vermibus in c. h. et anthelminthicis priore anno inventis. Stadae 1751. p. 14. (℞ Extr. cort. nuc. jugland. ℨij,

tractum cornus circinnatae[82]), excrescens[83]) in Junipero virginea, gallae simile, camphora, aqua[84]), in qua mercurius vivus coctus est, et olea foetida, quae potius ad cestoideos necandos restringi solent, oleum terebinthinae[85]) aliaque, quae potius taeniae opponi solent. Medicamina quaedam, cuti abdominis, praecipue umbilico infricata, sive imposita usum quemdam tulisse dicuntur, v. c. petroleum, allium cepa et sativum, ol. de cajeput, fel taurinum, camphora aliaque. Attamen simul cum illis antihelminthicis purgantia conjungi solent varia, quae quoque sola exhibita sunt; vid. sal mirabile GLAUBERI, tartarus vitriolatus, sal culinare, tartarus emeticus, mercurius dulcis, folia sennae, radix Jalappae. Rarissime vomitoria[86]) lo-

Aq. cinnam. ℥ß. S. Capiantur gtt. xx ab infante trienni et augeatur dosis.

82) RHIND l. c. (℞ Extr. cornus circinnatae (*not the alcalin*) ʒj, Infusi rosarum ℥vj, Syr. mororum ℥ß. S. Ter de die cochlear majus).

83) *Philad. journ. of the med. and phys. sc. Vol. V. no. IX art.* 2. *Med. chir. Zeit.* 1830. 3. *Bd.* p. 35. (Dosis: v—xx gr. ter quaterve per diem).

84) BURSERIUS ep. de anthelminthicis argenti vivi facultate, Fienze 1753. Comment. Lips. V. p. 416.

85) GIBNEY *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 18. p. 358. — RUMSEY in *Med. chir. transact. of Lond. Vol. IX. P. II.* p. 402.

86) VOGEL r. ROHN de usu vomitoriorum ad ejiciendos vermes. Gott. 1765. — MEPLAIN *obs. sur les effets d'une injection d'émétique dans les veines contre une affection vermineuse. Journ. complém. du dict. des sc. méd.* 1823. *Vol. XVII.* p. 372. (In v. medianam brachii sinistri injecit

locum habent, ad hunc solum casum restringenda, in quo ascaris lumbricoides ad ventriculum[87]) pervenerit. Sed remedia et anthelminthica et purgantia, quae majorem vim exserunt, aut caute exhibenda aut procrastinanda sunt, ubi graviora quaedam symptomata, vid. spasmus, dolor, febris aliaque caput extulerint, haec enim prius aptis remediis aut mitigare aut placare decet. — Denique ascaridibus expulsis vires restituendae cum universi corporis, tum intestinorum praecipue et prospiciendum est, ne vermes denuo nimia copia nascantur. Quam ab caussam latente pituita sal ammoniacum, rheum, superstite atonia[88]) amara, tonica, vid. absynthium, gentiana rubra, martialia exhibere convenit. — Praeterea per totum morbum justa diaeta opus est; evitentur farinacea, glutinosa, concedantur carnes cibique eupepti; musculi corporis rite exerceantur, praeterea mora sub dio, habitaculum sanum commendantur. Hoc vivendi modo cura quoque prophylactica, iis necessaria, qui ad vermes gignendos prae aliis dispositi sunt, absolvitur.

§. XXXV.

tart. emet. gr. iv in sero lactis ℥vj soluta, quo facto aegra vomitu multos vermes ejecit; convulsiones, tetanum, trismum a vermibus excitari, qui ad ventriculum aut oesophagum pervenerint, autor putat).

87) Hoc sub casu et frigidae potus et pilulae glaciales, quas Löffler (Hufeland *Journ.* 31. *Bd.* 1. *St.* p. 110) commendat, usum ferunt.

88) Usener diss. de remediis anthelminthicis roborantibus. Erford. 1800.

§. XXXV.

Botriocephalus latus et taenia solium.

1. Botriocephalus[1]) („corpus elongatum, depressum, articulatum; caput subtetragonum, foveis duabus oppositis instructum“ [2])) latus („capite foveisque marginalibus oblongis, collo subnullo, articulis anterioribus rugaeformibus, insequentibus plurimis brevibus, subquadratis latioribus, ultimis longiusculis“ [3])) antea cum taenia solio confusus, primum, ut videtur, pro taeniae singulari specie agnitus est a Felice Platero[4]), quem sequuti sunt Andry[5]), Bonnet[6]) aliique[7]), qui de taenia egerunt; de- Botrioceph. latus.

1) *Syn.* Lumbricus latus Vet. Vermis fascialis aut cucurbitinus. Taenia lata Lin. Taenia primi generis Cler, *le taenia large* Cuv. taenia grisea lata, tenella Pallas, *taenia à anneaux courts, t. à mamelons ombilicaux* Bonnet, taenia membranacea et lata Batsch, taenia articulos non demittens Dionis, taenia osculis lateralibus solitariis, taenia vulgaris, *der kurzgliedrichte breite Bandwurm* Joerdens, taenia prima Plater, halysis lata, membranacea Zeder, *taenia à épine* Andry, *taenia inerme umana* Brera, taenia lata vel candida Fischer; *the broad Tape-worm* Bradley, taenia dentata Werner. Germ. *der breite Bandwurm. Bandwurm* Brems.

2) Rudolphi l. c. Vol. II. P. II. p. 37.

3) Bremser l. c. p. 88.

4) L. c. — van Doeveren l. c. p. 37.

5) L. c. *éd.* 1741. *T. I.* p. 195.

6) *Diss. sur le ver nommé en latin taenia.* In *Mém. de mathem. et phys. présentés. T. I.* p. 478. — Ej. *Nouv. recherches sur la structure du taenia.* In Rozier *obs. de la physique T. IX.* p. 243. Rec. in ej. *oeuvres d'hist. nat. et de philos. T.* 2. p. 65. *T. V. P. I.* p. 178 et p. 213 *add. Supplément ou nouvelles recherches sur la structure du tae-*

denique BREMSER [8]) docuit, hunc vermem non ad taeniae sed ad bothriocephali genus referendum esse; de quo REINLEIN [9]), ERDMANN [10]) et LIEVEN [11]) egerunt. Bothriocephalus latus taenia solio tenuior, latior, ad longitudinem 20 pedum accrescit; latitudo, quo loco maxima est, sex lineas ad pollicem aequat, color albidus, spiritu vini fuscescit (taenia grisea). In capite oblongo, et paullo rotundato foveae duae oblongae, sibi oppositae conspiciuntur, quae autore RUDOLPHIO sugendi munere funguntur, nisi, ut BREMSERO videtur, os inter eas sita est. Collum, vel perspicuis finibus a capite distinctum, vel occulte ex illo oriundum, oculo nudo articulis carere videtur, qui ab armato bene distinguuntur. Articulorum ipsorum latitudo longitudinem superat, ii in medio verme quadratum oblongum referunt, ultimi contra paullo magis in longius trahuntur. Medio in quovis rite formato articulo fovea vel apertura conspicitur, ad quam altera eaque post primam sita subinde acce-

nia. — *Abhandl. v. d. Insektologie von* BONNET *u. a. Naturf. A. d. Fr. m. Zus. v.* GOEZE. *Halle* 1773. p. 1.

7) Vid. n. sequentem. 8) L. c. p. 88.

9) Animadversiones circa ortum, incrementum, caussas, symptomata et curam taeniae latae. C. fig. Vien. 1811. — *A. d. Lat. v.* PREU. Ibid. 1812.

10) *Ein. Worte über d. Bandwurm* (Botrioceph. lat.). *Zeitschr. f. Natur u. Heilk. Herausgeg. v. d. Prof. in Dresden.* 6. *Bd.* 1. *H. no.* 8. p. 164.

11) Diss. nonnulla de taeniis, imprimis de botriocephalo lato ejusque expellendi methodo peculiari. Dorpati Livon. 1834.

cedit. Ex majore fovea nonnumquam stylus eminet, qui pro pene habetur. Circa hanc foveam ovaria floribus similia sita sunt, ex quibus ovula lentibus similia exprimi possunt. Finis caudalis nonnumquam fissus pro capite habitus est, nec non articuli ipsi perforati inveniuntur. — Sedem habet in intestinis tenuibus Helvetorum, Polonorum, Rossorum; praeterea in quibusdam Franco-Galliae provinciis, rarissime in Germania, Anglia, Italia occurrit.

Taenia solium.

2. Taenia[12]) („corpus elongatum, depressum, articulatum. Oscula capitis quatuor suctoria"[13])) Solium LINN. („capite subhemisphaerico, discreto; rostello obtuso; collo antrorsum increscente, articulisque anticis brevissimis, insequentibus subquadratis, reliquis oblongis, omnibus obtusiusculis, foraminibus marginalibus vage alternis"[14])). Libri quam plurimi de taenia conscripti sunt, qui quidem non solum hunc, sed etiam bothriocephalum respiciunt. De taenia vero, antiquitus[15]) nota, ege-

12) *Syn.* Taenia secunda FEL. PLATER. Vermis cucurbitinus Ej. Taenia cucurbitina PALLAS. Taenia articulos demittens DIONIS. Taenia solium, osculis marginalibus alternatis JOERDENS. Halysis solium ZEDER. Taenia longe articulata FISCHER. Taenia osculis marginalibus BRADLEY. Taenia vulgaris WERNER. Lumbricus latus VET. Sicyonia HILL. Taenia humana armata BRERA. GERM. *Bandwurm, Nestelwurm, Kettenwurm; kürbisförmiger, langgliedrichter Bandwurm.* GALL. *le taenia à longs anneaux* CUVIER. *Ver solitaire sans épine* ANDRY. ANGL. *Tape-worm, jointed worm.* HOLL. *Lindworm.*

13) RUDOLPHI Vol. II. P. II. p. 70.

14) Ibid. p. 160.

egerunt SPIGELIUS[16]), FONTANUS[17]), TULPIUS[18]), FEHR.[19]), BORRICHIUS[20]), TYSON[21]), DE HEIDE[22]), WAGNER[23]), GANDOLPHE[24]), SCHOCHER et HAHN[25]), LANCISIUS[26]), COULET[27]), ERNST[28]), NILS ROSÉN[29]), LINNAEUS et DUBOIS[30]), DIONIS[31]), HAS-

SEL-

15) HIPPOCRATES l. c. de morbis. — PLINIUS l. c. — GALENUS l. c. — ALEXANDER TRALLIANUS l. c. — AËTIUS l. c.

16) De lumbrico lato lib. cum ejusd. lumbrici icone et notis. Batav. 1618., Leidae 1664. — Opera omnia ed. VAN DER LINDEN. T. II. p. 85.

17) Utrum in intestinis vermes cucurbitini generentur. Obs. analect. Amst. 1641.

18) Obs. med. lib. II. c. 42. Tab. 7. fig. 1.

19) De hiera picra s. de absynthio analecta. Lips. 1667.

20) De lumbricis latis et cucurbitinis. BARTHOLINI act. Havn. 1675. Vol. 2. p. 148.

21) Lumbricus latus *or a discourse of the jointed worm. Philos. transact.* 1683. *Vol.* 13. p. 113.

22) Lumbrici lati anatome. Experimenta circa sanguinis missionem. Amst. 1686.

23) Obs. de verme fasciali 12 ulnarum et quod excurrit longitudine, innoxie per alvum excreto. Nov. Litt. Mar. Balth. 1699. p. 300.

24) De taenia annotationes quaedam. *Hist. de l'acad. des sc. Par.* 1709. p. 35.

25) De taenia. Lips. 1717.

26) Opera Genev. 1718. Vol. 2. p. 269.

27) Diss. de ascaridibus et lumbrico lato. L. B. 1728. — Ej. tract. hist. de ascarid. et lumbrico lato. L. B. 1729.

28) Diss. de taenia secunda PLATERI. Basil. 1743.

29) *Rön angående Binnike Masken, giorde och insände. Vetensk acad. Handl.* 1747. p. 113. Ej. *Rön om Maskar, och i synnechet om Binnike Masken.* ibid. 1760. p. 159.

30) Spec. ac. de taenia. Ups. 1748.

selquist[32]), Bonnet[33]), König[34]), Unzer[35]), Kaltschmidt et Jaenisch[36]), Cocchi[37]), Roederer[38]), Postel de Francière[39]), Robin[40]), Binet[41]), Weber[42]), Thomas[43]), Kaltschmidt[44]), Pallas[45]), Beddeus[46]), Masars de Cazeles[47]), Andreae[48]), Faulhaber[49]), Marx[50]), Blumenbach[51]),

31) *Diss. sur le taenia ou ver plat, dans laquelle on prouve, que se ver n'est pas solitaire. Par.* 1749. p. 1—60.

32) *Reise nach Palästina in d. J.* 1749—1752. *A. d. Schwed. Rost.* 1762. p. 587.

33) Vide supra.

34) Obs. de ore et proboscide vermium cucurbit. In Act Helvet. Vol. 1. p. 27.

35) *Beobachtt. an d. breiten Würmern* (verm. cucurbit.). In *Hamb. Mag.* 8. *Bd.* p. 312, lat. in Herpetologia. p. 62.

36) Diss. de vermibus et praecipue de specie illa vermium intestinal., quam taeniam vocamus. Jen. 1755.

37) *Discorso sopra i vermi cucurbitini dell' uomo. Pisa* 1750. — Ej. *dei vermi cucurb. Pistoja* 1764.

38) Pr. animadvers. de taenia. Gott. 1760.

39) *Lettre sur le taenia. Journ. de méd. T.* 18. p. 416. — *Réponse* Ibid. T. 26. p. 415.

40) *Lettre à Mr. Postel.* Ib. T. 25. p. 222.

41) *Remarques sur le taenia addr. à M. Postel.* Ibid. T. 34. p. 217.

42) Obs. de taenia. In Ej. obs. med. fasc. 1. p. 32.

43) *Obs. sur le ver solitaire ou taenia. Journ. de méd. T.* 23. p. 68.

44) Pr. de taenia. Jen. 1766.

45) Elenchus zoophytorum. Hag. Com. 1766. p. 401. Vers germ. *v.* Wilkens. *Herausg. v.* Herbst. *Nürnb.* 1787.

46) Diss. de verme taenia dicto. Vien. 1767.

47) *Obs. sur le taenia ou ver solitaire et plus particulièrement sur un taenia percé à jour. Journ. de méd.* T. 29. p. 26.

48) Diss. de taenia. Grön. 1768.

BACH [51]), GOEZE [52]), VAN GLEICHEN [53]) genannt RUSWORM, O. F. MÜLLER [54]), BAUMES [55]), ROSENBLAD et ACHARIUS [56]), CUSSON [57]), MARTINI [58]), BATHSCH [59]), CARLISLE [60]), LENGSFELD [61]), PEROLLE [62]), KATERBAU [63]), TADINI [64]), TESCHENMA-

49) *Gesch. u. Abbild. e. Bandwurms.* In GESSNER *Samml. v. Beob. a. d. Arzneigelahrtheit.* 3. *Bd. no.* 3.

50) Obs. quaedam med. C. fig. aen. Berol. 1772. p. 13.

51) *Gött. Anzeigen* 1774. *St.* 154. p. 1313. *Berl. Samml.* 8. *Bd.* p. 345.

52) *Von der* taenia. In *Neuesten Mannigfaltigkeiten* 1. *Jahrg.* p. 710.

53) *Zerglieder. u. mikroskop. Beobacht. d. Band- u. Kürbiswürmer* In *Beschäft. d. Berl. Gesellsch. naturf. Freunde.* 4. *Bd.* p. 203.

54) *Om Baendal-Ornie.* In *Dansk vid. selsk. Skrift. Nye Samml.* 1. *Deel.* p. 55. Vers. germ. cum GOEZII annotatt. In *Naturf. St.* 14. p. 129. — Vers. gall. in *Obs. sur la physique par* ROZIER et MANGEZ. T. 21. p. 39.

55) *Lettre sur le taenia. Journ. de méd. T.* 56. p. 406.

56) Animadvers. quaedam phys. med. de taenia. Lund. 1782.

57) *Remarques pratiques sur le taenia. Montpell.* 1783.

58) *Gesch. d. Natur in alphab. Ord. Herausg. v.* OTTO. *Th. IV.* p. 666. Art. Bandwurm.

59) *Naturgesch. d. Bandwurmgattung überh. u. ihrer Arten insbes.* M. 5 *K. Halle* 1785.

60) *Obs. upon the structure and oeconomy of those intestinal worms, called taeniae.* In *Transact. of the Linnean soc. Vol. II.* p. 247.

61) *Beschr. d. Bandwürmer u. deren Heilmittel. Wien* 1794.

62) *Obs. et remarques sur le taenia.* In *Journ. de physique. T.* 53. p. 106.

63) Diss. exh. taeniarum specierum in universum et methodorum variarum, quibus haec species, quae hominem in-

macher [65]), Wozniakowski [66]), Marinus [67]), Piltz [68]), Müller [69]), Gerlach [70]), Wawruch [71]), Schuller [72]), Weishaar [73]). Taenia solium [74]), plerumque aliquot tantum (quatuor ad decem) pedes longa [75]), interdum tamen longissima. Latitudo varia, antice vix ultra quartam vel tertiam lineae partem, postice sesquilineam ad tres quatuorve lineas attingit. Crassities pariter ma-

X 2 xi-

colit, expellatur, enumerationem, annexa singularis morbi historia foeminae taenia laborantis. Vratislav. 1819.

64) Diss. de taenia armata in homine vivo. Ticini 1824.

65) Diss. de taenia solio et botriocephalo. Marburg 1826.

66) Diss. de taenia humana, item de staphylomate. Cracoviae 1828.

67) Diss. de taenia. Bruxellis 1830.

68) Diss. de taenia humana. Berol. 1831.

69) Diss. de curatione morbi verminosi praesertim a taenia oriundi. Rost. 1831.

70) Diss. de taenia solio expellenda. Berol. 1833. —

71) Obs. clin. taeniam solium concernentes. Vienn. 1832.

72) Diss. de taenia solio. Pavia. 1837.

73) In *Würtemb. med. Corresp.-Bl. Bd. VII.* 1837. *no.* 2 et 3.

74) Immerito solium (*le ver solitaire*) hic vermis propterea nuncupatus est, quoniam antiquitas putavit, singulas taenias in singulis hominibus occurrere. Id quod recentiorum observationes necroscopicae et clinicae refutarunt, dummodo vel in intestinis simul plures inventae, vel brevi tempore plures excretae sunt taeniae. Imo Rudolphi (*Phys.* 2. *Bd.* 2. *Abth.* p. 239) simul cum taenia solio botriocephalum latum excretum fuisse a foemina Berolinensi testatus est.

75) Bremser (l. c. p. 98) contendit, neminem hucusque vidisse integram taeniam, capite ultimoque articulo caudali praeditam.

xime diversa, ut taenia modo tenuissima et plana, modo satis carnosa et depressa sit. Caput exiguum, polymorphum[76]), plerumque hemisphaericum, depressum, postice rectum aut subexcisum, latius quam longum, nunc vero truncatum, nunc subglobosum; oscula orbicularia plus minus exstantia et approximata antica; rostellum intermedium brevissimum, vel retractum vel subexsertum, apice papilla minima notatum, unciunculorumque parvorum et reflexorum corona[77]) duplici cinctum. Collum capite triplo vel sexies longius, semper brevissimum, antrorsum increscens, a capite tamen dissipatum, postice aequale, planum vel depressum. Articulorum series prima collo latitudine aequalis, plus minus longa (semipedalis et ultra) singulis brevissimis, antice fere rugas transversas sistentibus, angulis lateralibus vix exstantibus. Series insequuta articulos sensim majores, longitudine tamen latitudinem vix excedente, subquadratos, antice subangustatos, marginibus postico subrecto, saepissime crassiusculo, ligamentum quasi referente, lateralibus saepe inaequalibus, hinc crassiusculis, illinc acutiusculis. Series ultima articulos duplo triplove longiores, quam latos, saepe parallelipipedos, continet, marginibus antico et postico rectis, laterali-

um

76) Bremsero (p. 99) autore varia capitis forma inde derivanda est, quod vermis vel aqua frigida vel spiritu vini necatus collo vel diducto vel contracto.

77) Germanis dicitur: *doppelter Hakenkranz.* Ex Bremsero deficit in vermibus grandaevis.

um altero obtuso, medio papilla hiante instructo, altero acutiusculo imperforato. Anguli postici obtusiusculi" [78]). Habitat taenia solium in intestinis tenuibus (rarius crassis) Germanorum, Anglorum, Aegyptiorum, Orientalium. In Galliae provinciis quibusdam et ubique occurrit, ubi botriocephalus latus non invenitur.

3. Sunt, qui optime valentes, inopinato articulos [79]) taeniae solii (de botriocephalo non constat) eosque ultimos sive caudales, qui sponte soluti fuerint, se per anum [80]) expulsisse animadvertant, unde plurimi, nescio quo terrore [81]) capti, pessima quaeque timent. Alii antea aliquid incommodum in ventre perceperant, vel morbo manifesto originis dubiae laboraverant. Quod- Symptomata.

78) Rudolphi Vol. II. P. I. p. 162.

79) Vermes cucurbitini dicti, quorum jam Hippocrates l. c. mentionem fecit.

80) Rarissime accidit, ut taeniae particulae ex intestino perforato delaberentur. Spöring (*Svensk Vet. ac. Handl.* 1747. p. 103) et Mouling (*Journ. de méd. T.* 56. p. 330) referunt taeniae particulas ex hernia inguinali exulcerata delapsas esse; et Darbon (*Archiv gén. T. V.* Hufeland *Bibl. Bd.* 55. p. 171) refert, articulos taeniae per vesicam urinariam cum urina excreos fuisse.

81) Hodie (die 30. Mai. 1831) femina robusta, obesa, mediae aetatis, 5 infantum mater, apud me fuerat, asserens se jam ex lustro taeniam cucurbitinam evacuare; idque modo in frustulis, cum et sine faecum evacuatione, nunc ad ulnarum longitudinem plurium, sed sine omni sanitatis detrimento. Imaginatio multum laesa a foedo morbo, ad quem debellandum omnia se facere paratam esse declaravit. (Ex schedis Jos. Frankii.)

Quodsi enim vel plures vermes in intestinis lateant, ipsique valde increverint, aeger in regione ventriculi sensationem morsus, suctionis, tensionis, doloresque habet, in infimo ventre autem motum undulosum, acidis, amarisque assumtis evectum, vel pondus loco certo circumscriptum, corporis cujusdam adscensum et relapsum, persentit. Abdomen modo hic, modo illic imprimis in regione umbilicali tumet. Appetitus ciborum vel nullus, vel evectus, ita, ut ipsa nocte[82]) cibi quaerantur; jejunus aeger dolorem quemdam in praecordiis et leve fastidium persentit, quod cibis cedere solet, nonnullis vomituritiones superveniunt. Vires dejectae, corpus macilentum, facies pallida, lurida, livida, nasus quasi prolongatus, pupilla angustior. Animus nunc tristis, nunc hilaris, delirio et ipsa mania perturbatur. Subinde accedunt caligo ante oculos, eorumque illacrymatio, lipothymiae, vertigo[83]), lassitudo, extremitatum stupor[84]) et torpor, ad paralysin[85]) accedens, sensus ponderis in cruribus, tremores artuum, convulsiones[86]), epilepsia[87]), catelepsis, chorea St. Vi-

82) De Haën rat. med. T. XII. p. 219. (Aegra, quae octodecim taenias secum habuit, die noctuque comedere coacta fuit.)

83) Hufeland *Journ. Bd.* 38. 2. *St.* p. 30. 84) Ibid.

85) Moll (*Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates* 28. *Bd.* p. 242) de aegro paralytico refert, qui taenia excreta restitutus est.

86) Siblon *obs. sur un taenia. Journ. de méd. T.* 60. p. 22.

87) Omodei *Giorn.* 1832. *Sett. Oct.* p. 395.

Viti, insultus hysterici[88]), hypochondriaci aliaque

88) „Die 31. Octobris 1790 Mediolani pro muliere 30. circiter annorum in consilium vocatus sum. Corpore robusto, magno, pulchro praedita, nunquam malis aliis subjecta, florida, temperamento vivo praedita, haec ante 11 annos circiter corripitur ad vaginam pruritu maximo, cum vaginae constrictione tali, ut vix digitum admitteret minimum. Quamvis vero coitum non adeo adpeteret, pruritus tamen ille nullo sopiri modo potuit, et cum ad fricationem seu scalptum partium genit. cogeret, sequebatur dolor, voluptas cum leipothymia mixta et quae pollutionibus feminae similia sunt. Vocatus in consilium Bursierius, nymphomaniae speciem adesse credit, varia exhibet remedia, graviditatem non suspicatus, quae tamen adest. Post aliquos nempe menses mulier parturit, sana alias remanet, sed lac uberibus non adquirit. Retrocedit post breve tempus in vagina pruritus et alia phaenomena revertuntur. Ab injectione emolliente in vaginam, vel et in anum (ob continuam fere obstructionem alvi) a cannula vix admota, titillatio, talisque sensibilitas, ut quasi a coitu, dolore quidem, sed mox voluptate aequali afficeretur. Post 6 annos iterum gravida. Praeter hoc tempus menstrua semper debita fluxerunt. Absoluto jam partu, alias sanissima, sed melancholica, amicam adit, quae ex hysterismo in maniam delapsa, funis coerceri debuit. Corripitur ingenti horrore, simile quid sibi praedicit, et post aliquot dies convellitur. Interim haec sensim sensimque augentur, continuat vaginae adfectio. Sub axillis foetidissimus sudor nunc comparet, qui adhuc superest, sine ulla tamen excoriatione. Expulsio nulla cutim unquam foedavit. Quo tempore menses fluunt, a convulsione libera est; sed haec nunc quovis die superaccedit, imprimis dum aliquid comedit. Quondam in fortissima tali convulsione, medicus Hetruriae quidam, frusta glaciei palmis manuum, et temporibus admovet: oritur insignis per totum corpus, inprimis per caput, dolor, sed

que incommoda, quae quoque ascaridibus lumbricoidibus excitari solent. Sunt taeniosi, qui musicam[89]) perferre non possint, quippe quae incommoda verminosa evehat.

Diagnosis. 4. Vermem cestoideum in intestino latere cognitu et difficillimum et facillimum est; siquidem ex sym-

post pauca minuta penitus ad se redit aegrota, finitur convulsio. Aquas minerales bibit: ab hoc tempore convulsiones quotidie redeunt, augetur tristitia, adpetitus perit, quin moles corporis et elegantia pereat. Stomachi regio inflata tumet, non dura est; veuter mollis, naturali non crassior, aut durior. Post convulsiones factorum non recordatur, in his ipsis vero saepe delirat. Per totum corpus, sed inprimis ad nasi radicem, saepe dolores; femora saepe sensum tumefactionis, stuporis experiuntur, non tamen inflata magis; sitis magna a paroxysmis. Data fuerant remedia antispasmodica, roborantia quaevis; dein balnea tepida; omnia cum malo potius, quam bono rerum successu. In hae rerum obscuritate, interrogavi, num vermibus nunquam laboraverit aegra? respondit medicus et maritus, vermes utique, et quidem t a e n i a e portiunculas ante aliquot annos ano excrevisse. Credidi igitur hanc ipsam in caussa tam singularis mali esse, et consului oleum Ricini cum tinct. fol. sennae, dein vero et radicem filicis adhibere.“ (E schedis P. Frankii.)

89) „Sat pulchra femina hodie apud me fuit, foetorem narium accusans. Quum de nulla affectione locali dubitare potuerim, ad taeniam conclusi, licet caetera ejusdem symptomata defuerint, praeter motum in abdomine motui foetus similem. Rem acu tetigi; nam aegra saue taeniam evacuavit. Quaerenti si musicam perferret, respondit; „*muzyka mnie nudzi*“ (fastidium mihi affert). Mater hujus aegrae maxime a taenia cruciatur. (Jos. Frank in scheda). Cf. P. Frank epit. I, s. p. 243.

symptomatibus modo dictis tale quid haud concludere licet, articuli vero ejecti dubium non relinquunt. Etsi vero vermes adesse liquet, tamen cavendum est, ne praepostere his [90]) nimium tribuatur. — Taenia solium et botriocephalus latus vel solo articulo conspecto facile distingui possunt eo, ut forma oblonga taeniae, latior vero botriocephali respiciatur; praeterea foveam supra descriptam media in superficie plana botriocephalus, taenia vero in margine articuli habet. Caeterum uterque eadem incommoda excitare videtur.

5. Utut taenia timorem et terrorem injicere soleat, tantum tamen periculum vitae non struit et nondum liquet, num hic vermis lethifer umquam fuerit. Nec incommoda ut plurimum modum excedunt et rarius morbi graviores a vermibus cestoideis, fortasse numquam ab iis solis excitantur. — Ex altera vero parte fatendum est, eos magna cum difficultate et taeniam solium bothriocephalo difficilius expelli et enecari posse. Saepe enim accidit, ut remedio exhibito major pars expellatur, et aeger ab hospite liberatus esse sibi videatur, nihilotamen secius temporis decursu vermis indicia redeant. Prognosis.

6. Ut botriocephalus latus et taenia solium enecentur et expellantur, multa et varia medica- Cura.

mi-

90) Primus omnium aegrorum, quos curavi, mihi traditus in instituto clinico Lips. a. 1806. taenia et epilepsia laboravit; illa vero expulsa ab hac non liberatus est. Simile quid mihi saepius et ipsis hisce diebus accidit.

mina exhibita sunt, e quibus maxime laudantur: stannum[91]) purum et granulatum vel limatum, limatura martis[92]), carbones lignorum[93]), quippe quae mechanico modo vermes offendant, aqua frigida[94]), lac equorum[95]), pulvis radicis polypodii filicis maris[96]), oleum[97]) s. extractum fili-

91) Jam a PARACELSO commendati medicamenti ALSTON (*med. essays and observat. by a soc. in Edinb. Vol. V. P. I.* p. 89) renovavit usum. PALLAS in *Nord. Beitr.* 1. *St.* p. 55. — BLOCH l. c. p. 56. — MAY r. ROUSSY diss. de egregio aeque ac innocuo stanni in; emungendis vermibus primarum viarum, praeprimis taeniae speciebus certis sub cautelis usu., Heidelb. 1789.

92) BENEDIX in RUST *Mag.* 22. *Bd.* p. 253.

93) PALLAS *Nord. Beitr. St.* 1. p. 59.

94) ROSENSTEIN *Kinderkrankh.* 22. *Abschn. Wien* 1793. p. 466. — PALLAS l. c. p. 63.

95) KORTUM in HUFELAND *Journ.* 34. *Bd.* 4. *St.* p. 119.

96) DIOSCORIDES de mat. med. lib. IV. c. 183. ed. KÜHN. T. 1. p. 677. — PLINIUS hist. nat. lib. 27. c. 9. — GALENI meth. med. lib. XIV. c. 19. ed. KÜHN. T. X. p. 1021. — Remedium contra taeniam usitatissimum nostris temporibus ad ʒß-j vel solum vel simul cum aliis exhibetur.

97) a MARINO (*Berl. Jahrb. d. Pharm.* 26. *Bd.* 2. *St.* 1824) aethere sulfurico adhibito, a BUCHNERO autem (*Repertor.* 23. *Bd. St.* 3. 1826. p. 433) ope alkoholis extractum ab eodem Extractum filicis maris resinosum et a MICHAËLIS (GRÄFE *u.* WALTHER *Journ. f. Chir.* 12. *Bd.* p. 506). Extractum filicis maris cum aethere sulfurico paratum dictum, primum PESCHIER, cujus frater medicamentum primum comparaverat, Genevae, ubi botriocephalus regnat, exhibuit. (*Nouv. bibl. méd. Sept.* 1825. p. 151. HUFELAND *Journ.* 61. *Bd.* 6. *St.* p. 143. Ibid. *Bd.* 64. 1. *St.* p. 135. GERSON *u.* JULIUS *Mag.* 11. *Bd.* p. 133.

filicis maris PESCHIERI, juglans [98]) regia, cortex [99]) ra-

Bulletin 1826. *Avril.* p. 363. FRORIEP *Notizen* 13. *Bd.* p. 73. HORN *Archiv* 1826. *Sept. Oct.* p. 350.) Post eum quam plurimi medicorum ejus usum laudant: KAHLEIS in HUFELAND *Journ.* 68. *Bd.* 3. *St.* p. 76. — BARETINI diss. de filicis maris oleo. Regiom. 1827. - SCHÖNEMANN in HORN *Archiv* 1828. *Sept. Oct.* p. 850. — *Verhandll. d. med. chir. Zeit. d. Kantons Zürich in d. Herbstsitz. d. J.* 1827. 3. *H.* — EBERS in *Revue méd.* 1828. *Août.* p. 237 et in HUFELAND *Journ.* 66. *Bd.* 1. *St.* p. 43. — ERDMANN diss. de virtute et vi medica Extracti filicis maris resinosi ad taenias expellendas. Dorpat. 1833. — FRIEDRICH in *Summarium d. Neuesten u. Wissenswürdigsten a. d. ges. Med.* 4. *Jahrg.* 1835. 8. *H.* — ALLÉ in *med. Jahrb. d. österr. Staates.* 23. *Bd.* 2. *H.* p. 230. — ULERSBERGER in *Jahrb. d. ärztl. Vereins zu München.* 2. *Jahrg.* — v. HASELBERG in *med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Preussen.* 1837. *no.* 32. — Remedium in electuario, in pilulis et in emulsione exhiberi potest ita ut aeger gr. 15 ad 20 vespera et totidem insequentis diei matutino tempore jejunus, bihorio autem post utramque dosin praeterlapso aut oleum Ricini aut Infusum foliorum sennae compositum sumat. Quo facto botriocephali integri, taeniae vero particulae tantum expelluntur. Huic praeterea PESCHIER clysma ex olei ʒß cum amyli ℥ß contriti et in aquae tepidae ℥xij soluti paratum opponit.

98) DIOSCORIDES de mat. med. lib. I. cap. 178. ed. KÜHN. p. 156.

99) Pulveris corticis radicis granatorum ℈ij singulis horis aut decocti ex ℥j-ij cum Aquae ℔iß ad ℔j Col. ab aegro jejuno quaque dimidia hora unciae duae tresve capiuntur. Hoc medicamentum jam AËTIUS (Tetrabibl. III. Serm. I. c. 40. („corticem radicis mali punicae acidae in suprema parte delibratum") laudaverat; sed recentioribus temporibus BUCHANAN compertus est, remedium incolis insulae

radicis granati, Brayera[100]) anthelminthica, cortex Geoffreae [101]) Surinamensis, vinum seminum

St. Domingo usitatum esse idque Europaeis commendavit (*account of an Indian remedy for tape-worm. Edinb. med. and surg. journ. Vol. III. fasc. IX. no.* 8. p. 301) quem postea sequuti sunt POLLOCK (*Edinb. med. and surg. journ. Vol. IX. Oct.*), BURT (*Biblioth. de méd. Brittannique red. par* MILLINGEN. *No.* 1. *Dec.* 1814), BRETON (*on the efficacy of the bark of the Pomegranate tree in cases of taenia commun. by* ROGET. *Med. chir. transact. Vol. XI. P. II.* p. 301, versio Germ. autore HECKER in HUFELAND *Journ.* 54. *Bd.* 1. *St.* p. 92), GOMEZ (*memoria sobre a virtude taenifuga da romeira com observações zoologicas e zoonomicas relativas a taenia. Lisboa* 1822. GERSON *u.* JULIUS *Mag. der ausländ. Lit.* 6. *Bd.* p. 427. *Journ. complém. du dict. des sc. méd. T. XVI.* p. 24 et p. 193), BOURGNOISE (FRORIEP *Notizen* 10. *Bd.* p. 175), DESLANDES (*Nouv. bibliothèque méd. et Bulletin de l'Athenée* 1825. *Sept.* FRORIEP *Notizen* 12. *Bd.* p. 73), WOLFF (HUFELAND *Journ.* 61. *Bd.* 2. *St.* p. 111), PLACE (diss. de usu cort. rad. Granati. Berol. 1825), STRAMBIO (*Giorn. crit. di med. analit.* 1826. *Febbr.* p. 294. HECKER *lit. Ann.* 7. *Bd.* (p. 66), D'ALQUEN (HORN *Arch.* 1829. *Jan. Febr.* p. 117), ... (*Bulletin* 1829. *Oct.* p. 115 et *Dec.* p. 363), SIEHR (diss. de cortice radicis Granati. Berol. 1829), DELAPORTE (*La clinique des hopitaux.* 1829. *no.* 9), MÉRAT (*du taenia et de sa cure radicale par l'écorce de racine de grénadier. Par.* 1832), ... (OMODEI *Giornale* 1834. *Aprile.* p. 30), MEISINGER (*med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates.* 15. *Bd.* p. 547), JUTMANN (Ibid. 16. *Bd.* p. 611).

100) *Nouveau journ. de méd.* 1822. *Août.* GERSON *u.* JULIUS *Mag.* 4. *Bd.* p. 555 (in Abyssinia usitatissima).

101) SCHWARTZE diss. de virtute corticis Geoffreae Surinamensis contra taeniam. Gott. 1792 („℞ Pulv. gross. cont. Geoffreae Surin. ℥ij, Inf. aq. font. ℔ij, Spir. vini rectif.

num colchici[102]), chinium sulfuricum[103]), asa foetida, camphora[104]), petroleum[105]), oleum de cajeput[106]), terebinthina[107]) veneta, oleum terebinthinae[108]), oleum animale DIPPELII[109]), oleum empy-

℥iv. Stet vase clauso in digestione per sex dies, dein coque leni igne, donec post Col. ℔j remaneat. S. Consumatur per tres dies sic, ut duobus primis diebus mane ventriculo jejuno ter per unihorium cochlearia duo, tertio die autem totius Infuso-decocti reliqua pars per cyathos sumatur. Quarto die purgans ex rad. Jalapp. et Kalom.").

102) *The London med. repository.* 1824. *Mars.* — Et mihi innotuit casus taeniae sub usu vini seminum colchici aliam ob caussam propinati redditae.

103) KUNZSCH in GRÄFE u. WALTHER *Journ.* 14. *Bd.* p. 660.

104) ℞ Camphorae ʒß, Gi. arab. ʒj, Aq. font. ℔ß, Ter. misce. D. S. Cochlearia singula. MOSCATI (BRERA *Vorless.* p. 99).

105) In Aegypto usitatum (HASSELQUIST *Reise nach Palästina in d. J.* 1749—1752. *A. d. Schwed. Rost.* 1762. p. 587), ad guttas xx-xxx propinatur. — SCHWARZ (HUFELAND *Journ. Bd.* 12. *St.* 3. p. 173. *Bd.* 13. *St.* 4. p. 182) petrolei et essentiae asae foetidae aa ʒvj per biduum quaternis vicibus ad gtt. xL, tertio die singulo trihorio ad cochlear parvum cum fructu exhibuit.

106) RUDOLPHI l. c. Vol. 1. p. 495.

107) HUFELAND *Journ.* 62. *Bd.* 6. *St.* p. 117. (℞ Terebinthinae ven. ʒj, saponis Jalappini ʒß, Extr. hyosc. gr. iv, Calomel gr. viij. M. form. pilul. pond. gr. ij. S. Quaque tertia hora capiantur quaternae pilulae). — WENDT *om hensigtsmässig Fornyelse af Laxeer- og Purgeermidlers Anvendelse i forskjellige Sygdomme. Kopenh.* 1827 (praemittit terebinthinae ʒj, dein kalomel, sequente vero die exhibet gi. guttae).

108) FENWICK *on the use of oil of turpentine in taenia.* (*Med. chir. transact. of London Vol. II.* p. 24), LAIRD

pyreumaticum CHABERTI[110]) s. oleum anthelminthicum (*Gött. gel. Anzeigen* 1811. *St.* 117. p. 1763), CROSS et CHAUMETON (*Journ. de méd. chir. et pharm. par* LEROUX. *Vol.* 35. 1816. *Janv. et Févr.*), HARTLE (*Edinb. med. and surg. journ.* 1815 *od.* 1818. *July*), RUMSEY (*Med. chir. transact. of London Vol. IX. P. II.* p. 391. 402), HAYWARD (*The new England journ. of med. and surgery Vol. VIII. Boston* 1819), KLAPP (*american med. recorder cond. by* EBERLE. *Vol. III.*), KNOX (l. c.), KENNEDY et DORWAL (*The Lond. med. repository edit. by* COPLAND *and* DUNGLISON. *Vol.* 19. *Febr.* 1823. *Avril*), OSANN (HUFELAND *Journ. Bd.* 43. *St.* 3. p. 31), DE POMMER (Ibid. *Bd.* 60. *St.* 5. p. 3 et *St.* 6. p. 44), ERMISCH (Ibid. *Suppl. d. J.* 1825. p. 140), L. FRANK (*Journ. complém. du dict. des sc. méd. T.* 22. p. 23), SCHMIDTMANN (Summa observationum med. Vol. III. p. 53 et HUFELAND *Journ.* 70. *Bd.* 5. *St.* p. 57. Nota), PASCOLI (*Uebersicht üb. d. im J.* 1825—26 *in d. med. prakt. Schule zu Insbruck gepflogene Heilverfahren. Insbr.* 1829), CARRESI (*Giorn. crit. di med. analit.* 1826. *Marz.* p. 430. HECKER *lit. Annalen d. ges. Heilk.* 7. *Bd.* p. 356), MERK (*Würtemb. med. Corresp.Bl. Bd.* 9. *no.* 28. p. 224) testati sunt, se minores doses cum fructu et maximas (℥ij) sine damno exhibuisse. Sed BAUMGAERTNER (*Annalen der Bad. Sanitäts-Comm.* 2. *Jahrg.* 2. *H.* p. 66) inde enteritidem excitatam esse vidit. Oleum terebinthinae vel merum vel cum vitellis ovorum subactum (MERK l. c.) vel cum mucilagine et oleo Ricini conjunctum (PASCOLI l. c.) vel postea Kalomel et gummi guttae exhibitis, propinatur.

109) RUDOLPHI l. c. Vol. 1. p. 494.

110) Hoc medicamentum, cujus usum nos quoque experti sumus, primum a CHABERTO (*traité des maladies vermineuses dans les animaux. Par.* 1782. alt. ed. 1787. Vers. germ. *Mit Anmerkk. u. Zus. von* MEYER. *Gött.* 1789. GOEZE *Naturgesch.* p. 376. CHABERT, FLANDRIN *u.* HUZARD *voll-*

cum BREMSERI. Praeterea purgantia, eaque fortiora in auxilium vocantur, sal mirabile GLAUBERI[111]), sulfur[112]) non ablutum, oleum Ricini[113]), oleum nucum[114]), folia sennae, radix rhei, radix Jalappae, resina Jalappae, herba gratiolae, aloë, scammoneum, gummi guttae[115]), helleborus niger, veratrum album, grana Tiglii[116]) et oleum crotonis[117]), semina sabadilli, kalomel. REBSAMEN[118]) eme-

stünd. Handb. d. Vieharzneik. 2. *Bd.* p. 522) animalibus, dein a BREMSERO hominibus quoque summo cum fructu exhibitum est, uti infra amplius docebitur. Olei animalis empyreumatici una pars tribus olei terebinthinae partibus admiscetur; quatuor diebus praeterlapsis destillatur, donec dodrans transierit. Idem remedium et BENEDIX (HUFELAND *Journ.* 59. *Bd.* 2. *St.* p. 117. RUST *Mag. Bd.* 22. p. 255) et ERDMANN (*Zeitschr. f. Natur u. Heilk. d. med. chir. Akad. in Dresden.* 5. *Bd.* p. 164) collaudant.

111) DE WEIGEL pr. de antihelminthicis et euporisto contra taeniam. Gryphisw. 1796. — HUFELAND in Ej. *Journ. Bd.* 1. *St.* 1. p. 439.

112) SCHNUHR in RUST *Mag. Bd.* 18. p. 116.

113) DUNANT in *Journ. de méd. T.* 49. p. 44. *Samml. auserl. Abh.* 4. *Bd.* p. 304. — ODIER *Journ. de méd. T.* 49. p. 333 et p. 450. *Samml. auserl. Abh.* 4. *Bd.* p. 476 et 5. *Bd.* p. 233.

114) PASSERAT DE LA CHAPELLE in *Journ. de méd. T.* 6. p. 305.

115) WERLHOF (Opera Hannov. 1775. p. 735. Nota.) ℈j cum saccharo matutino tempore exhibet. Saepius cum aliis purgantibus conjungitur.

116) VAN DOEVEREN l. c. p. 299.

117) BALLY in *la clinique des hôpitaux.* 1829. *no.* 2 — OMODEI *Annali* 1825. *Apr. et Maggio.* p. 48. — WEIDMANN in v. POMMER *Zeitschr. f. Nat. u. Heilk.* 2. *Bd.* 3. *H.* p.

emetico propinato botriocephalum, qui in ventriculo sedem habuit, removit. Illa remedia externe quoque abdomini applicari suasum est, commendantur enim infrictiones gummi guttae, colocynthidis aliorumque drasticorum sub forma unguenti, terebinthina in ovi vitello soluta, extractum absynthii in aqua menth. pip. solutum, oleum de cajeput, petroleum cum allio et felle taurino recenti, cataplasmata ex allio, tanaceto, absynthio, herba lini et aceto, oleum tanaceti in felle taurino, linimentum e felle taurino, sapone, oleo tanaceti, vel cum camphora, aloë etc. Sueci[119]) araneam vivam in putamine nucis dimidiato et excavato inclusam umbilico alligare dicuntur, quo facto spatio duodecim horarum taenia abiisset. — Quodsi vero non liquet, utrum taenia adsit, nec ne, primum cura probatoria quam dicunt, praemitti solet, dummodo dicta medicamenta, uti terebinthina[120]), magnesia carbonica[121]), fructus fragorum[122]), pulv. rad.

399 (Emulsionis ex oleo papaveris ℥iv cum olei crotonis gtt. vj paratae et cochlear minus singulis horis propinatur.)

118) v. Pommer *Zeitschr. f. Nat. u. Heilk.* 2. *Bd.* 1. *H.* p. 34 (Pulv. rad. ipecac. gr. L et tart. emetici gr. vi in duas partes divisa sumta sunt, quo facto botriocephalus per os ejectum est.)

119) Hufeland *Journ.* 69. *Bd.* 1. *St.* p. 101.

120) Thilenius et Kaempf (℥vj ope vitelli ovi in aquae libra solutas ante somnum consumere suadent).

121) Meyer *Journ. der Erfind., Theorien u. Widersprüche.* *St.* 22. p. 127.

122) Vogel Ibid. *St.* 23. p. 124. — Geletneky Rust *Mag.* 16. *Bd.* p. 416.

rad. filicis maris [123]) drachmae aliquot, sequente laxante, alex [124]) acetarium vespere, sequente purgante postero die rell. propinantur, quo facto articuli secedunt, comprobantes, cestoideorum ullum adesse. Quod ubi constat, purgantia cum antihelminthicis vario modo conjunguntur, variaeque medendi rationes et methodi excogitatae sunt, quorum nonnullas addidisse juvabit. Earum celeberrima est 1° methodus NUFFERIA [125]) in omnibus operibus helminthologicis decantata, attamen nec tuta, nec periculi expers, qua adhibita bothriocephalus imprimis expellitur. Matutino tempore Pulv. rad. filicis maris ℨiij in aquae fl. til. ℥iv-vj sumuntur, quae si forte vomitu rejectae fuerint, tribus horis elapsis repetita vice exhibentur; dein sequitur purgans: ℞. Panaceae mercurialis, Res. Scammonei, aa gr. xii. Gi. guttae gr.

123) BREMSER l. c.

124) SCHMIDT l. citando — ℞ Pulv. rad. jalapp. gr. xv, Pulv. sem. cyn. ℈ß, Pulv. gi. gutt. hydrargyri muriat. mitis aa gr. vj, Elaeosacch. tanaceti ℨj. D. S. Sumatur cum syrupo. Postea aegro decoctum coffeae tostae multo cum syrupo, aut jus carnium pingue propinatur.

125) *Traitement contre le taenia ou le ver solitaire prat. à* Morat *en Suisse, examiné et éprouvé à Par. Publ. par Ordre du Roi. Par.* 1775. Rec. in ROZIER *journ. de phys. T. VI.* p. 460. Vers. angl. (auctore SIMMONS). *Lond.* 1777. 1785. Appendix 1778. — *Précis du traitement etc. à Par.* 1775. Gall. et Germ. *à Strasb.* 1775. Vers. germ. Erl. 1776. — *Beschreib. des Bandwurms nebst den Mitteln wider dens., bes. demjenigen, welches auf Befehl des Königs in Frankreich bekannt gemacht worden. Kempten* 1776. 2. *A.* 1777.

gr. v. Fiat cum confectione hyacynth. bolus. D. aegerque magnam aquae copiam haurit. — 2° Huic similis est methodus HERRENSCHWANDII[126]), itidem bothriocephalo inimica, fortasse illa periculosior. — 3° ODIER[127]) vero illius lente purgantis loco, praemisso filice, exhibet Olei Ricini ℥iij. — 4° BOURDIER[128]) saturatum rad. filicis maris decoctum cum aetheris sulphurici ʒj et olei Ricini ℥ij, syrupo quodam edulcoratum exhibet; praeterea simile decoctum cum aetheris ʒij ano injici jubet. — 5° BLOSSFELD[129]) pulveris filicis maris ʒj additis vini dulcis, quod *Muscat-Lunel* appellant ℥jß-℥ij quinta sextave hora matutina audita exhibet, aliumque post sexagesimas aliquot substituit, si ille forte vomitu rejectus fuerit, eandemque dosin singulis horis repetit, donec vermis abit (utplurimum sex vel septem, rarius octo ad duodecim doses requiruntur). Pridie curam aeger, antequam cubitum it, pultem ex pane albo, butyro largissimo fere omnino insulso et lacte paratum edere debet. — 6° Methodus Wirtembergica[130]) a

126) *Abh. v. d. vornehmsten u. gemeinsten innerl. u. äusserl. Krankh. A. d. Franz. Bonn* 1788. p. 444.

127) L. c. — In curanda taenia hanc methodum simplicem et minus fortem saepius eo cum fructu sequutus sum, ut particulae vermis, sed non integer expelleretur. — VOGEL (RUST *Mag.* 26. *Bd.* p. 406) similem curam, quae a vetula instituta est, commemorat.

128) FRANK epitom. lib. VI. P. III. p. 288.

129) LIEVEN l. c. p. 48.

130) *Würtemb. Staats- u. Regierungsblatt.* 1821. *Allg. Literatur-Zeit.* 1822. *Jan. no.* 23.

a Collegio medico publici juris 1821 facta. ℞. Rad. filicis maris ℥j, coq. c. Aquae ℔iij per horam, sub finem coctionis adde Cort. Mezerei ℈j-ʒß-ʒj, Col. adde pulv. filicis maris ʒij-iij.D. Hoc decoctum aeger matutino tempore aut uno haustu aut pluribus intra horam sumat, dein corpus exerceat sub dio. Tribus, quatuorve horis elapsis, eidem porrigantur Kalom. et ferri sulfurici aa. gr. x. et repetantur, si forte vomitu rejecta fuerint, et nisi vespere vermis excretus fuerit, insuper Rad. rhabarb. et jalapp. aa. gr. xl. — 7° Alston[131]) curae initium die Jovis sub luna decrescente, exhibito laxante sennato et mannato facit, die Veneris mane stanni granulati ℥j cum syr. hollandici ℥iv, die Sabbatis stanni ℥ß cum syr. ℥ij et die Solis totidem exhibet, die Lunae curae finem denuo exhibito laxante facit. — 8° Matthieu[132]) praescribit A) ℞. Limaturae stanni anglici puri ℥j, Pulv. rad. filicis maris ʒvj, Pulv. sem. cinae ℥ß, Pulv. rad. Jalappae resinosi, Salis polychresti aa ʒj. M. fiat c. mellis communis sufficiente quantitate electuarium. — B) ℞ Pulv. rad. Jalappae resinos. Salis polychresti aa ℈ij Scammon. Jalapp. ℈j Gummi guttae gr. x. M. fiat cum melle communi electuarium. Primum electuarii sub A notati cochlear minus omni bihorio per biduum aut triduum porrigitur; postea electuarii alterius B bihorio cochlear minus sumitur,

Y 2 do-

131) L. c.

132) Formey *Ephemeriden.* Hufeland *Journ. Bd.* 10. 2. *St.* p. 199.

donec vermis abierit. — 9° Clossius[133]) praemisso quatuor per septimanas ciborum acrium et salsorum usu et Opii grano aliquot per dies vespere adhibito, quarta quintave hora pomeridiana audita dedit pulverem e Mercur. dulc. gr. xii. Lapid. cancr. ppt. gr. xij, Specif. cephal. M. gr .vj. compositum aegro, qui antequam lectum petat, Ol. amygd. dulc. ℥ij hausit. Sequente die exhibetur dosis una, duae aut tres hujus pulveris ℞. Gi. gutt. gr. xxxvj, Rad. angel. gr. viij, Pulv. card. ben. — antepilept. March. aa. ℈j M. F. pulv. subtiliss. divid. in tres partes aeq. D. — Consimili cura Beck [134]) et Wagler[135]) utuntur. — 10° Himly [136]) primum purgans ex merc. dulci et jalappa aut gratiola, deinde pilul. ex fell. taur. insp., tereb. ven., asae foet. aa ʒij, Extr. aloës ℈ß-j compositas, porro Elect. e stanno c. sem. santonici et rad. filicis maris et Roob Dauci aut Oxym. squillit. postea Naphth. vitr. et ol. asphalt vel Chaberti et denique frigidam, glaciem et Extr. aur. exhibuit. — 11° Hufeland[137]) primum allium sativum cum lacte decoctum matutino tempore, eodem die post meridiem et vespere Olei Ricini cochlear majus, et praeterea Limaturae stanni ℥ß cum conserva rosarum administrat, nec non petroleum

133) Fritze *med. Annalen I.* p. 308. — Baldinger *neues Mag.* 13. *Bd.* 2. *St.* p. 148.

134) Hufeland *Journ.* 17. *Bd.* 2. *St.* p. 153.

135) Benedix in Rust *Mag. Bd.* 22. p. 249.

136) Müller de curat. morb. verm. p. 45.

137) Hufeland *Journ. Bd.* 10. *St.* 3. p. 178.

leum abdomini infricari jubet. — 12° Methodos, quas LAGENE[138]), 13° LIEUTAUD[139]), 14° RATHIER[140]), 15° DE HAUTESIERCK[141]), 16° SCHMUCKER[142]) sequuti sunt, silentio praeterire licebit. - 17° Novissimis temporibus BREMSER[143]), persuasus illas methodos contra taeniam solium certum praesidium non praebere, ad olei CHABERTI usum confugit, idque laudibus extollit, quibus aliorum[144]) et propria[145]) experientia ducti non possumus non assentire. Ille vero praemittit electuarium anthelminthicum supra[146]) laudatum, quo consumto olei CHABERTI bina cochlearia parva in aquae haustu matutino et vespertino tempore sumi jubet, continuato ejus usu 10—12 dies purgans ex rad. Jalapp. ℈j, fol. senn. ʒß tart. vitriolati ʒj compositum, in tres quatuorve partes divisum, quatuor horarum spatio exhibet. Postea repetitur usus olei CHABERTI, donec quatuor ad quinque vel in casu pertinaci sex ad septem unciae consumtae sunt. — Rarius vermes quidem in-

138) *Journ. de méd. Vol.* 45. p. 220.

139) *Précis de la matière méd. T.* 1. p. 432.

140) *Journ. de méd. T.* 28. p. 44.

141) *Recueil d'observat. T.* 1. *App.* Formulae medicamentorum. p. 42.

142) *Verm. chir. Schr.* 3. *Th.* p. 1. 143) L. c. p. 191.

144) BENEDIX in RUST *Mag. Bd.* 22. p. 255.

145) Anno 1812 oleum CHABERTI puero bienni solum dedi idque cum hoc fructu, ut postea ne vestigium quidem taeniae, cujus jam primo aet. anno articuli cucurbitini excreti fuerant, compareret.

146) Vid. §. XXXIV. 5. Nota.

integri, utplurimum eorum particulae maceratae, solutae excernuntur. Etenim haec cura non talis est, ut taenia vi expellatur, sed enecetur. — 18° Methodus SCHMIDTII, quam CASPER [147]) publici juris fecit. ℞ Pulv. rad. valer. min. ʒvj, Foliorum sennae ʒij, fiat l. a. Infusum Col. ℥vj, adde Natri sulphurici crystallisati ʒiij, Syrupi mannati ℥ij, Elaeosacchari tanaceti ʒij. M. D. S. Singulis horis cochlear majus. Haec medicamina prima curae die usque ad horam vespertinam septimam porriguntur; sequente die pilulae in usum vocantur hae: ℞ Asae foetidae, Extract. graminis aa. ʒiij, Pulv. gi. guttae, rad. rhei, jalappae aa. ʒij, ipecacuanhae, herbae digitalis purpureae, Sulfuris stibiati aurantiaci aa. ℈ß, Hydrargyri muriatici mitis ℈ij, Olei tanaceti aetherei, olei anisi aetherei, aa. gtt. xv. M. fiant l. a. pilul. ponderis gr. ij, conspergendae lycopodio. D. S. Singula hora pilulae sex cum syr. hollandico sumantur. Dimidia hora post primam dosin sumtam elapsa, olei Ricini cochlear majus propinatur. Praeterea decoctum coffeae tostae sine lacte multo cum syrupo aut saccharo prima et secunda curae die hauritur nec non harengi usus prima die commen-

147) HUFELAND *Journ. Bd.* 67. *St.* 2. p. 49 et RUST *Mag. Bd.* 27. p. 503. SIEMERLING (HUFELAND *Journ.* 69. *Bd.* 1. *St.* p. 97) effectum hujus curae praecipue syrupo et saccharo tribuit. RUST (*Mag.* 31. *Bd.* 3. *St.* p. 557), WITTKE (Iibid. 38. *Bd.* 2. *H.* p. 269) et GOTTEL (GRAEFE *u.* WALTHER *Journ.* 26. *Bd.* 1. *H.*) hujusce curae effectum comprobant.

mendatur. — 19° Methodus SIMERLINGII[148]) medicaminum farragine illam ipsam superat. A) Cura praeparatoria ita composita est: a. Species pro vino amaro: ℞ Aloës lucidae ℥ß ℈j, Herbae tanaceti, centaurei minoris aa. ℥ß, Ligni quassiae, kali carbonici puri aa. ℥j. M. fiant Species pro vino amaro. ℞ Spec. pro vino amaro ℥iijß ℈j, Aq. fontanae ℥xxviij, Spiritus frumenti ℥viij. Digere et cola S. vinum amarum. b. Species pro vino laxativo: ℞ Foliorum sennae Alexandrinae ℥xij, herb. rutae, menthae piperitae, trifolii fibrini, uvae ursi aa. ℥iv. M. fiant species S. Species pro vino laxativo. ℞ Specierum pro vino laxativo ℥viij, Magnesiae sulfuricae, aquae fervidae aa. ℥xij, Vini Gallici albi M. ij. Digere l. a. Cola S. Vinum laxativum. — ℞ Vini amari, Vini laxativi aa. ℥iv, Magnesiae sulfuricae ℥j, Aquae amygdalarum amararum concentratae ʒjß, Aq. fl. aurantiorum, Syrupi ejusdem aa. ℥ß, Elaeosacchari valerianae, elaeosacch. tanaceti aa. ℈ij. M. D. S. Vinum herbarum. Sumatur ter per diem cyathus parvus. Eodem tempore aeger jusculum e cerevisia, pane, sem. carvi et zingibere paratum, harengi frustulum, vel jusculum vitulinum, nec non amygdalas aliquot amaras et passa majora assumit, sumtis tribus vini cyathis, vespere hora nona magnam copiam tuceti Italici (*Sardellensalat*) consumit et bihorio demum praeterlapso quamlibet frigidae copiam haurit. B) Sequente die hora sexta matutina Pulv. filicis maris ʒiij c. Aq. cera-

so-

148) HUFELAND *Journ. Bd.* 71. *St.* 6. p. 69.

sorum nigrorum ℥vj propinantur, dimidia hora post Olei Ricini cochlear majus cum jure carnium pingui (*Bouillon*), quadrante horae post iterum eadem dosis, eodemque temporis spatio vel dimidia hora elapsa ejusdem Olei cochlearia duo, postea singulo quadrante horae cochlear unum, donec ℥iv—vj consumtae sunt. Si bihorio post oleum consumtum vermis non abierit, aeger ol. terebinthinae cochlear majus in juris carnium vase et hora praeterlapsa eamdem dosin sumere debet. Tertio abhinc die Pulveris[149]) laxantis Dimsd. compos. gr. XLV et tandem tinctura[150]) roborans in usum vocantur. — Quodsi ex nobis quaereretur, quaenam harum methodorum eligenda sit, fateri non haesitamus ad botriocephalum expellendum ODIERI methodum, aut Extractum oleo-resinosum filicis maris sufficere, ad taeniam solium vero superandam methodo BREMSERI et cortici radicis Granatorum palmam concedendam esse. Saepe accidit, ut taenia ex ano propendens abrumpatur ejusque caput et superiores partes in intestinis retineantur. Id quidem minus curat BREMSER[151]); qui vero aliam methodum

149) Pulvis laxans Dimsd. simplex: ℞ Tart. stibiati gr. iv, Lapid. cancrorum ppt., Merc. dulc. aa ʒij. M. F. p. — Pulv. laxans Dimsd. compositus: ℞ Pulv. lax. Dimsd. simpl., sacch. albi, pulv. rad. jalapp. aa ℥ß. M. fiat pulvis.

150) ℞ Tinct. aromat., Tinct. chinae compositae aa ℥j, Tinct. amarae ℥ß, Spir. sulf. aether. mart. ʒij-iij, Aetheris sulf. ʒß. M. D. S. Sumantur diebus singulis bina cochlearia minora in vino fortiore (*Graves*).

151) L. c.

dum sequuntur, suadent, ut in lasano aqua tepida insit eique aeger quietus insideat, nec vermem protrahat. Vermis quoque acido borussico[152]) tactus est, ut enecetur, sed incassum[153]). Tubulus[154]) excogitatus est, qui in anum immissus taeniam propendentem circumdans vim sphincteris ani prohiberet. Avulsa taenia PLACE[155]) clysmata ex decoct. cort. rad. granat. parata suadet, quibus retenta pars educatur. Tandem ejecta vel enecata taenia eaedem indicationes valent, quas supra[156]) curam ascaridum lumbric. docentes exposuimus. — Veteres suaserunt, ut sub luna decrescente cura instituatur; satius vero erit, recentiorum medicorum in hac re praecepta sequi, qui quidem jubent, ut potissimum mensibus Martio usque ad Iunium, quibus articuli sponte abire solent, contra taeniam agatur; praeterea tempestas calidior frigidiorve, in foeminis catamenia, graviditas, puerperium evitentur.

CAPUT

152) CAGNOLA in *Annali univers. di med.* GERSON *u.* JULIUS *Mag. Bd.* 2. p. 177. GELNECKE in HUFELAND *Journ. Bd.* 58. 6. *St.* p. 122.

153) VOGEL in RUST *Mag.* 26. *Bd.* p. 407. — ERDMANN in HUFELAND *Journ.* 64. *Bd.* 3. *St.* p. 62.

154) A chirurgo Petropolitano Berger. REHMANN FRANKIUM per literas de hac re certiorem fecit. Epit. lib. VI. P. III. p. 292.

155) L. c. p. 23.

156) §. XXXIV. no. 5.

Caput VIII.

De affectionibus flatulentis.

§. XXXVI.

Definitiones. Literatura.

Definitio.

1. Quaecunque affectiones ab aëre vel in tubo alimentario retento, vel ex eodem emisso, provocantur, eas *affectiones flatulentas* [1]) dicimus.

Enumeratio specierum.

2. Huc pertinent: a) Ructus [2]), i. e. emissio aëris ex ventriculo, per oesophagum et os, b) borborygmi [3]), motus aëris in tubo intestinali retenti, indeque producti strepitus, c) crepitus [4]), aëris ejectio per anum, d) flatulentia [5]), transitoria abdominis ejusve partis extensio per aërem, e) meteorismus [6]), illa subitanea, acuta, cum fe-

1) *Syn.* Pneumotosis P. Frank (hoc vocabulum Veteres alio sensu sumserunt, siquidem Kuttenberg Diss. de pneumatosi Lips. 1709 sub eo intelligit secretionem spirituum animalium in cerebro).

2) *Aufstossen, Rülpsen.* Gall. *rot.* Vid. P. III. Vol. I. Sect. II. §. XLIX. art. 3. p. 211. —

3) A *βορβορος* caenum, lutum, descendit *βορβορύζω* i. e. sonum edo similem ei, quem audimus, quum lutum pedibus calcatur. Germ. *Knurren, Gurren im Leibe.* Angl. *Murmuring of the guts.*

4) Germ. *Blähungen, Winde.* Gall. *vents.* Latini distinguere dicuntur inter peditum et crepitus ventris, dummodo illud sub silentio, hi vero cum strepitu quodam vel humido vel stridente, gravi acutoque ex ano prodeunt.

5) Germ. *Aufblähung des Leibes.*

6) A *μετεωρος*, sublime. Gall. *météorisme.*

febre conjuncta aëris congestio in abdomine, inde extenso, inflato et resonante, et f) tympanites [7]), perstans, perpetua aëris retentio in abdomine, indeque natus elasticus digiti impressioni renitens, tensus, levis, utplurimum sub percussione resonans abdominis praecipue anterioris, et medii, a decubitu supino vix subsidens, nec mutabilis tumor [8]).

3. Ast non solum in intestinis et abdomine, sed in aliis [9]) quoque cavitatibus, nec non in tela [10]) cellulosa subcutanea aër repertus est. Qualescumque vero retentiones aëreas ante P. FRANK [11]) in peculiaribus libris COMBALUSIER [12]), MARUGI [13]) et post eum KUMMER [14]), SUE DE CANNES [15]), NOHL [16]), FODERÉ [17]) pertractant. Ructus Hip- Literatura.

7) Tympania. A τυμπανίζω, tympani instar sono. Hydrops siccus HIPPOCR. Pneumatosis perennis P. FRANK. GERM. *Windsucht, Trommelsucht, Bungensucht.* GALL. *Tympanite.* ANGL. *tympany.*

8) Alias definitiones exhibent COMBALUSIER l. c. p. 23. — BRENDEL l. c. §. 1. — SCHULZ l. c. — CULLEN nosol. meth. gen. 73. p. 212. — P. FRANK l. c. p. 71.

9) Pneumothorax.

10) Emphysema vid. P. 1. Vol. II. c. 43. p. 609.

11) Epit. lib. VI. P. 1. p. 38.

12) Pneumatopathologia. Par. 1747.

13) *Le malattie flatuose. Napol.* 1786.

14) Diss. de tumoribus flatulentis. Viteb. 1810.

15) *Diss. aperçu sur les pneumatoses intestinales. Par.* 1816.

16) Diss. de pneumatosi. Berol. 1832.

17) *Essay théor. et prat. de pneumatologie humaine, ou recherches sur la nature, les causes et le traitement des flatuosités et de diverses vésanies etc. Strasb.* 1829. — *Uebers. v.* FITZLER. *Ilmenau* 1832.

Hippocrates[18]), Galenus[19]) et vix non omnes commemorant, qui de morbis eorumque signis scripserint; separatim de iisdem egerunt et observationes singulares communicarunt Zacutus Lusitanus[20]), Bartholinus[21]), Borellus[22]), Hecquetus[23]), Vehr[24]), Wedel et Ehrhard[25]), Alberti et Müller[26]), Goelicke[27]), Scheffelius[28]), Fürstenau[29]), Marcus Herz[30]), Darwin[31]), Jördens[32]), Suttinger[33]). Borborygmi per transennam commemorantur ab autoribus, qui de affectione flatulenta egerunt. De pedito scripserunt Gocleni-

18) De morbis lib. II. ed. Kühn. T. II. p. 285 et alias.

19) De symptomatum caussis lib. III. ed. Kühn. T. VII. p. 240 et multis aliis in locis.

20) Praxis med. admiranda. lib. II. obs. 8.

21) Hist. anat. cent. III. no. 21.

22) Hist. et observatt. cent. I. obs. 62.

23) *De la digestion. T. II. Nouv. éd. Par.* 1730. p. 320.

24) Diss. de oxyregmia. Francof. ad V. 1689.

25) Diss. de ructu. Jenae 1698.

26) Diss. sist. casum peculiarem de morbo motuum habituali ex imaginatione sub ructuum schemate enato. Hal. 1732.

27) De morbo ructuoso Hippocr. Franc. ad V. 1734. In Baldinger select. opuscul. doct. viror., quibus Hippocrates illustratur. Goett. 1782. no. V. p. 142.

28) Pr. de necessitate diagnoseos causarum morbificarum, deque ructibus putridis nauseaque, cruditatis in ventriculo acidae saepe signis. Gryphisw. 1748.

29) Act. nat. cur. Vol. VI. obs. 6. p. 24.

30) *Briefe an Ärzte.* 1. *Samml.* 2. *A. Berl.* 1784. p. 171.

31) *Zoonomie.* 2. *Th.* 1. *Abth.* p. 277.

32) Hufeland *Journ.* 2. *Bd.* p. 562.

33) Ibid. 48. *Bd.* p. 113.

NIUS[34]), STREVARTZIUS[35]). De flatibus vero, utpote in tubo alimentari contentis, et flatulentiam exhibentibus inde ab HIPPOCRATE[36]) ad nostra usque tempora plurimi medicorum egerunt, eorumque haud pauci iis justo plus tribuerunt. Quorum nominasse sufficiat AËTIUM[37]), CAELIUM AURELIANUM[38]), PAULUM AEGINETAM[39]), FIENUM[40]), KENTMANN[41]), PAYER[42]), SCHARLACH[43]), FABER[44]), FRIDERICI[45]), MAPPUS et SCHEID[46]), CAMERARIUS et OSIANDER[47]), MR. HOFMANN[48]), VAN HELMONT[49]), BRUNO[50]), STAHL et KÜL-

34) Physiologia crepitus ventris et risus. Francof. 1607. Pl.

35) Diss. de peditu. 1641. Pl.

36) De flatibus lib. (spurius) ed. KÜHN. T. I. p. 569. — ZWINGER comment. in HIPPOCRATEM de flatibus etc., vid. comment. XXII. HIPPOCRAT. Basil. 1579. — ALEMANNUS comm. in HIPPOCRATEM de flatibus. Par. 1557.

37) Tetrabibl. III. Serm. 1. c. 27.

38) Morborum chron. l. III. c. 2.

39) Lib. III. c. 38.

40) De flatibus. Antw. 1582. Amst. 1643. — FIENUS redivivus *od. Arzneik. d. Blähungen u. Windkrankh. zu curiren. Stuttg.* 1674. — *Schneeb. u. Lpzg.* 1744.

41) De exhalationibus fumosis et vaporosis, flatuosisque spiritibus in macrocosmo et microcosmo. Hal. 1591.

42) Diss. consid. flatuum. Lips. 1529.

43) Diss. de ventorum et his in corpore humano analogorum flatuum generatione et caussis. Francof. 1614.

44) Naki arabum s. flatus ambulatorius. Argent. 1633.

45) Diss. de spiritibus sylvestribus flatulentis. Jen. 1671.

46) Diss. de flatibus quaestiones decem. Argent. 1675.

47) Physographia. Tub. 1678. — Ej. physotherapia. Ibid. 1680.

48) Diss. de aëroteria. Altd. 1680.

49) Opera Francof. 1682. p. 398.

Külbel[51]), Schacher[52]), Landau[53]), Kielmann[54]), Mieg[55]), Careni[56]), Siegert[57]), Delius et Mohr[58]), Schroeder[59]), Phoebus[60]), Zanchi[61]), Zeviani[62]), Magnus[63]), I. K. H. Ackermann[64]), I. Ch. G. Ackermann[65]), Gutfeldt[66]), Vidal[67]), Scheib-

50) Diss. de flatibus, seu aeolus microcosmo commodans et incommodans. Altdorf 1687.

51) Diss. de flatulentia. Hal. 1708.

52) (Pr. de flatibus in c. h.) Lips. 1723.

53) Diss. de flatuum fallaciis. Altdorf 1733.

54) Diss. de flatuum fallaciis. Argent. 1749.

55) Diss. de flatibus. Basil. 1752.

56) De aëris ingressu in ventriculum ejusque circulo usu et elatere, de flatibus, de tympanitide, eorumque differentiis ac tandem de alimentis flatuosis. Mediol. 1757.

57) Diss. de flatibus. Pragae 1760.

58) Diss. pathemata graviora a flatuum caussa occulta oriunda. Erl. 1758. *Abh. v. Blähungen u. Dünsten, als einer verborgnen Urs. vieler schweren Zufälle. A. d. Lat. Nürnb.* 1766.

59) Medicina flatuum, morborumque exinde pullulantium. Marb. 1773.

60) Diss. de pathologia flatuum, eorumque therapia generali Hal. 1790.

61) *Abh. üb. d. Blähungen. A. d. Ital. Dresd. u. Lpz.* 1793.

62) *Trattato del flato a favore degl' ipocondriaci. Verona* 1761. — *Üb. d. Hypochondrie, hypochondr. Flatulenz, Windsucht u. d. übr. Blähungsbeschwerden. A. d. Ital. Lpz.* 1794.

63) Diss. de aëre, quem primae viae continent. Francof. 1796.

64) *Über Blähungen u. Vapeurs. Zeiz* 1794.

65) *Abh. üb. d. Blähungen. Altdorf.* 1800.

66) Horn *neues Arch. f. med. Erfahr. Bd.* 6. p. 187.

67) *Essay sur le gaz animal, considéré dans les maladies. Marseille* 1809. Sedillot *Journ. de méd. T.* 34. p. 422.

Scheibler [68]), Baumés [69]). Meteorismum quicunque morbos omnes ac singulos eorumque signa describunt, commemorant, Plenker [70]), Mayer [71]), Veillet [72]) singulis in libris pertractant, nec non Stoll [73]) duas ejusdem species distinguit. Tympanitidis mentionem faciunt Hippocrates [74]), Galenus [75]), Aëtius [76]), Aretaeus [77]), Celsus [78]), Avicenna [79]), Benivenius [80]), Fienus [81]), eamque ub-

68) Diss. de aëre intestinali. Berol. 1829.

69) *Tr. des maladies venteuses ou lettres sur les causes et les effêts de la présence des gaz ou vents dans les voeis gastriques* 1832. *Séc. éd. Par.* 1837.

70) Diss. de meteorismo ejusque praecipuis speciebus. Vienn. 1783. Rec. in Eyerel Coll. diss. Stoll. III.

71) Diss. de meteorismo ejusque speciebus praecipuis. Traj. ad Viadr. 1796. — Ej. *Samml. v. Beobacht. etc.* p. 238.

72) *Considérations sémiologiques sur le météorisme du bas ventre dans quelques maladies. Strasb.* 1803.

73) Rat. med. T. II. p. 22.

74) Aphor. IV. II. ed. Kühn. Vol. III. p. 728. Coac. praenott. ed. c. Vol. 1. p. 281. 309. 310. hydropem siccum Hipp. tympanitidem esse, jam veteres rati sunt, quibus Prosper Martianus (Magnus Hippocrates, Prosperi Martiani notationibus explicatus. Romae 1618. p. 410) contradicit, ratus hydropem siccum Hippoc. esse ascitidem cum marcore et ariditate corporis.

75) Definit. med. no. 281. ed. Kühn. Vol. XIX. p. 424. et alibi.

76) Tetrabibl. III. Serm. II. c. 10.

77) De c. et s. diuturn. morb. lib. II. c. I. ed. Kühn p. 125.

78) Lib. III. c. 21.

79) Canon. lib. III. Fen 14. tract. 4. c. 7.

80) De abd. morb. et curatt. causis. c. 81.

81) De flatibus c. 24.

uberius pertractant ERHARD[82]), SCHELLHAMMER et ZENCKER[83]), WELSCH[84]), FRIDERICI et RICHTER[85]), STRAUCH[86]), VEHR[87]), DELAFONT[88]), WOLLEBIUS[89]), DE BERGER et STISSER[90]), TILINGIUS[91]), JACOBI[92]), VATER et SCHULTZE[93]), SCHAFER[94]), NEBEL et JOERGER[95]), FISCHER[96]), FICK et SCHILLING[97]), SPIES et SCHÜTTE[98]), BLACKMANN[99]), DALRYMPLE[100]), FÜRSTENAU et GERMANN[101]), NEUMANN[102]), BRENDEL et SCHLÄGER[103]),

82) Diss. de tympanitide Basil. 1613.

83) Diss. de hydrope tympanite Jen. 1644.

84) Diss. de tympanitide. Lips. 1655.

85) Diss. de hydrope tympanite. Jen. 1672.

86) Diss. de tympanitide. Lips. 1685.

87) Diss. de hydrope sicco. Francof. 1686.

88) De hydrope tympanite. Genevae 1697.

89) Diss. de tympanite Basil. 1698.

90) Diss. de tympanite. Viteb. 1700.

91) Diss. de tympanitide. Brem. 1706.

92) Diss. de tympanite. Erf. 1712.

93) Diss. de hydrope sicco et flatulento. Vit. 1713. VATER et ETZLER diss. de scirrhis visc. occasione sectionis viri tympanite defuncti. Ib. 1723. Rec. in HALLER dissert ad hist. morb. Vol. IV. no. 111. p. 21.

94) Diss. de tympanite. Rost. 1717.

95) Diss. de tympanite. Heidelb. 1718.

96) Diss. de tympanite; *von der Windsucht.* Erf. 1719.

97) Diss. de hydrope sicco s. tympania. Jen. 1722.

98) Diss. tympanitis theoriam et therapiam exhib. Helmstad. 1724.

99) *Diss. on a dropsy, a tympany* etc. *Lond.* 1727.

100) Diss. de tympania. Edinb. 1731.

101) Diss. de tympanite. Rintel. 1733.

102) Diss. de tympanitide. Erf. 1735.

GER[103]), WIESNER[104]), BUECHNER et ADOLPH[105]), DETHARDING et A WESTEN[106]), JUNCKER et TENDAL[107]), JUNCKER et HEIG[108]), KALTSCHMIED et BOLMANN[109]), WALBAUM[110]), HEISTER[111]), HALLER[112]), MORGAGNI[113]), HUNTER[114]), MONRO[115]), MARTIN[116]), LABORDE[117]), MARCORELLE[118]), DE HAËN[119]), KADELBACH[120]), ROSENBLAD[121]), BAUMER et

103) Diss. de tympanite: Gott. 1747. — Opera II. p. 121.

104) Diss. de inflatione ventriculi Altdorf. 1749.

105) Diss. de rarissimis et gravissimis tympanitidis extra intestina speciebus. Hal. 1755.

106) Diss. de inflammatione sanguinea causa tympanitis. Rost. 1759.

107) Diss. theoriam tympanitidis sist. Hal. 1760.

108) Diss. therapiam tympanitidis sist. Hal. 1760.

109) Diss. sist. tympaniae pathologiam. Jen. 1760.

110) Diss. de tympanitide. Frcf. ad Rh. 1760.

111) *Wahrnehmungen. I.* no. 15. — Ephem. nat. cur. cent. V. obs. 84. p. 162.

112) Opusc. pathol. obs. 26. p. 50.

113) De sed. et c. morb. ep. 38. art. 23. 24. 25.

114) *Bemerkk. e. Gesells. zu London. 2. Bd.* p. 16. 3. *Bd.* p. 24. 313. 334.

115) *Descript. of all the bursae mucosae.* p. 41.

116) *Journ. de méd. T.* 25. p. 251.

117) Ibid. *T.* 29. p. 264.

118) *Mém. de mathémat. et physiq. présentées. T. VI. no.* 57.

119) Ratio med. P. II. c. 5. P. IV. c. III. §. 1. P. XI. cap. 4. §. 7.

120) Tympanitidis pathologia. Lips. 1772. Tympanitidis therapia. Lips. 1777. Versio germ. in *neuesten Samml. d. auserles. u. neuesten Abh. f. W. A. St.* 5. p. 58.

121) Diss. de tympanite intestinali. Lond. Goth. 1774.

et EBERTZ[122]), DUSSEAUX[123]), LABORDE[124]), DE FLÜE[125]), VAN DER SANDE[126]), RICHTER[127]), DE HALEM[128]), SCHULZ[129]), TRNKA DE KRZOWITZ[130]), SACHSE[131]), BELL[132]), MARC[133]), SCULLY[134]), RINTEL[135]), KUMMER[136]), FRIEDRICHS[137]), SCHMIDT[138]), LOYENS[139]).

§. XXXVII.

Symptomata. Necroscopia et aëris exploratio chemica.

Ructus. 1. Frequentissime accidit, ut illaesa valetudine, post coenam lautiorem, edaces, quique justo ci-

122) Diss. de veris tympaniae caussis ac rationali curatione. Giessae 1774.

123) *Journ. de méd. T.* 51. 1779. p. 308. *Auserl. Abh. f. pr. Ä.* 5. *Bd.* p. 241.

124) *Journ. de méd. T.* 29. p. 264.

125) Diss. de tympanite. Viennae 1783. Rec. in EYERBL Diss. Vol. 1.

126) Diss. de tympanite ejusque indole ex anatome illustrata. Gron. 1784.

127) Diss. de tympanitide. Argent. 1783.

128) Diss. de tympanite. Francof. 1785.

129) Diss. de. tympanitide. Gott. 1787.

130) Historia tympanitidis. Vindob. 1788.

131) Diss. de tympanite. Gott. 1794.

132) *On ulcers and tumours.* 2. *Vol. Syst. of dissect. ad tab. II.*

133) *Mém. de la soc. méd. d'émulation. T. VI.* p. 342.

134) Diss. de tympanitide. Edinb. 1801.

135) Diss. de tympanite. Gott. 1808.

136) L. c. p. 18. §. 13.

137) Diss. de tympanitidis diagnosi caussis et prognosi. Rost. 1812.

138) Diss. de tympanitide. Berol. 1825.

139) Diss. de tympanite. Leodii 1828.

citius deglutire solent cibos, praevio plenitudinis sensu in praecordiis, cum emolumento nec sine voluntatis imperio complures ructus edant. Praeterea vero insoliti casus observati sunt, in quibus infiniti [1]) ructus ederentur, vel iidem [2]) toto fere vitae curriculo, adeoque frequenter, ut inter duo etiam vocabula redderentur, perdurarent. Zacutus Lusitanus [3]), Alberti et Müller [4]), Wedel [5]) et M. Herz [6]) referunt casus, in quibus ru-

1) Bartholinus l. c. (spatio horae quadrantis plus quam 400 in hysterica numerati). Wedel in Ephem. nat. cur. dec. 1 a. II. obs. 193. p. 294 (ructus continui creberrimi sub paroxysmo febris tertianae in hysterica).

2) Borellus l. c.

3) L. c. Mercator Lusitanus — — „adeo curis et assiduis imaginationibus spiritum maceravit, ut quinque mensium spatio — in ructum incideret, ita molestum et importunum, ut nec momento temporis vel solus, vel in corona hominum esse possit, quin adstantes ructus violenti sono audito interturbaret."

4) L. c. p. 6. Decursu temporis ructus in virgine hysterica excitati sunt primo conspectu ciborum, dein verbis institutionis sacrae coenae, porro libro legendi caussa adsumto.

5) L. c. p. 25. „A novem mensibus vir reverendus 45 annos natus simul cum vehementibus circa praecordia doloribus experiebatur ructus crebros noctu et interdiu, jejunus non minus ac pastus, appetitu simul et digestione constante."

6) L. c. „*Das Aufstossen hielt* (in puero 15 annor.), *ohne eine halbe Stunde auszusetzen, beständig an und brachte einen Schall hervor, dessen Heftigkeit einem Pistolenschusse glich, so dass man ihn im ganzen Hause hören konnte und alle Nachbarn nicht wenig dadurch beunruhigt wurden.*" Haec

ructus enormes plures per menses uno fere tenore, somno excepto continuarent. JOERDENS[7]) refert de viro 58 annos nato, qui insolitos ructus edidit, et diaphoreticis, laxantibus et carminativis, nec non roborantibus restitutus est. I. P. FRANK[8]) virginem vidit antea chloroticam postquam diros et diuturnos abdominis dolores passa fuerat, primum sub saltatione, cum a socio cum impetu volutaretur, ructus copiosos et maxime sonoros edentem, qui postea redirent, ubi corporis pars quaedam frictione affecta fuerit. Idem[9]) refert, mulierem, quotiescumque sibi crines ac pilos pecteret, traheret, copiosos ructus excutiisse. Sunt[10]) quibus ne pulsus quidem tangi possit, quin ructus superveniant; aliis[11])

affectio plures per menses duravit et sponte evanuit, remediis quam plurimis incassim exhibitis.

7) L. c. *„Das Aufstossen unterschied sich von dem gewöhnlichen Rülpsen dadurch,* 1) *dass es mit aller Anstrengung nicht zurückgehalten werden konnte,* 2) *ganze Stunden und in der Folge halbe Tage unablässig fortdauerte,* 3) *dass dabei nichts als eine ungeheure Menge geschmackloser Luft ausgestossen oder gleichsam ausgepumpt wurde,* 4) *dass es von nicht gewöhnlichen Ursachen veranlasst, u.* 5) *von besondern Zufällen begleitet war.“* Haec symptomata erant: salivae congestio in ore, sitis, appetitus diminutus, alvus obstructa, dolor pressorius in pectore, frigoris sensus in abdomine, borborygmi, insultum antecedentes, vomituritio, debilitas, frigus pedum et dolores capitis et extremitatum vagi. Insultus quovis corporis motu, imprimis vehendo, excitabantur.

8) L. c. p 50.

9) L. c. p. 51.

10) FRANK in schedis. — UNZER *der Arzt, eine Wochenschr.* 1. *Bd.* 28. *St.* p. 393.

liis[11]) tacta, compressa, vel perfricta parte dolente ructus superveniunt. Nec non Köhler[12]) casus refert, ructibus diu continuantibus insignes. Suttinger[13]) vidit viginti et quod excurrit mulieres nuptas mediae aetatis in uno eodemque vico tanto ructu perpetuo correptas, ut explosio spatio 20 passuum audiretur. Caussam hujus morbi invenisse sibi videtur in tuberibus solani tuberosi pejoris conditionis et in olere pessumdato. Laxantia, dein amara conduxerunt. Quid quod Hippocrates[14]) singularem morbum ructuosum (νοῦσος ἐρυγματώδης) appellat, et Fürstenau[15]) ratus est, ructus phthisin mentitos esse. — Qui eructatur

11) Frank l. c. p. 52 et in schedis.

12) Rust *Mag.* 19. *Bd.* p. 526. (Salutem invenit in Infuso radicis Valerianae cum ferro sulfurico et acido sulfurico diluto).

13) L. c.

14) L. c. „Dolor acutus prehendit, vehementerque laborat, se ipsum disjicit, vociferatur, frequenter eructat, ac ubi eructaverit, melius habere videtur. Plerumque vero paucam bilem vomitione rejicit, quantum poculi parvi mensura, dolor ex visceribus ad imum ventrem et laterum mollitudinem pertingit, cumque id contigerit, melius habere videtur, venter inflatur et indurescit, sonitum edit, neque flatus nec stercus demittitur. — Hic autem morbus, si juvenem invaserit, progressu temporis decedit, senem vero ad mortem comitatur.“ — J. P. Frank (in schedis) hunc morbum pro tympanitide habet, idem de la Font (l. c.) aliique post eum senserunt.

15) Adfectus ructuosus spasmodicus, phthiseos verae pulmonalis specie incedens. Acta nat. cur. Vol. VI. obs. 6. p. 24.

tur aër, inodorus, insipidus, acidus, nidorosus, putridus est, vel cibos redolet antea assumtos, quorum partes haud raro simul cum aëre in os redeunt et denuo deglutiuntur.

Borborygmi, 2. Borborygmi, varium sonum, nonnumquam peculiarem [16]) exhibentes, frequentissime vel sanis accidunt; praeterea in omni morbo flatulento observantur; rarius ita eminent, ut morbus inde nomen duxerit. Attamen COMAY[17]) historiam refert puellae 20 annos natae, quae post febrem tertianam, quae per annum et dimidium duraverat, incidit in borborygmos, quorum vehementia, ordo et periodi quatuor per annos vix mutabantur. Nec non [18]) legitur, borborygmos per integrum lu-

16) „Sibilant, canunt, mugiunt, ranarum ad morem garruli coaxant et nisi lusus daemoniaci, latentes saltem in abdomine bestiae cujusvis ideam vulgo obtrudunt.“ P. FRANK l. c. p. 65.

7) *Nouv. mém. de l'acad. de Dijon.* 1784. 1. *Sem.* p. 27 etc. („*Le bruit, que les vents occasionnent, part de l'hypocondre gauche et se dirige transversalement au droit, retourne de ce dernier à l'autre avec un ordre et une précision, qui imitent la régularité de mouvemens d'un balancier, à cela près toutefois, que le bruit n'est pas toujours égal dans son intensité. Le flux est de temps en temps plus sonore, que le reflux et revient comme par bouffées. La malade ne rend pas des vents ni par le haut, ni par le bas. Il paraît, que toute la scène se passe dans une partie du colon. Tout le ventre de la malade est très gros, le soir il l'est d'avantage et fort dur*“ etc. „*Le bruit n'est point continu. Il a commencé, à tourmenter la malade pendant huit jours de suite, alors il s'est fixé, a paru regulièrement à huit heures du matin, pour finir vers six de l'après - midi.*“)

18) Ephem. nat. cur. dec. 1. a. IV et V. obs. 28. p. 29.

lustrum modo clamorem ranarum coaxantium, modo sonum tonitrui similem edidisse. Ad borborygmos insolitos is etiam casus referendus est, quem Cless jun.[19]) describit. Portal[20]) audivit aegro se movente strepitum, ac si aqua in vase clauso concuteretur. Equidem ipse aure abdomini imposita in puellae regione ventriculi strepitum audivi similem ei, qui ab acido carbonico sub fermentatione formato vel sub connubio acidi cujusdam cum terra quadam carbonica abeunte produci solet. Hujus puellae ventriculus maxime dilatatus erat et materia vomitu ejecta, similem strepitum e vesiculis formatis et ruptis ortum edidit[21]).

3. Quemadmodum quamplurimi sub mingendo, ita alii, vel sani, vel praevio incommodo minore majoreve a flatulentia excitato, cum emolumento pedere solent, quod quidem ex arbitrio fit, at quo neglecto aër ad superiora adscendit, majore copia congeritur, colicam[22]) excitat, flatulentiae, imo tympanitidis[23]) symptomata ciet. Aër emissus vel — Crepitus ventris.

19) *Würtemb. med. Correspondenzbl. Bd.* 9. *no.* 31. p. 241 (ex sexennio et quod excurrit puella hysterica in certo et circumscripto abdominis loco strepitum adeo fortem, ut procul ab ea percipi possit, fere continuo, edit).

20) *Cours d'anat. méd. T. V.* p. 184 (strepitus in ventriculo dilatato et aëre et aqua impleto originem habet, et cavendum est, ne eum strepitu confundatur, quem succussione facta pneumo-hydrothorax progignit).

21) Pauli diss. de ventriculi dilatatione. Francof. 1839. p. 27 hujus morbi historiam refert.

22) Schultzius de colica ex retentione flatuum et faecum alvi. Eph. nat. cur. dec. I. a. III. obs. 150. p. 271.

23) Ephem. nat. cur. dec. III. a. III. obs. 142. p. 254.

vel inodorus est, vel foetidissime gas acidum hydrothionicum, ipsamque putredinem redolet. Pro vi expellente et copia aëris emissi crepitus aliorum aures non minus, quam nares offendentes strepitum edunt vel minus audiuntur. Iidem nonnumquam nescio[24]) aegro prodeunt, frequentia excellunt, et cum ructibus[25]) conjuncti sunt. — Unicum ac nescio an fide dignum exemplum enarratur[26]) viri, „cui tam immensus ventris evasit crepitus, qui quadrantis fere horae spatio durans ante non cessavit, quam cum spiritu illo foetido vitàm quoque simul efflaret." Haud raro autem accidit, ut flatus per insolitas vias, per fistulam stercoream[27]), per penem[28]) et urethram, nec non per vaginam[29]) et vulvam excernerentur, siquidem perforatio intestini praegressa fuerat. — „Si cum ventris inflatione, strepitus pertinaci adstrictione, torminibus, laterum et lumborum dolore sursum et

24) J. P. Frank in schedis. — Otto *med. u. chirurg. Bemerkk. Lpz.* 1793. p. 141 (a luxato sub partu osse coccygis).

25) Cholera sicca. — Paullinus (obs. med. phys. cent. II. obs. 42) de fabro ferrario refert, qui continuo fere ructus et crepitus, vel dormiens vel vigilans, stans cubansque explosit.

26) Ephem. nat. cur. dec. III. a. IX et X. obs. 172. p. 307. Cf. Combalusier l. c. Proloq. p. XXIV.

27) Vid. cap. IV. §. XXIII.

28) Vid. cap. IV. §. XXIII et cap. II. §. V. art. 5. — Wedel flatus per penem emissi. Ephem. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 46. p. 85. — Hottinger de flatuum per membrum virile copiosa eruptione. Ibid. dec. III. a. 9—10. obs. 134. p. 251.

29) Vid. cap. IV. §. XXIII. — Meckel diss. de aedoeopsophia. Hal. 1795.

et deorsum simul violento impetu explodatur flatus, cholera sicca audit, quae a nemine rectius, quam ab Hippocrate[30]) depicta fuit[31]).“

4. Superveniente spasmo in ulla quadam tubi cibarii parte aër retentus, calore dilatatus symptomata, cum idiopathica et localia, tum sympathica provocat. P. Frankio[32]) autore id accidit hystericis nonnumquam in oesophago[33]), qui inde extenditur, ad suffocationem usque inflatur ac ructibus copiose explosis, vel et sine illis detumescit; in collo externo tumor comparet. — Multo frequentius aër in ventriculo[34]) retinetur, eumque distendit, unde „nascuntur tumor sub sterno convexus, elasticus, cum dolore quasi cordis, hujus pulsatio[35]), anorexia, dyspnoea, oppressio pectoris, morsus ventriculi, cardialgia atrox, ad omnia rebellis, ructus sublevantes, summae circa praecordia anxietates, inquietudo, extremorum frigus, ingens virium collapsus, interdum difficilis deglu-

Flatulentia.

30) De victus ratione in acutis. ed. Kühn. T. II. p. 92 („in cholera sicca venter inflatur et strepitus insunt et laterum ac lumborum dolor, nihilque infra dejicit alvus, sed adstringitur“).

31) Combalusier l. c. p. 4.

32) L. c. p. 55.

33) Pneumatosis oesophagea. P. Frank.

34) Pneumatosis ventriculi. P. Frank l. c. p. 57. Ventriculus flatulentus. Trnka l. c. p. 6. 12. Historia morb. Vratislav. a. 1700. p. 201 (epidemice). Lieutaud hist. anat. med. lib. I. obs. 15. 17. 18. — Portal *cours d'anat. méd. T. V.* p. 184.

35) Landau (de flatuum fallaciis §. VII. p. 8) palpitationem cordis, ad lipothymiam usque a flatulentia ventriculi ortam et ructibus explosis evanescentem observavit.

titio, faucium constrictio, vertigo[36]), subinde tussis, momentanei calores, sitis." Tumor ille percussione instituta sonorum edit sonum. Nec non inter omenti laminas[37]), imprimis in melancholicis[38]) et hystericis aër haesisse et ad regionem epigastricam tumorem internum, sub varia corporis positione ex hac parte in alteram sese volutantem, pro ratione ventriculi aut repleti aut vacui, vel adscendentem, vel descendentem exhibuisse legimus[39]). Sed omnium frequentissime aër in intestinis ipsis congeritur, idque vel inter[40]) membranas, vel in canali eorum locum habet; haud raro simul ventriculus aëre distenditur, saepius vero pars tantum intestinorum imprimis crassorum aërem inclusum habet, qui locum saepenumero mutat. Rebus sic sese habentibus in alio[41]) atque alio abdominis loco raro periodice[42])

36) F. Hoffmann Opera omnia T. III. cap. XV. §. 2. p. 339. Ibi et alia flatulentiae ventriculi symptomata egregie exponuntur.

37) Emphysema omenti, cujus caussas Sachs (*Journ. d. Erfind. in d. A. W.* 10. *St.* p. 66) exposuit.

38) Portal in *Mém. de l'acad. des sc.* 1771. p. 557.

39) P. Frank l. c. p. 61.

40) Pneumatosis intestinorum externa P. Frank. Emphysema intestini, quod quidem tympanitidis, non flatulentiae speciem referre videtur.

41) Trolliet (*mém. sur le globe antipéristaltique des voies digestives. Journ. univers. des sc. méd. T.* 39. p. 268) peculiarem constituit morbum, in adultis obvium et presso abdomine a corporibus duris ortum, qui eo sese manifestare dicitur, ut primum dolores orirentur et digestio laederetur, deinceps sensatio globi superveniret, qui in parte

ce[42]) per integumenta tumor elasticus, ad tactum sensibilis percipitur, abdominis superficies inaequalis, rarius totum abdomen meteorismi ad instar extensum; borborygmi in aures cadunt. Insimul dolores nervosi[43]) generis imprimis in hypochondrio sinistro et circa umbilicum[44]) provocantur, qui ab initio remittentes, vagi, sub tactu diminuuntur, brevi tempore continui, fixi, summum gradum adscendunt, ita ut aegroti in cruribus attractis levamen quaerant. Pulsu contracto, inquietudine, anxietate, lassitudine, facie collapsa vultuque mutato extremorum frigore frigidoque sudore an-

inferiore sinistra abdominis ortus, per varios circuitus usque ad ventriculum adscenderet, quo facto major minorve aëris copia redderetur cum levamine; saepe ad vomitum acidum urentem vel ipsorum alimentorum ventum esset; hic globus pugni magnitudinem habere, rotundus, renitens esse, visu et tactu percipi et cum doloribus vehementissimis conjunctus esse dicitur. Tales accessus saepius per diem redire, aliquot horas perdurare auctor addit, qui inde ipsam inflammationem et scirrhum derivat.

42) Pechlinus (obs. physico-med. Hamb. 1691. p. 184) virginem quinque insultus febris intermittentis tertianae cum tumore abdominis flatulento conjunctos superasse enarrat. — Dan. Hoffmann (Comm. lit. Nov. 1737. hebd. II.) puerperae mentionem facit, quae per hebdomades aliquot interdiu tumores variae magnitudinis, sub abdominis superficie, non sine strepitu sese extendentes, sub vespera evanescentes monstraverit.

43) Enteralgia physodes. P. Frank. Colica flatulenta, vaga, tormina. Curtet *sur la colique venteuse ou flatulente. Strasb.* 1805. — Helmontius l. c. p. 404. — Combalusier l. c. §. 6.

44) Trnka l. c. p. 188.

annunciatur insultus, quo vigente aegri sursum et deorsum aërem ejicere student, at incassum. Non raro urinam pallidam, aquosam cum ardore quodam mittunt, subinde vero ischuria spasmodica adest. Vomitus, singultus, suffocationes aegrum valde cruciant, qui si hernia [45]) laborat, in strangulationis periculo versatur. Alvus obstructa esse solet, qua ducta et emissis flatibus insultus subito ad finem perducitur. — Praeterea hystericae et hypochondriaci flatus absconditos multorum symptomatum haud raro falso accusant, siquidem illa symptomata ex eodem fonte, ac hypochondriasis ipsa, ex perversa nimirum facultate sentiendi, prodeunt. Sunt, qui flatus ad oesophagum adscendentes, ibiqui vel inter scapulas haerentes, sentire sibi videantur; alii dolorem lateris, respirandi difficultatem, susurrum aurium, vertiginem[46]), dolores lumborum, vagos articulorum dolores pungentes, cordis palpitationes cum inaequali intermittente pulsu, pulsationes abdominales [47]), sensationem, ac si zona hypochondria circumdaret, molimina haemorrhoidalia, dolores secundum urethram extensos, testiculos

45) Helmontius (l. c. p. 404) puerum vidit, qui in hernia umbilicali intestina fere nuda contenta habuit, quique, ubi tormina patiebatur, varios et diversos ibi motus conspectui praebuit.

46) Thilow (Hufeland *Journ.* 9. *Bd.* 2. *St.* p. 13) virum observavit vertigine caduca a flatibus laborantem.

47) Laennecio teste (*de l'auscultat. méd. éd.* 3. *T. III.* p. 361) fieri potest, ut intestini saccus, aëre distentus et repletus, vi aortae abdominalis commotus pulsationem praebeat.

los ad abdomen retractos, penemque contractum[48]) eidem caussae tribuunt. Et re quidem vera haec symptomata emisso flatu nonnumquam mitigantur.

5. Frequentissime in morbis[49]) acutis, in febribus gastricis, pituitosis, nervosis, putridis, in typho, dysenteria, peste, in inflammationibus abdominalibus mali moris, in variola, scarlatina et morbillis malignis aliisque in morbis venter inflatur, aëre extenditur ita, ut ipse supra costarum marginem promineat et scrobiculus cordis evanescat, percussus vero clarum sonum edat. Insimul alvus sive clausa est, sive laxior, nonnumquam aegro nescio, aliaque diversissima symptomata adsunt, quippe quae illis quidem morbis haudquaquam meteorismo ipsi tribuenda esse videantur. MAYER[50]) quinque meteorismi species distinguit, vid. meteorismum gastricum s. saburralem, inflammatorium, gangraenosum, spasmodicum s. flatulentum et paralyticum (ubi vesica urinaria mirum quantum lotio distenta deprehenditur). Meteorismus.

6. Saepenumero tympanitidem antecedunt dyspepsia, flatulentia, borborygmi, alvus tarda, non sufficiens, abdominis turgor, aliique morbi. Plerumque dolores[51]) ventris praecipue circa um- Tympanites.

48) VEILLET l. c. §. XXIII. p. 19.

49) Vide capita, in quibus de dictis morbis agitur. 50) L. c.

51) HIPPOCRATIS aph. supra citatus: „quibus intestina contorquentur, circa umbilicum labores et lumborum dolor adest, qui neque medicamento purgante, neque alia ratione solvitur, in siccum hydropem confirmatur.“ Idem et in

umbilicum, in lumbis, cum obstructione [52]) alvi scenam aperiunt; iidem vero morbo ad altiorem gradum evecto silent [53]) atque tensionis et plenitudinis sensum relinquunt. Jam vel subito [54]) oritur et brevi tempore increscit, vel lento pede [55]), clanculum et tacite advenit abdominis tumor, qui antrorsum [56]) versus umbilicum prominet, percussione facta sonorum et clarum edit sonum [57]), ac si tympanum tangeretur, pressus renitet, situ supino haud collabitur [58]), nec mutatur [59]), et asciti-

ti-

praenot. coac. l. c. pronuntiatur. VAN SWIETEN (comment. T. IV. p. 153 vel 178) dolores lumborum ab adhaesione mesenterii ad lumbos derivat.

52) STÖRCKIUS vero (annus med. II. p. 200) de tympaniticis refert, qui alvum frequenter dejecerint paucam, crudam alimentis quandoque commistis. Simul flatus sine strepitu, magnum vero foetorem spargentes et ani ardorem excitantes prodierunt. TRNKA l. c. p. 195 alvum interdum sanam esse refert.

53) Nec tamen in omnibus. TRNKA l. c.

54) BONETI sepulchretum T. II. lib. III. Sect. 21. obs. 23.

55) COMBALUSIER l. c. p. 10. — DE HAËN rat. med. T. IV. c. III. §. 1. vers. germ. 2. *Bd.* p. 49.

56) SELLE med. clin. p. 290.

57) LIEUTAUD (synopsis universae med. p. 237) aliique negant, in omni tympanitide abdomen percussione facta resonare. DE HAËN (rat. med. T. XI. c. IV. §. VII. p. 318. vers. germ. 5. *Bd.* p. 196) monet, sonum subinde non adeo insignem esse ob copiam faecum in intestinis congestarum. Idem addit, ascitici abdomen resonasse; contra DUVERNEY (l. c.) fatetur sese fluctuatione percepta falsum fuisse in casu, in quo nil nisi aër subfuisset.

58) FICKIUS l. c. p. 29.

tico aliove tumore levior[60]) apparet. Modo totum abdomen aequaliter extensum, modo ejusdem pars plus eminet, cutis vero externa prae extensione splendet[61]). Alvus clausa manet, ita ut per octiduum[62]) et quod excurrit nil stercoris ejectum sit, neque ructus nec flatus[63]) emittuntur, quamvis aeger eos ejicere studeat; hi quidem in iliacam regionem sinistram pervenire, sed sub dolore cum strepitu versus hypochondrium regredi[64]) videntur, urina non adeo parca[65]) ac in ascitide, sed malo ingravescente rubra cum stranguria[66]) mittitur. Pulsus plenior ac durior[67]), quam in a-

59) „Figura tympanitici abdominis a vario decubitu vel situ non mutatur.“ Trnka l. c. p. 212.

60) Contradicunt quidem Werlhof (commerc. lit. Norimb. annus 1735 hebd. 36. no. 4) et Morgagni (de sed. et c. m. ep. 38. art. 25). Sed P. Frank (in schedis) monet, caeteris paribus tumorem a solo aëre certe leviorem fore, quam quemvis alium et de Haën (l. c.) addit jure, corpus tympanitici saburra, aqua vel tumore alio simul praesentibus gravius reddi, quare ob defectum hujus signi de tympanitide dubitari non posset.

61) Trnka l. c. p. 191.

62) Combalusier l. c. p. 24.

63) van Swieten comment. T. IV. §. 1226. p. 176. — Trnka (l. c. p. 194) post mortem flatus secedisse commemorat.

64) Stoerck l. c. p. 200. Aeger, quem nuper curavi, idem symptoma non solum, quoad flatus, sed etiam quoad sedes persensit; sectione facta flexuram sigmoideam clausam vidimus.

65) Thompson l. c.

66) Hippocrates Coac. praenott. l. c. p. 309 („In hydrope sicco urina stillatim effluens, malum denuntiat. Mala quoque est, quae exigua habet sedimenta“).

67) Lieutaud l. c. p. 215.

ascitide. Jam accedunt respirandi difficultas et tussis sicca, subinde repetens, dyspnoea, orthopnoea[68]), anxietas, palpitatio cordis, lipothymia, anorexia vel voracitas[69]) quaedam, vel pica, vomitus, ileus, singultus, virium prostratio, macies[70]) totius corporis, praecipue faciei, pectoris et brachiorum, facies cachectica[71]), livida, lurida, icterica[72]), oculorum caligo, vertigo, rarius exanthema lividum petechiaeque in brachiis et cruribus, febris vel ab inflammatione accessoria oriunda, vel putrida, vel hectica, pulsus irregularis. Nihilominus aegri spem[73]) vitae conservandae alunt, eam amant, mortemque timent, quae vel macie et viribus exhaustis, vel haemoptysi, vomitu cruento, ileo, inflammatione et gangraena, rarius ruptura[74]) accedentibus, morbo finem facit aut brevi[75]) aut longiore[76]) tempore praeterlapso.

E

68) Hippocrates Coac. praenott. l. c. p. 305 („spirationes, quae nonnisi erecta cervice ducuntur, hydropem siccum faciunt"). Baglivus autem (Schultz l. c.), Metzger (adversar. med. P. II. spec. 2. c. 4. p. 245) liberam observarunt respirationem.

69) Camper diss. de hydrope §. 20.

70) Thilow in Hufeland *Journ.* 9. *Bd.* 2. *St.* p. 27. 28.

71) Attamen Selle (*Handb.* p. 264) pro signo characteristico habet, quod tympanitici rarius habitum cachecticum prae se ferant.

72) Frank l. c. p. 73.

73) Aretaeus l. c. p. 129. — Camper de hydrope §. 20. — Frank l. c. p. 74. Sunt vero etiam, qui desperent.

74) Trnka l. c. p. 216 duo exempla adfert.

75) Decursus tympanitidis non raro ita acceleratur, ut dubium relinquatur, utrum morbus chronicis an acutis ad-

E contrario faeculentis, nigris, foetidis excrementis, copiosis, foetidissimis, post praegressos borborygmos, flatibus[77]), vel vesiculis[78]) aërem foetidum continentibus, ejectis fluxu haemorrhoidali[79]) vel menstruo regresso, vel lochiorum[80]) vi, eruptione cutanea, quae forte suppressa fuerat, redeunte, aut apostemate[81]) in externis partibus suborto, aegri restituti sunt. — Praeter aërem etiam latex aquosus in ventre latuit, morbumque[82]) tympanitico-asciticum exhibuit; rebus sic

scribendus sit. MORGAGNI de c. et s. m. ep. 38. art. 22. 23. — COMBALUSIER l. c. p. 19. — ARCHIER in *Journ. de méd.* *T.* 89. p. 354. — TRNKA l. c. p. 36. 37. 39.

76) Plures per annos morbum protractum fuisse, refert DE HAËN rat. med. vers. germ. 1. *Bd.* p. 137. 2. *Bd.* p. 50.

77) TRNKA l. c. p. 334. — MONRO *d. ält. sämmtl. Werke. A. d. Engl. Lpz.* 1782. p. 345.

78) ALBRECHT in Eph. nat. cur. dec. II. a. I. obs. 80. p. 189.

79) BAUMER l. c. §. 16. p. 15. §. 40.

80) RAULIN *tr. de fleurs blanches. T. II. P. III. S. I. c.* 3. p. 44.

81) TRNKA l. c. p. 253. — GUISARD *prat. de chir. T. I. chap.* 5. art. 3. obs. 3. p. 134. — STOERCK l. c. p. 194.

82) Tympanites asciticus SAUV. Hydropneumatosis P. FRANK. Fréquentius accidit, ut ad ascitidem nisi tympanites, tamen flatulentia coli transversi aliusve intestini accedat; id quod docent F. HOFFMANN (l. c. p. 64), BOERHAAVE (institutt. §. 817). — Contra rarius ad tympanitidem ascites accedit, id quod tamen observarunt WILLISIUS (de tympanite), MORGAGNI (l. c. ep. 36. art. 21), SCHULZ (l. c. p. 9), J. P. FRANK (l. c. p. 77). FERNELIUS quidem (pathol. lib. VI. c. VIII. p. 181) dixerat, „vix sincerum flatum sub abdomine citra humoris permistionem umquam esse animadversum.“ Contra F. HOFFMANN (l. c. §. XIV) tym-

sic sese habentibus in superiore abdominis parte sonus sonorus, in inferiore autem fluctuatio percipitur.

Necroscopia. 7. Aperto abdominis cavo aër ex eodem cum vi quadam et sibilo, isque foetidus aufugit[83]), quo facto tumor abdominis collabitur; aër scilicet in cavo peritonaei contentus constituerat meteorismum s. tympanitidem abdominalem[84]), quam ut plurimum ex perforatione ventriculi[85]) vel intestinorum[86]), horumque gangraena[87]) natam, attamen et illaesis intestinis adfuisse alii[88]) obser-

panitidem peculiarem vocavit morbum et sine ulla aquae extravasatione in abdomine contingentem.

83) Reinmann in Act. nat. cur. Vol. X. obs. 86. p. 317. — Ballonius paradigm. Par. 1689. p. 320. n. 141. — Vallesius comm. in lib. IV de vict. rat. in acutis p. 284. — Collado adversar. lib. II. cap. 60. §. 22. — Stoll rat. med. T. VII. p. 154.

84) Pneumatosis abdominalis. P. Frank.

85) Conf. P. III. Vol. 1. Sect. II. c. 27. p. 671. — Camerarius Ephem. nat. cur. cent. V. obs. 43. p. 62.

86) Conf. cap. IV. §. XXXIII. — Monro *descript. of all the bursae muc.* p. 41. Idem *on dropsy* p. 217 (aërem ab apertura intestinorum invisibili derivat). Morgagni l. c. ep. 38. art. 24.

87) Mead opera omnia. p. 506.

88) Fel. Plater obs. lib. III. p. 616. — Buchner et Adolph l. c. — de Halem l. c. — Schulz l. c. — Trnka de Krzowitz l. c. — Kadelbach l. c. — Combalusier l. c. p. 33. — Merklin Ephem. nat. cur. dec. III. a. 3. obs. p. 254. — Heister Ibid. cent. V. obs. 84. p. 164. — Morgagni de sed. et c. m. ep. 38. art. 24. — Lieutaud hist. anat. med. lib. I. Sect. XVI. obs. 1775. T. 1. p. 533. Ej. synops. p. 216. — Portal *Samml. auserlesn. Abh. Bd.* 23. p. 115. — Bell *on ulcers and tumours. Vol. II.*

servationibus freti contendunt, aliique[89]) dubitant. Praeterea non raro vesiculae aëreae[90]) in intestinorum tunicis in conspectum venerunt, testibus Morgagni[91]), Haller[92]), Duverney[93]), Lawrence[94]), Combalusier[95]). Omentum corruptum ... inflatum[96]), vesicam[97]) exhibuit. Omnium frequentissime intestina ipsa aëre distenta reperiuntur; vid. ventriculus[98]), pars intestinorum tenuium[99]), cae-

89) Littre *in Mém. de l'acad. R. des sc. a.* 1713. p. 314. — Camper de hydrope §. 20 in *Mém. de la soc. de méd.* 1788. p. 46. *Samml. a. Abh. f. pr. Ä.* 16. *Bd.* p. 558. — Bell *Zergliederungen d. m. K. Bd.* 1. p. 53.

90) Tympanites enterophysodes Sauv. Pneumatosis enterica externa. P. Frank. — Emphysema intestinorum.

91) De sed. et c. morb. ep. XXVI. art. 21 (in palmam longa intestini tenuis parte).

92) Opusc. pathol. obs. 26 („in cellulosis spatiis extus intestinis circumpositis, muscularem inter membranam et extimam, aër bullos excitaverat, cum tetro foetore").

93) Comment. societ. Petropol. Vol. V. p. 213 („per totum canalem intestinalem vesicae in externa et interna superficie conspiciebantur").

94) De hydrope Lond. 1756. p. 133 (interna recti membrana aëre ita distenta fuerat, ut saccus ex ano propendens formaretur).

95) L. c. p. 17. 19.

96) Blancard hist. anat. lib. I. cent. I. obs. 64. p. 143. — Combalusier l. c. p. 33.

97) Portal.

98) Morgagni de sed. et c. morb. epist. V. 19. VIII. 25. XVI. 4. XVII. 10. XXI. 24. 36. 41. XXIX, 8. XXXVI, 20. LI, 50. LII, 8. LV, 10 (In nullo horum casuum ructus commemorantur, qui adfuissent). Fickius l. c. §. 9. p. 10.

99) Morgagni l. c. ep. LIV. 19. — Haën rat. med. P. XI.

caecum[100]), colon[101]), vel totus[102]) tractus intestinorum. Intestina distenta incrassata[103]), vel attenuata[104]), pellucida, emollita, inflammata, gangraenosa[105]),

p. 159 (duodenum cum ventriculo). — LIEUTAUD l. c. p. 69 (jejunum).

100) LIEUTAUD l. c. Lib. I. sect. XIV. obs. 270. T. 1. p. 90. — STOERCK annus med. — Comm. lit. Nor. 1745. hebd. 40 (capite humano majus).

101) BRENDEL l. c. p. 15. — RAULIN malad. vap. p. 160. — ALBRECHT in Eph. nat. cur. dec. II. a. VI. obs. 11. p. 34 („superiorem abdominis regionem vasta sua mole adimplevit"). — KADELBACH l. c. §. 7. nota z. — LUDWIG advers. med. pr. Vol. I. p. 407 (ambitus dodrantis ulnae et duorum digitorum transversorum). — BELL l. c. p. 54 (duo coli gyri totum abdominis cavum occuparunt). — PLATER observatt. lib. III. p. 616 (ambitu femoris). — DE HAËN rat. med. T. IV. c. III. §. 1 versio germ. 2. *Bd.* p. 52. — LAUBIUS Act. nat. cur. T. II. obs. 20 („ut brachium robusti viri intrudi potuerit"). — FERNELIUS lib. VI. de partialibus morbis et sympt. c. 10.

102) BENIVIENI l. c. — SMETIUS miscell. lib. X. p. 524 et lib. VII. ep. IV (ventriculo non excepto). — FABRICIUS HILDANUS cent. VI. obs. 74 (cum ventriculo extenso). — HERCULES SAXONIA praelectt. pract. P. II. c. 24. — SCHULZIUS Eph. nat. cur. dec. I. a. II. obs. 86. p. 160 (nec non ventriculus). — FROMMANN Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 204. p. 394. — BUCHNER et ADOLPHI diss. c. — LITTRE *Mém. de l'ac. des sc.* 1713. p. 314. — MORGAGNI l. c. ep. VIII. 25. XXXVIII. 22. 23. — DE HAËN l. c. T. II. c. V. p. 79. 80. vers. germ. p. 138. — FAHNER in LANCISI *Abh. von plötzl. u. selts. Todesfällen. Neu bearb. v.* FAHNER. *Lpz.* 1789—91. 2. *Bd.* p. 142. — HALLER l. c. — STOLL rat. med. I. p. 281.

103) SÖMMERRING apud BAILLIE p. 86. App. 185. — SCHULZ diss. c. p. 20. — STOLL l. c.

104) FICKIUS l. c. §. 12. p. 10. — MORGAGNI de sed. et c.

sa[105]), imo rupta[106]) erant, eorumque situs[107]) constanter commutatus, venae[108]) mesaraicae aliaeque sanguine turgentes. His accedunt canalis intestinalis interceptus[109]), finis[110]) ejusdem caecus, exitus[111]) incongruus, intussusceptio[112]), hernia incarcerata[113]), strangulatio interna[114]), induratio membranarum[115]), glandularum folliculosarum[116]), ulcera[117]), scirrhus[118]), strictura et angustatio[119]) omnis generis infra, rarius etiam supra[120]) partem distentam obvia, latex aquosus[121])

m. ep. 33. art. 24 (nonnisi extima intestini tunica superesse videbatur).

105) Stoll l. c. — Frommann l. c.

106) Commerc. lit. Nor. 1745. hebd. 40. — Stoerk annus med. II. p. 263. — Schlaeger l. c. p. 15. 16. — F. Hoffmann med. rat. syst. T. III. sect. I. c. VII. §. 57. p. 162. — Trnka l. c. p. 216.

107) Cf. cap. II. §. IX. 3. 4. 108) Brendel l. c. p. 16.

109) Cf. cap. II. §. V. 2. 110) Ibid. 4. 111) Ibid. 5.

112) Ibid. §. X. 113) Ibid. §. XII. 13. 114) Ibid. §. XIII.

115) Cap. V. §. XXIV. 116) Kadelbach l. c p. 32.

117) Lawrence l. c. 118) Cap. V. §. XXVI. XXVII.

119) Cap. VI. §. XXIX. XXX. — Vassal in *bull. de la soc. méd. d'émulation* 1824. *Sept.* — de Haën l. c. T. IV et mihi in flexura sigmoidea.

120) Fr. ab Hildenbrand annales scholae med. clin. Ticin. P. I. Pap. 1826. p. 279 (intestina invicem conglutinata, adeoque expansa, ut pariete abdominali vix inciso foras protruderentur, maxime colon transversum et descendens, variis tamen in locis arctissime contracta. Praecipuae stricturae fuere inter duodeni finem et jejuni principium, ad insertionem ilei in caecum, in colo adscendente, inter colon transversum et descendens, tandem ad curvaturam sigmoideam. Intestinorum anfractus citra morem contorti. tunicae incrassatae, et callosae, ubi strictura locum habuit).

sus[121]) in cavo peritonaei. In cavo intestinorum praeter aërem[122]) modo nihil[123]), modo stercora[124]), pituita tenax[125]), vermes[126]) inveniebantur. Omentum consumtum[127]), plicatum[128]), convolutum[129]) et in loca aliena conjectum[130]), in saccum expansum[131]); mesenterium putridum, corruptum[132]), glandulis induratis[133]) occupatum, hepar vel sanum[134]), vel infarctum, lividum, durum, tuberosum, arenulis[135]) refertum; lien exilis[136]),

121) Verzaska obs. med. cent. Basil. 1673. obs. 79 (in tympanitica dissecta cultro admoto, mox se obtulerunt plurimi flatus, cum impetu exitum quaerentes, postea vero aquosus humor). — Combalusier l. c. p. 33 (aër flammam exstinxit).

122) Aër inciso intestino utplurimum magna cum vi exploditur; attamen subinde remanet (Frommann l. c.) ita, ut is tantum, qui incisioni proximus est, prodeat. Id inde pendere videtur, quod vis tonica et elastica intestinorum deleta sit.

123) Smetius l. c. p. 355.

124) Kadelbach l. c. p. 27. — Navier *hist. de l'ac.* 1730. *hist. I.* — Hurter Ephem. nat. cur. cent. I. obs. 184. — J. P. Frank l. c. p. 105. — Forestus obs. et cur. med. L. 28. obs. 38. — Helmontius l. c. (faeces in ilio).

125) Duverney *Mém. de l'acad. des sciences.* 1703. — Fahner l. c.

126) Hercules Saxonia praelectt. pract. P. II. c. 24.

127) Boneti sepulchret. lib. III. sect. 23. obs. 22. §. 6. — Lieutaud l. c. T. I. p. 69.

128) Kadelbach l. c. p. 31. 129) Ibid. 130) Ibid.

131) Combalusier l. c. p. 33.

132) Lieutaud l. c. T. I. p. 69.

133) Ballonius epidem. Paris. p. 221.

134) Kadelbach l. c. 135) Platerus lib. III. p. 616.

lis [136]), corruptus, sphacelatus, putridus ac nigra amurca diffluens [137]); utrumque [138]) viscus scirrhosum cum glandulis mesenterii induratis et venis mesaraicis, cruore turgidis; cystis fellea atra bile scatens [139]), calculum [140]) unum eumque magnum, vel plures [141]) continens, pancreas induratum [142]). Pulmones [143]) infarcti, inflammati, pleurae accreti, pure referti, exesi. Thoracis figura [144]) commutata; pericardium [145]) cordi adnatum, ventriculi et auriculae cordis cruore vacui, multo aëre distenti [146]).

8. Jurine, Ockel [147]), Gren [148]) aërem in tubo cibario sanorum hominum et vituli contentum experimentis chemicis institutis exploraverunt. Post quos Magendie et Chevreul [149]) intestinalem aërem sanorum decollatorum hominum brevi tempore post mortem praeterlapso explorantes, invenerunt ventriculum minimam, intestina cum tenuia, tum crassa majorem copiam continere; aërem ventriculi [150]) atmosphaerico similem esse; aë-

Analysis chemica.

136) Ibidem.

137) Albrecht l. c. (emolliti lienis signa clara).

138) Brendel l. c. p. 15. 139) Lieutaud T. I. obs. 17.

140) Ibid. p. 69. 141) Adversar. med. pr. Vol. 1. p. 449.

142) Lieutaud l. c. 143) Kadelbach l. c. p. 83.

144) de Haën l. c. T. II. p. 66.

145) Morgagni ep. 38. art. 22.

146) Pechlinus obs. phys. med. p. 135.

147) Gren *Journ. d. Phys.* 2. *Bd.* p. 185.

148) Ibid. 7. *Bd.* p. 319.

149) *Annales de chemie et phys.* 1816. *Juillet.* — Magendie *Grundriss d. Phys.* *A. d. Fr.* v. Hofacker. 2. *Bd.*

150) L. c. p. 8.

aërem intestinorum[151]) tenuium oxygenii nihil, acidi carbonici, hydrogenii, et azoti in variis corporibus variam copiam praebere, intestina[152]) crassa vero oxygenii nihil, acidum carbonicum, hydrogenium purum et carbonatum, azotum et vestigia hydrogenii sulfurati exhibere. Jam antea Fourcroy[153]) docuerat, inodoros flatus et ructus constare ex acido carbonico, foetidos vero ex hydrogenio carbonato, rarius sulfurato. Quidquod Helmontius[154]) observaverat, ructus flammam exstinguere, flatus vero eam concipere. Tandem Chevillot[155]) intestinalem aërem eorum, qui morbis exstincti fuerant, explorans invenit 1° eum sex gasia continere: oxygenium, azotum, acidum carbonicum, hydrogenium, hydrogenium carbonatum et hydrogenium sulfuratum; 2° azotum reliqua copia superare; 3° acidi carbonici minorem copiam, quam in sanis esse; hydrogenio et phthisicos et adynamicos fere carere, contra robustos, qui acutis et gastricis morbis laboravissent, abundare; denique hydrogenii minorem copiam repertam esse in iis, qui acida vegetabilia, spi-

151) L. c. p. 84. 152) L. c. p. 93.

153) *Méd. éclairée par les sc. phys. T. II.* p. 180.

154) L. c. p. 405.

155) *Bullet. univ. des sc. méd. T.* 18. p. 358. Magendie *Journ. de phys. T.* 9. p. 287. Gerson *u.* Julius *Mag. Bd.* 20. 1830. p. 82. Froriep *Notizen* 26. *Bd. no.* 6. p. 89. — Chevillot *recherches sur les gaz de l'estomac et des intestins. Thèse de Paris* 1833. *no.* 194. *Arch. gén. de méd.* 1834. *Juin.* Froriep *Notizen* 41. *Bd.* p. 281.

spirituosa et aetherea remedia sumsissent, idemque saepius in intestinis tenuibus, quam in crassis et in ventriculo occurrere. Aërem tympaniticorum animalium LAMERAN, FREMY et PLUGER [156]) exploraverunt et in abdomine puellae hydrope et tympanitide exstinctae GRANVILLE [157]) novum gas, azotum sulfuratum, reperisse sibi visus est.

§. XXXVIII.

C a u s s a e.

1. Foeminae [1]) prae maribus a flatibus incommoda patiuntur et tympanitide enecantur; dein ii, qui ad ascitem inclinant [2]), potatores spirituosorum, senes [3]) tympanitidem, praeterea qui atonia quadam ventris haereditaria, vel a vita sedentaria prodeunte, alvo segni aliaque imi ventris aegritudine laborant, affectiones flatulentas frequentius patiuntur. Praedisponentes.

2. Aër, quo ne sani [4]) quidem prorsus carent, Excitantes.

156) *Sur l'analyse du gaz extrait du corps des vaches météorisées par suite de l'ingestion trop abondante d'un fourage vert. Bibl. univers. de Génève* 1827. *Janv.* 1827. 77.

157) *Über eine neue zusammengesetzte Gasart als Product animal. Decomposition im lebenden Körper, nebst allg. Bemerkk. über Tympanitis. Lond. med. and phys. journ.* FRORIEP *Notizen* 3. *Bd. no.* 54. p. 153.

1) F. HOFFMANN §. XV. Rud. A. VOGEL praelect. acad. §. 664. — KLEIN interpres clin. p. 285.

2) F. HOFFMANN §. XVII.

3) ARETAEUS l. c. (ad tympaniam).

4) MARHERR et HALLER (elementa physiol. T. VII. p. 104) tubi cibarii actionem aëre in ipso contento adjuvari et excitari putaverunt. Contra OCKELIUS (disq. an aër secun-

rent, copia augetur et retinetur aut justo frequentius excernitur cibis non recte concoctis, Bile prava ejusque defectu, comesis cibis tenacibus, glutinosis, oleraceis, farinaceis, leguminibus, fabis, lentibus, pisis, pultibus, fructibus horraeis, dulcibus, oleosis, cerevisia non satis fermentata, recens cocta eoque potu, qui acido carbonico abundat. Praeterea saburra, cruditates acidae, alvus obstipata, faeces retentae et accumulatae, vermium[5]) glomera, febris[6]) intermittens justo citius suppressa, vel sibi relicta[7]), morbi putridi, pituita in tubo intestinali congesta, vita sedentaria, menstruus[8]) vel haemorrhoidarius suppressus fluxus, nec minus fluor albus[9]), suppressaque[10]) eruptio cutanea, hyste-

dum sanitatem adsit in primis viis. Hal. 1790. Gren *Journ. d. Phys.* 2. *Bd.* p. 185) aërem tubo intestinali sano inesse negat, cui jam contradicitur in *Journ. d. Erfindd., Theorien u. Widerspr.* 1793. 1. *St.* p. 88. — Quod me attinet, censeo, sonum clarum, quem in ipsis sanis percussio abdominis efficiat, aëri intestinali tribuendum esse.

5) Boneti sepulchretum. p. 1121.

6) Thomson *med. consultat. on various diseases. Lond.* 1773. *Samml. auserl. Abh.* 3. *Bd.* p. 55. — Goelicke de cort. usu noxio, quamvis recto §. 10. — Pringle *Krankh. einer Armee.* p. 253.

7) Werlhof opera med. P. 1. p. 99.

8) Dusskau l. c. p. 308. — Baunerus l. c. §. XV. — Stoerck l. c. — Trnka l. c. p. 157.

9) Eph. nat. cur. dec. I. a. II. obs. 26. et a. VI. obs. 103. — Boneti sepulchret. p. 1121. — F. Hoffmann l. c. c. XV. §. VI. obs. 3. p. 316. — Riverius obs. cent. III. no. 86. —

10) Strack de crusta lactea p. 11. — Morgagni de sed. et c. m. ep. 38. art. 23. —

steria, hypochondria, rheumatismus[11]), asthma, cordis morbi, febres nervosae, putridae, lochia nimia[12]), diarrhoea et dysenteria[13]), vel nimis protractae[14]), vel suppressae[15]), colica[16]), ileus, venena[17]), abortus[18]) et partus vel laboriosus[19]), vel frequens, icterus[20]), inflammationes[21]) viscerum abdominalium, peritonitis[22]), imprimis puerperalis, contusio[23]) abdominis, stases venosae[24]), tu-

11) SCHULZE l. c. p. 19. 12) STOERCK l. c. p. 192.

13) F. HOFFMANN l. c. §. XV. XVIII.

14) STOERCK annus med. II. p. 190.

15) PRINGLE *Krankh. e. Armee.* p. 236.

16) SIKKEN. *Handelingen van het geneeskundig Genootschap. Deel* 3. p. 469. *Samml. auserl. Abh. Bd.* 8. p. 674. — POMME *essay sur les vapeurs obs.* 14. 15 (ex colica hysterica).

17) Pneumatosis a veneno SAUV. et CULLEN. — WILLISIUS de tympanite. p. 146. — FEL. PLATER prax. med. T. III. p. 260. — LINNAEI fauna Suecica. p. 261. — Huc pertinet etiam meteorismus a Manzanilla SAUV.

18) F. HOFFMANN l. c. §. XVI.

19) F. HOFFMANN l. c. §. XV. p. 342.

20) MORGAGNI l. c. art. 4. — BOERHAAVE institutt. med. §. 817. — DE HAËN *Heilungsmeth.* 2. *Bd.* p. 51.

21) DETHARDING l. c. — SCHULZ l. c. p. 17. 24.

22) Die 14. Feb. 1812 ad puerum 11 mensium vocatus fui. Quinta erat dies aegritudinis febre, et alvi obstructione, vix vomitu stipatae. Inveni enormem meteorismum. Secto tertio die cadavere, vix aperto abdomine omnis fere tumor evanuit (tymp. abdom.); atque in conspectum venit ℥j mater. puriformis. Intestina, excepto recto, inflammata. Ventriculus et colon aëre distensa, intestina inter se concreta. Et peritonaeum inflammatum; item renes (Ex Jos. FRANKII schedis).

tubi intestinalis vitia organica[25]), tumores qualescumque intestina comprimentes, vesiculae felleae laesio et bilis in cavum peritonaei effusio[26]), drastica purgantia, animi commotiones[27]), quae deprimunt, et prava consuetudo vel minimam aëris partem ex arbitrio emittendi, aut necessitas[28]), majorem ejus copiam, quae sese offert, retinendi affectiones flatulentas excitant et evehunt.

Caussa proxima. 3. Caussa proxima affectionum flatulentarum minus in aëre intestinali ipso ejusque vel copia vel indole, quam in intestinorum statu vel spasmodico[29]) vel atonico[30]), vel occluso[31]) late-

23) Trnka l. c. p. 128. — Baglivi l. c. p. 376. — Boerhaave l. c. §. 817. —

24) Quem dicere solemus statum venosum, is multum facit ad flatus gignendos, fortasse propterea quod sanguis venosus acido carbonico abundat idque reddere solet.

25) Imprimis in colo descendente ejusque flexura iliaca, et in intestino recto. Trnka l. c. p. 45 et 109. — Droste-Hülshoff in *Abh. d. ärztl. Ges. zu Münster.* 1. *Bd.* (coli situs abnormis).

26) Tympanites Stewartii (*Phil. transact.* 1730. *Vol.* 36. *no.* 414. p. 341) a Sauvagesio dicta.

27) Petersen in Act. Suec. Vol. 26. trim. 4. art. 7. p. 318.

28) Lieutaud synopsis univ. pr. med. T. I. p. 215. — Fernelius pathol. lib. VI. cap. 10. — Eph. nat. cur. dec. III. a. 3. obs. 142. p. 254.

29) Spasmum in affectione flatulenta quavis partes agere posse saepenumero, nemo dubitabit. Cf. F. Hoffmann l. c. §. XIII. Morgagni ep. 38. art. 23. Cullen *Anfangsgr. d. Arznei-W.* 4. *Bd.* p. 102. — Attamen sunt, qui ei justo plus tribuere videantur; Baglivus (opera omnia Lugd. 1745. p. 81) haec habet: „hydrops siccus non gignitur a vapore, ut vulgus putat ignaru; fibrae viscerum et par-

tere videtur. Praeterea DETHARDING[32]) accusat inflammationem, quippe quae tympanitidem abdominalem excitet. Gas ipsum aëri atmosphaerico, vel sub deglutitione[33]) vel sub respiratione[34]) assumto, exhalationi[35]) e partibus in intestinis contentis utpote quae aut acido carbonico abundent, aut fermentationem subeant acidam putridamve, aut oxygenio[36]) ac-

tium abdominis intentae nimium, crispatae et excitatae portentosum acquirunt elaterem, unde ingens distensio solidi sine ullo vapore subjecto.“ Simile quid WILLISIUM docuisse et inde RICHTERUM „spasmum inflativum“ invenisse, SACHSE (l. c.) refert, qui ipsum RICHTERUM sequitur. Contra jure suo COMBALUSIER (l. c. p. 49) „spasmus, inquit, non unicus flatuum parens est;“ eique vix plus quam retentionem flatuum antea productorum tribuendam esse censemus.

30) LITTRE l. c. p. 239. 240. — VAN SWIETEN comment. T. IV. p. 275. — LUDWIG institutt. clin. P. II. c. XV. p. 429. — F. HOFFMANN l. c. §. VI.

31) Vide supra.

32) L. c. — Idem locum habuit in exemplo supra exhibito.

33) Aërem atmosphaericum ex arbitrio a quibusdam deglutiri posse, MAGENDIE (*mém. sur la deglutition de l'air atmosphérique. Par.* 1815. *Grundr. d. Phys. A. d. Fr. v.* HOFACKER. 2. *Bd.* p. 105) docuit

34) PLAGGE (MECKEL *deutsches Arch. f. Phys.* 5. *Bd.* p. 89) contendit, sub inspirando aërem non solum in pulmones sed etiam in tubum cibarium ingredi, sub exspirando ex utroque loco expelli.

35) J. Ch. GLI. ACKERMANN (l. c.) imprimis feces (*Hefe*) accusat.

36) VEILLET *considérations sémiol. sur le méteorisme du bas ventre dans quelques maladies aigues. Strasb.* 1803. p 17 („*La matière muqueuse, la gélatine s'épaississent par l'accession de l'oxygène et de l'albumine; il s'en dégage alors du*

accedente mutentur, et secretioni [37]) membranae mucosae tribuitur. Quod me attinet, censerem, gas intestinale et deglutitioni aëris atmosphaerici, et exhalationi e partibus in intestinis contentis et membranae mucosae id secernenti originem debere.

§. XXXIX.

Diagnosis.

Ructus. 1. Ructus facillime cognosci, vix monendum est; qui a singultu eo distinguuntur, quod sub hoc aëris nihil evacuatur.

Flatus. 2. Nec flatuum

Borborygmi. 3. Nec borborygmorum diagnosis verbo eget.

Flatulentia. 4. Alio modo flatulentia se habet, quippe cui incommoda alius originis tribuantur, quaeve ex altera parte pro alio morbo haberi possit. Etenim colica flatulenta cum alia colicae specie confundi, imo pro inflammatione haberi potest. Talis error ut evitetur, caussarum, borborygmorum, abdominis hic vel illic sub percussione resonantis, dolorum ipsorum, utpote nervosorum et vagorum, sensus motus in abdomine, levaminis ab abeunte flatu oriundi etc. ratio habenda est. Praeterea symptoma-

carbonique et de l'azote ou de l'hydrogène sous une forme gazeuse").

37) Girardin *thèse no.* 15 *sur les gaz intestinaux Par.* 1814. — Schindler l. c. — Saepius observavi flatus ea redolere, quae per respirationem assumta fuerint, v. c. pulverem pyrium apud eos, qui ejus vapores assumserint. Id fieri potest, dummodo illi vapores simul deglutiuntur, vel ab abdominali mucosa secernuntur.

mata supra commemorata sympathica fere semper dubium relinquunt, num re vera flatulentiae tribui debeant, quare suadendum est, ut medicus rem serio consideret, nec aegrorum, imprimis hypochondriacorum, opinioni praeconceptae nimiam fidem habeat.

5. Meteorismus quidem eos, qui aegrotorum abdomen tactu explorare non solent, effugere potest, quoniam ab aegris ipsis forte non animadvertitur; quare iterata vice monendum est, ut medicus abdomen aegri lecto incumbentis manu admota rite exploret et percutiat. Meteorismus.

6. Tympanites cum hydrope ascite, cum tumoribus abdominalibus et cum intumescentia abdominis, vel faecibus congestis, vel adipis magnae copiae tribuenda, vel a parturitione frequente superstite confundi[1]) potest. Quod ne fiat, levitatis, naturae elasticae, soni[2]) percutiendo excitati ratio habenda, praeterea rite comparanda sunt ea symptomata, quae vel tympanitidem, vel istos morbos concomitari solent. Quod qui rite peregerit, raro falletur. Tympanites.

7. Prae-

1) Tympanitis spuria a BAUMERO (l. c. §. 25. p. 25) appellantur illae intumescentiae.

2) Utut symptoma tympanitidis consuetum hic sonus sit, nonnunquam tamen eum defuisse locumque ejus tenuisse fluctuationis sensum testati sunt DUVERNEY (*Mém. de l'acad. des sc.* 1703. p. 186) et SAUVAGES (nosol. T. II. p. 517) enarrantes, in puero, pro ascitico habito, paracenthesi instituta nil aquae effluxisse, contra dissecto cadavere intestina flatu admodum distenta et in glomus colligata inventa esse.

Sedes. 7. Praeterea sedis, quam aër tenet, ratio habenda est. Distinguuntur enim meteorismus et tympanites intestinales, abdominales et entericae externae s. emphysematicae, quibus KADELBACH [3]) mixtam speciem addit. Haec vero distinctio magis ad anatomiam pathologicam, quam ad morbi diagnosin spectat. Quibus enim signis hae species vivo aegro a se distingui possint, nondum satis expertum est; attamen resonitus evidentior, tumor magis aequabilis, flatus rariores minusque levantes, dolores abdominis exteriores, et alvus minus pertinaciter adstricta, qua soluta nec moles abdominis, nec morbi symptomata imminuerentur, pro signis [4]) tympanitidis abdominalis venditata sunt, quorum fallaciam J. P. FRANK [5]) recte ostendit.

Origo. 8. Pro origine distinguo flatulentiam saburralem, stercoralem, metastaticam, spasmodicam, nervosam, hystericam, hypochondriacam — meteorismum putrido-nervosum, inflammatorium, gangraenosum et a perforatione ortum — tympanitidem inflammatoriam, atonicam, paralyticam, ab angustato, occluso et obstructo intestino oriundam. Quae species ut rite discernantur, caussae et symptomata concomitantia in censum vocanda sunt.

§. XL.

3) L. c.

4) SAUVAGES nosol. T. II. p. 515. — CULLEN nosol. p. 213. — DE LA FONT. l. c. p. 202. — TRNKA l. c. p. 211. — KADELBACH l. c.

5) „Abdominalem inter ac intestinalem pneumatosin adhuc claudicat diuque claudicatura est diagnosis.“ J. P. FRANK l. c. p. 77.

§. XL.

Prognosis.

1. Prognosis ructuum, flatuum, borborygmorum nil difficultatis habet, hae enim affectiones potius ingratae, quam perniciosae aliisque molestiores quam aegris ipsis sunt. Flatulentia graviora quidem incommoda, attamen rarissime periculum[1]) ciet; sine difficultate sanatur ea, quae a saburra dependet, contra spasmodica diutius protrahitur, saepius redit, graviora mala relinquit, et lento pede in ipsam tympanitidem abire potest. Meteorismus ut signum periculosum notandus, imprimis ubi cum diarrhoea conjunctus est. Tympanites autem periculo plena[2]), major tympaniticorum pars morbo succumbit, quoniam ejusdem caussa tolli non potest. Generatim.

2. Quod ad sedem aëris attinet, pejoris moris tympanites et meteorismus abdominales et enterici externi esse debent, quam intestinales. Quoad sedem.

3. Quoad originem minoris momenti sunt flatulentiae saburralis, stercoralis, spasmodica, contra metastatica, nervoso-hysterica et hypochondriaca diutius protrahuntur; meteorismus gangraenosus, et is, qui a perforatione ortus est, nullam, nervosus et putridus majorem spem admittit; tympani- Pr. specierum.

ni-

1) Felix Plater (obs. 13) tamen exstincti subito juvenis ex tympanitide stomachali, quae a crudis vegetabilibus, magna copia ingestis, orta fuerat, exemplum refert.

2) Hanc F. Hoffmann (l. c. cap. XV. §. IV.) malum vix ulla medicina sanabile vocat, praecipue, si ascitem superiorumque partium marcorem comitem habeat.

nites atonica, eaque quae ab obstructo intestino pendet, curam admittit, nullam vero paralytica et ea, quae ab angustato et occluso intestino pendet.

Pr. e symptomatibus.

4. „In hydrope sicco urina stillatim effluens malum denuntiat. Mala quoque est, quae exigua habet sedimenta"[3]). „Ascites, quae simul adest, lethalis. Haemorrhoidum fluxus[4]) aliaeque excretiones supra laudatae redeuntes prosperum eventum, sitis autem ingens, lingua sicca, genae rubentes et a levissimo attactu in ventre dolor valde auctus, pulsus parvus, inaequalis et intermittens, vires exiguae, inflammationem intestinalem et brevi futuram gangraenam lethalem indicant"[5]).

§. XLI.

C u r a.

Num ructus et flatus ejiciendi sint.

1. Ubi incommoda vera nata sunt ex flatulentia vel oesophagi, vel ventriculi, vel intestinorum, ructus et flatus emittere convenit; quod abdomine fortiter compresso, et perfricato, nec non motu et situ corporis mutato faveri potest. Sed cavendum est, ne inde prava quaedam consuetudo sequatur eructandi et pedendi, quae aliis non solum molesta est, sed etiam flatulentiae ipsi favet. — Morbus potius ita curandus est, ut necessitas ructus vel crepitus emittendi arceatur.

Cura generalis.

2. Ideo caussae tam remotae quam proximae tollendae, aër collectus educendus, partesque muni-

3) Hippocrates Coac. praenott. l. c. T. 1. p. 309.
4) Baumer l. c. §. 49.
5) Jos. Frank in MS.

niendae sunt, ne denuo aërem retineant. Praeterea superiore saeculo, penitius cognita gazium natura spes vix non vana[1]) affulsit, fore ut magnesia usta, aqua[2]) frigida, aqua calcis vivae, solutio natri caustici, spiritus[3]) salis ammoniaci caustici dilutus acidum carbonicum, carbones[4]), fuligo[5]), ebur ustum, glandes torrefactae vero hydrogenium absorbere[6]) possint. Quaecumque vero medicamenta flatuum caussa in usum vocata sunt, inepta nec bene latina voce *carminativa*[7]), aptius *physagoga*[8]) appellata sunt.

3. Flatulentia[9]) saburralis et stercoralis cathartica[10]) initiora, eccoprotica dicta requirit, qua- Cura flatulentiae saburralis et stercoralis.

1) *Journ. d. Erfindd.* 3. *St.* p. 121.

2) Horn *Archiv* 6. *Bd.* p. 193.

3) Alcali volatile fluidum commendant Keck (*Abh. u. Beobachtt. a. d. pr. u. ger. A. W. Berl.* 1787. Vide Kortum *med. pr. Bibl.* 1. *Bd.* p. 162), Mayer (*Samml. med. pr. Beobacht.* 1. *Abschn.* p. 294). — J. P. Frank idem remedium uno in casu cum fructu (l. c. p. 124), in altero vero (ex schedis) sine emolumento adhibuit.

4) Horn *Archiv* 6. *Bd.* 1807. p. 194.

5) Lentilius eteodromus med. pract. anni 1709. p. 486.

6) Leonhardi pr. de medicamentis, flatum ventris absorbentibus. Viteb. 1784.

7) A carminare, quod significat 1) *krämpeln* v. c. lanam, et 2) carminibus demulcere.

8) Aretaeus (curat. acut. l. 1. c. 1. ed. Kühn. p. 194) habet *τὰ φύσεων ἀγωγά*. Meckel r. Schroeder diss. de methodi physagogae adminiculis. Hal. 1800.

9) Jacob diss. curat. flatuum ventris exh. Hal. 1790.

10) F. Hoffmann (l. c. c. XV. §. 2. p. 344) mannam, cremorem tartari, in sero lactis vel fonte Sedlizensi soluta commendat.

quare clysmata emollientia ex infuso florum chamomillae parata injiciuntur, pulvis[11]) radicis rhei cum magnesia usta, imprimis acida sub saburra laudata, addita olei menthae piperitae, seminum foeniculi, anisi, radicis zingiberis parca dosi; vel infusum foliorum sennae, in quo sal amarum[12]) solutum est, additis aqua menthae piperitae, liquore anodyno minerali Hoffmanni, syrupo corticum aurantiorum, donec alvus purgetur, propinari solet. Saburra putrida latente decoctum tamarindorum salibus praeferendum simul cum rheo et aqua menthae piperitae commendatur. Vermes, qui flatulentiae forte subessent, itidem mitioribus laxantibus foras ejiciendi, nec quid vetat, quo minus anthelminthica in usum vocentur. Cruditatibus et stercoribus cum flatibus ejectis, tam regimine quam medicaminibus curandum est, ne pristinus status redeat. Idcirco, qui flatus et cruditates producerent, cibi evitandi sunt et remediis amaris visceralibus simul cum supra dictis stimulis opus est, ut tonus visceribus reddatur. Aeger diu sub dio commoretur, ambulet, equitet, curru vehatur, cibis e regno animali potissimum desumtis vescatur, vinum generosum hauriat modice, aquis chalybeatis, aliisve praeparatis martia-

11) Thompson (l. c.) maxime commendat rheum, sub pulveris forma, quae attingat locum obstructum. Insimul exhibet ℞ Calam. arom., rad. zinziberis, nucis meschatae aa ʒj. M. S. Capiantur bis terve per diem V ad VI grana.

12) Magni habet Trnka p. 264. Idem aquas soterias, easque frigidas p. 275 laudat.

tialibus, tinctura martis cum aqua cinnamomi, decocto quassiae, corticis peruviani utatur; fasciam[13]) circa abdomen liget, et abdomen aut frigida[14]) aut spirituoso remedio lavet. Quicquid vero moliatur, alvinam excretionem ne vilipendeat.

Cura flatulentiae spasmodicae.

4. Ubi spasmi retinent aërem vel flatulentiam, id quod saepius fit, vel meteorismum vel ipsam tympanitidem excitantes, iique dolores vel mitiores vel graviores colicos excitant, ad antispasmodica et anodyna confugiendum est, et laudantur imprimis flores chamomillae[15]), semina anisi, cumini, foeniculi, baccae lauri, juniperi oleaque aetherea saccharo nupta, radix valerianae, angelicae, calami aromatici, herba menthae[16]) cum crispae tum piperitae, hysopi, thymi, roris marini, liquor anodynus mineralis Hoffmanni, naphtha vitrioli, aceti, spiritus nitri dulcis[17]), am-

13) Pringle (*Beobachtt. üb. d. Krankh. e. Armee.* 3. *Th.* 5. *Kap.* p. 254) ex fasciarum neglectu mortem derivavit hominis, qui tympanitide affectus, nocte subito mortuus est, postquam a tribus vel quatuor dejectionibus venter subsedit. Simili modo illius supra commemorati crepitu ventris enecati mors forte explicanda a subitanea vacuitate abdominis, quae et asciticis paracenthesi instituta tantum damni fert. — van Swieten (comment. §. 1257) et J. P. Frank (l. c. p. 126) ideo fascias commendant.

14) Ackermann l. c.

15) Trnka l. c. p. 304.

16) ℞ Sacchari albi ʒij, olei stillat. menthae gtt. V. In mortario vitreo probe subactis, adde syrupi menthae ℥iß, aquae menthae ℥x, Spiritus menthae ʒiß. M. D. S. Sumatur bihorio cochlear. Störck l. c. p. 192.

17) Hunc van Swieten (Comm. T. II. §. 150. p. 241) maxime commendat in flatulentia et tympanitide a materia

ammonium, camphora, asa foetida[18]), quae quidem cum sola, tum vario modo conjuncta exhibentur. Praeterea clysmata[19]), quae simul spasmos solvunt, ex infuso florum chamomillae, radicis valerianae, ex asa foetida parata summo cum fructu injiciuntur, nec non injectiones fumi nicotianae[20]) et aëris fixi[21]) laudantur. Sin autem colica flatulenta summum attigerit gradum, laudani liquidi SYDENHAMI[22]) parcae doses majore in copia vel aquae vel infusi theiformis exhibitae, quod saepius expertus sum, certissimum auxilium praebet. Hoc in casu etiam mucilaginosa, oleosa[23]) conducunt et siquidem evacuante medicamine opus est,

putrescente derivandis. — MAJAULT, *Journ. de méd. T. VII.* p. 194.

18) TENKA l. c. p. 307. — HIRSCHEL *Briefe III. n.* 7. — KAEMPFER amoenitatt. exot. p. 543.

19) R. A. VOGEL (praelect. p. 573) calidos quidem clysteres rejicit.

20) FOWLER *on tabacco.* — — SCHÄFFER *von dem Gebrauch u. Nutzen d. Tabakrauchklystiers. 7 Wahrnehm.* p. 63. — BARTRAM *tympanitis cured by smoking tobacco. Vol. I. P. I.* p. 197.

21) SELLE med. clin. p. 266. *Neue Beitr. II.* p. 11. RIGLER constit. epidem. a. 1775. §. 41. p. 90.

22) Praeterea opiata et in tympanitide laudantur, (FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. IV. p. 455) et COMBALUSIER (l. c. §. 375. p. 429. §. 377. p. 431) idem vel purgantibus praemittit, vel his porrectis, ad noctem praescribit. — ACKERMANN pulverem DOWERI et STRACK (de crusta lactea p. 11) ipecacuanham solam exhibuit puero.

23) Oleum amygdalarum recens et cum laudano liquido mistum laudat VOGEL de c. h. affect. cur. p. 574.

est, oleum ricini unum est, quod exhibere decet. — Tandem antispasmodicorum medicamentorum usus unguento ex oleo nucistae, linimento volatili cum camphora et opio vel balsamo vitae HOFFMANNI [24]) abdomini illinito nec non balneo [25]) adjuvari potest. Contra timemus in flatulentia spasmodica frigidam [26]), quippe quae spasmos augere videatur.

Cura flatulentiae hypochondriacae et hystericae.

5. Jam supra [27]) hypochondriacis „carminativa infusa jejuno ventriculo epota et ex seminibus illicii anisati, anethi foeniculi, coriandri sativi, herbis origani majoranae, menthae piperitae" commendata legimus eaque cum eccoproticis conjuncta iterata vice commendanda sunt, ubi re vera flatus subessent. — Hystericis vero flatulentia affectis ea carminativa propinanda sunt, quae vim quamdam antihystericam exserunt. Id maxime valet de valeriana et asa foetida. Attamen tenendum est, caput rei in ipso malo hypochondriaco et hysterico curando ponendum esse.

Cura flatulentiae metastaticae.

6. Metastasi quadam praegressa, quae suppressa fuerat excretio vel normalis vel morbosa restituenda est aptis remediis.

7. Plu-

24) F. HOFFMANN med. rat. T. IV. P. IV. c. XV. §. V. p. 494. Opera T. III. c. XV. p. 341.

25) COMBALUSIER l. c. p. 444. — F. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. IV. c. 15. obs. 3.

26) Attamen haud reticendum est, frigidam a SWIETENIO (comment. T. IV. §. 1261. p. 276) et P. FRANKIO (l. c. p. 121) in ipsa colica flatulenta commendari.

27) Part. II. Vol. 1. Sect. I. cap. XVII. §. LXXVII. p. 589.

Cura flatulentiae, meteorismi et tympanitidis inflammator.

7. Plures dantur casus [28]), in quibus venaesectio ipsis tympaniticis profuit, eaque commendanda est simul cum hirudinibus aut abdomini aut regioni ani applicandis, ubi vel plethora, vel inflammatio intestinorum affectiones flatulentas produxerint, deinde ubi haemorrhoea suppressa fuerit, denique ubi nimiam extensionem vel irritationem intestinorum inflammatio sequeretur. Praeterea Kadelbach venaesectionem et iis suadet, qui fibra rigida praediti, tympanitide spasmodica [29]) correpti fuerint.

Cura meteorismi.

8. Ubi meteorismus eminet, solemus quidem fomentationes aromaticas, spirituosas [30]), vinosas, calidas, non sine fructu abdomini et balneo aromatico aegrum imponere et I. P. Frank [31]) insignem meteorismum sub typho graviore cum vino in anum injecto aliumque glacie [32]) abdomini imposita promptissime sanavit. Alii fomenta sic-

28) Adolphi in Act. n. c. Vol. I. obs. 244. p. 550. — Stoerk annus med. II. p. 193. — Detharding l. c. — Schulz l. c. — F. Hoffmann l. c. c. XV. c. 3. — Brendel l. c. §. VII. VIII. — Stoll rat. med. P. VII. p. 26. — Selle *neue Beitr. II.* no. 5. — Surgant *von der Nutzbarkeit des Aderlasses in* hydrope. Viennae 1701 (septies repetita Venaesectio Vindobonnensem mulierem a tympania liberavit).

29) At ingenue fateor, me vix ac ne vix quidem tympanitidem spasmodicam admittere posse, etenim spasmi vix tam continui esse possunt quam ille morbus.

30) Hufeland *Journ.* 26. *Bd.* 3. *St.* p. 165 (ex aceto, essentia galbani et balsamo vitae Hoffm. una cum clysmatibus vinosis).

31) L. c. p. 119.

32) Ex schedis.

sicca, arenam[33]) in igne vel sole siccatam, ustionem[34]) abdominis, cucurbitas [35]) siccas, vesicantia[36]), lixivium cum sale, sulphure ac alumine ventri imposuerunt[37]). GAUSSAIL[38]) meteorismum abdomine fasciis ligatis compresso, aëreque per compressionem ex ore anoque expresso sanavit. DUTROCHET[39]) commendat aceti usum, ubi animalia herbivora, quid saepe accidit, meteorismo ventriculi correpta fuerint. Hanc vero curam nonnisi symptomaticam esse et in solo meteorismo putrido-nervoso, haudquaquam vero in inflammatorio, gangraenoso et a perforatione intestini orto meteorismo opem quamdam ferre, per se patet. Contra meteorismus inflammatorius eodem modo, ac inflammatio ipsa curatur; meteorismus vero, qui a perforatione pendet, aeque ac gangraenosus numquam sanatur.

9. Tympanites atonica et paralytica quamvis vario quidem eventu, attamen eodem modo curatur. Quae alvum ducere possunt remedia, potissimum rhei[40]) pulvis, in auxilium vocantur eaque cum ex-

Cura tympanitidis atonicae et paralyticae.

33) CELSUS lib. III. cap. 21. — PLINIUS hist. nat. lib. 21. cap. 6. — F. HOFFMANN l. c. cap. XV. §. VI.

34) CELSUS l. c.

35) VAN SWIETEN Commentar. T. II. §. 650 (in colica flatulenta). — CELSUS l. c.

36) BANG, Act. R. soc. med. Havn. Vol. I. p. 106.

37) HELMONTIUS ignotus hydrops. n. 46.

38) *Journ. hebdomad.* 1833. *no.* 163. FRORIEP *Notizen* 39. *Bd. no.* 2. p. 28.

39) *Revue méd.* 1828. *Nov.* 348. — FRORIEP *Notizen* 23. *Bd. no.* 6. p. 94.

40) THOMPSON l. c.

excitantibus conjunguntur. Hîc locum mihi habere videtur frigida, vel abdomini affusa, vel eidem fomenti instar imposita, vel in anum[41]) injecta, vel epota. Eadem jam ab HIPPOCRATE[42]) commendata et nostris temporibus[43]) laudata est. Praeterea siphone[44]) in anum immisso aër extrahi posset. Loco siphonis simplex fistula profundius in intestinum rectum et colon immitti posset idque maxime suaderem. — Tandem sub re desperata de acupunctura[45]) et de paracenthesi abdominali et intestinali, in jumentis[46]) quidem

41) Per clysteres frigidos tympanitidis in equis sanatae exemplum VALOIS refert in SEDILLOT *Journ. de méd. T. II.* p. 349.

42) Epid. lib. V. obs. 18. ed. c. T. III. p. 565.

43) POMME l. c. obs. 14. 15. — COMBALUSIER l. c. §. 398. no. 368. — DE BERGER in Act. soc. med. Havn. Vol. II. p. 70. 71. — TRNKA l. c. p. 325. 355. — SELLE med. clin. p. 266. — P. FRANK l. c. p. 121. — M. HERZ *Briefe.* 1. *St. no.* 1. — HECKER *Annalen f. d. ges. Med.* 1810. *Jan.* p. 54. — CONRADI in HUFELAND *Journ.* 3. *Bd.* p. 764. — DÖMLING in HORN *Archiv* 3. *Bd.* p. 58. —

44) FOËSIUS in librum III HIPPOCRATIS de morbis nota 27. p. 697. — BENIZET PAMARD *diss. sur quelques effets de l'air dans nos corps: description d'un seringue pneumatique et ses usages dans quelques maladies très frequentes avec des observations. Avignon* 1791. — REICH *Journ. d. Erfind.* 10. *St.* p. 95. — THILOW in HUFELAND *Journ.* 9. *Bd.* 2. *St.* p. 1.

45) Eam AMBR. PARAEUS cum fructu instituisse, et SHARP, GARENGEOT et VAN SWIETEN commendasse dicuntur. (FRORIEP *Notizen Bd.* no. 838. p. 30.)

46) KRÜNITZ *ökonom. Encyklopädie.* 2. *Bd.* p. 749 et 5. *Bd.* p. 519. — RIEMS *vollständige prakt. Abh. das aufgeblähte*

dem vulgatissima et utilissima cogitatum, multumque actum est a medicis et chirurgis. Primus, ut videtur, BALLONIUS, dein ALBRECHT[47]), HEISTER[48]), de hac instituenda cogitarunt, deinde SAUVAGES[49]), LIEUTAUD[50]) eamdem commendarunt, MORGAGNI[51]), BELL[52]), I. P. FRANK[53]) eam dijudicant. DUSSEAU[54]) primus eam re vera instituit in tympanitide, quam pro abdominali habuit, quem alii[55]) sequuti sunt, rarissime fausto cum eventu, de quo quidem DE MARCHI[56]) et LEVRAT[57]) glorientur.

10. Tym-

Rindvieh durch untrügliche innerlich. u. äusserl. Mittel zu retten. M. 1 *K.*

47) L. c. p. 164.

48) Ephem. nat. cur. dec. II. a. VI. obs. 11. p. 36. — SCHRÖCK in scholio addito dissuadet.

49) L. c. T. II. p. 516. 50) L. c. p. 217.

51) L. c. ep. 38. art. 25. 52) *Chirurgie.* 53) L. c. p. 127.

54) L. c. p. 308. *Samml. auserl. Abh.* 5. *Bd.* p. 241 (paracenthesis bis facta eo cum fructu, ut aegra emisso aëre non foetente et abdomine concidente, valde levata post biduum tamen obiret, quoniam ea aëre denuo congesto operationem repetendam non admisit).

55) Casus alius a DUSSEAU refertur. FINE *Mém. et observation sur l'entérotomie.* (*Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T.* 6. *P. I. an XIII. XIV.* p. 34. 65. *Salzb. med. chir. Zeit.* 13. *Ergänz. Bd. no.* 358. p. 388).

56) BRERA *giornale di med. prat.* 1813. *Maggio, Giugno.*

57) *Bull. de la soc. méd. d'émulation* 1823. *Janv. Nouv. biblioth. méd. T.* 1. *no.* 3. 1823. HORN *Arch.* 1823. *Sept. Oct.* p. 309 (punctura facta est inter umbilicum et anteriorem superiorem marginem ossis ilei, ubi intestini pars maxime prominebat. Vigesimo post die aegra perfecte restituta).

Cura aliarum tympan. specierum.

10. Tympanites, quae ab obstructo tubo intestinali pendet, requirit remedia eaque ipsa fortiora, quae caussam obstruentem auferre valeant, argento vivo non excluso, ubi stercora duriora impedimento sint. Contra vero intestino vel angustato vel occluso, nisi manus chirurgi opem ferre possit, ars nihil proficere valet.

Caput IX.

De colica.

§. XLII.

Definitio. Literatura.

Definitio.

1. Dolor vehementior, remittens vel intermittens, qui in tubo intestinali sedem habet, abdominisque tactum admittit, nec alius morbi manifesti symptoma exhibet, colica [1]) nuncupatur.

2. In

1) A graeca voce κωλον intestinum colon, ac si hoc solum sedem doloris exhiberet, quod quum saepius, at non constanter accidat, alii distinguendos esse censuerunt dolores colicos et iliacos, alii hos quoque sub communi colicae nomine comprehendunt. — Sunt autem ventris dolores (colici quoque dicti) qui huc omnino non pertineant, alioque loco pertractandi sint, v. c. colica nephritica, hepatica, calculosa, uterina etc. Tandem monuisse juvabit, notionem colicae mere symptomaticam esse et potius formam morbi, quam hunc ipsum tangere; id etiam valet de aliis morbis tubi intestinalis, quos deinceps pertractaturi sumus, inde vero rei gravitas haud diminuitur. *Synonyma*: Colicus dolor, colica passio, colicodynia, enteralgia, tormina. — Ital. *colica*. Gall. *colique*, *douleur au ventre*,

2. In HIPPOCRATICIS libris colica non commemoratur, quique dicuntur στροφοί[2]) (tormina) vix huc pertinent, sed TIBERII CAESARIS temporibus[3]) haec vox demum in usum venisse videtur. Jam vero CELSUS[4]) et nomen habet et morbum describit brevibus; eumdem commemorat GALENUS[5]) et longus[6]) est in medicamentis colicis dictis laudandis. Eodem ni- Literatura.

douleur des intestins, mal de ventre, passion colique. ANGL. *colick, cholick, belly-ach, gripping of the guts, gripping in the belly.* HISP. *colica, dolor colico, torozon, torzon.* LUSIT. *Colica, dores de tripas.* GERM. *Kolik, Kolikschmerzen, Bauchweh, Leibweh, Leibschneiden, Darmschmerz, Bauchkneipen, Grimmen, Bauchgrimmen, Reissen im Leibe.* BELG. *Kolyck, Buikpyn, Buikwee, Darmpyn, Darmwee.* DAN. *Colick, Bogvrid, Knep, Knev, Magepyne.* SUEC. *Colik, Magref, Ref, Bugref, Bän, Flen, Bukvärk, Bukve, Klo.* ISL. *Queisa.*

2) De flatibus lib. ed. KÜHN. T. I. p. 578. — De affectionibus lib. Ib. T. II. p. 403 et alias.

3) PLINIUS hist. nat. lib. XXVI. cap. I. („nec quisquam id (malum) prior Imperatore ipso sensit").

4) Lib. IV. c. 13. 14.

5) De locis affectis lib. VI. c. 2. ed. KÜHN. T. VIII. p. 384. Introductio s. medicus. Ed. KÜHN. T. XIV. p. 736 („ubi vino ἡ κολικὴ διάθεσις inflammatio coli dicitur, contra in defin. med. no. 272. ed. KÜHN. T. XIX. p. 422 legitur: „colica affectio constitutio coli intestini diuturna, in qua spatiis temporis interjectis cruciatus intolerabiles difficultatesque respirandi, sudores, perfrictionesque adoriuntur"). Attamen monendum est, illum librum suspectae esse originis, hunc vero manifeste spurium. Ad spurios refertur etiam lib. de colico dolore. (CHARTIER T. X.)

6) De compos. med. secundum loc. lib. IX. c. IV. ed. KÜHN. T. XIII. p. 266 sts.

nisi priore tempore Aretaeus[7]) de colicis egit, nec non Caelius Aurelianus[8]), Aëtius[9]), Alexander Trallianus[10]), Paulus Aegineta[11]) et Actuarius[12]) eumdem morbum tangunt. Deinde qui morbos omnes ac singulos pertractaverint, medici autores colicam haud omiserunt. Praeterea magna farrago dissertationum[13]) de colica conscri-

7) De caussis et signis diut. morb. lib. II. c. VIII. ed. Kühn. p. 152.

8) Morb. chron. lib. IV. c. 7.

9) Tetrabibl. III. Serm. 1. c. 29.

10) Lib. X. c. I. ed. Halleri. T. VII. p. 40.

11) Lib. III. c. 43.

12) Lib. IV. c. 6.

13) Bailli de affectu colico. Venet. 1537. — Wernerus de colica passione. Witeb. 1576. — Bauhinus de morbo colico. Basil. 1581. — Flachius de colico dolore. Jenae 1584. — Nymmannus de colica. Viteb. 1593. — Hamberger de affectu colico. Tub. 1595. — Sagittarius de dolore colico. Basil. 1596. — Jenisch de coli dolore. Basil. 1597. — Reitzius de colico dolore. Basil. 1601. — Sachs de dolore colico. Ibid. 1603. — Bongard de colica. Leid. 1603. — Kirchemius de colico dolore. Basil. 1606. — Möller de dysenteria et dolore colico. Francof. 1607. — Emmenius de colica. Lips. 1609. — Hettenbach de colica passione. Viteb. 1610. — Hesso de colica. Basil. 1611. — Rulich de dolore colico. Basil. 1614. — Sennertus de colica passione. Viteb. 1614. — Ej. de colica. Ib. 1620. — Ej. colici et iliaci doloris aetiologia. Ib. 1630. — Cramer de colico dolore et illius symptomate, paresi. Basil. 1614. — Rheinfrank de colica passione. Basil. 1615. — Steinmetz de dolore colico. Basil. 1615. — de Spina de colicae natura et cura. Heidelb. 1617. — Schaller de colica. Viteb. 1618. — Ej. de passione colica. Viteb. 1622. — Jung. de colica. Basil. 1618. — Klopfinger de colica passione

scriptarum prostat; meliores ediderunt REYE[14]), SIE-

ejusque symptomate illustriori, paresi. Basil. 1618. — ARNISAEUS de colica. Helmst. 1620. — FABRICIUS de colica. Rost. 1620. — BROEKING de passione colica. Basil. 1621. — SULZBERGER de colica. Lips. 1623. — ZITTELIN de passione colica. Argent. 1623. — PREDIGER de passione colica. Basil. 1630. — RIDIGER de passione colica. Ibid. 1630. — THURSENREUTH de colica. Altdorf. 1630. — SCHELLHAMMER de colico dolore. Jen. 1630. 1651. — BRANT de dolore colico. Altd. 1630. — KISLING de colica passione. Argent. 1633. — ZEIDLER de dolore colico. Lips. 1636. — SALADIN de passione colica. Argent. 1634. — SALZMANN et EHRHARDT de colica passione. Argent. 1636. — POLISIUS de colica. Francof. 1636. 1651. — PAULI de colica passione. Argent. 1635. — ROLFINK de dolore iliaco. Jen. 1637. Ej. de dolore colico. Ib. 1660. — HAMBURG et HABERSTRO de dolore colico, iliaco etc. Jen. 1637. — SCHMALZ de colica. Erf. 1639. — MASIUS de dolore colico. Regiom. 1640. — HORST et BILGER de dolore colico. Marpurgi 1643. — STRASBURG de dolore colico. Basil. 1650. — A DORTMUND de colica passione. Utr. 1651. — GIBLER de colica passione. Altd. 1651. — BRICCIUS de colico dolore. Argent. 1652. — BANZER de colico dolore. Viteb. 1654. — COEGELEN A DORTMUND de colica passione. Traj. 1655. — HEUNIUS de colica. Gryphisw. 1656. — TAPPIUS de dolore colico. Helmst. 1658. — SEBIZIUS et SCHERBIUS de colica passione. Argent. 1660. — SEBIZIUS et FRANKE de colica. Ibid. 1665. — MITHOBIUS de colica passione. Argent. 1663. — DEISLER de colica. Altd. 1660. — WELSCH de colica. Lips. 1661. — Ej. de colica passione. Basil. 1662. — SCHENKIUS de colica. Jen. 1664. — VALENTINI de passione colica. Giessae 1668. — ISRAEL et DILLENIUS de colico dolore. Had. 1669. — MATTHAEUS et KINCKHUYSEN de colica passione. Ultraj. 1670. — HELWIG de colica Gryphisw. 1671. — WEDEL et OSTERLAND aeger colica laborans. Jenae 1674. — Ej. de colica 1675. — VLIEAR-

Siemerling [15]), Popp [16]), Ohlemann [17]). Pauci tan-

pius de dolore colico. Leid. 1672. — Meibomius de colica Helmst. 1674. — Oldenborch de colica. Altd. 1675. — Waldschmid de colica. Marb. 1677. — van Dyck de passione colica. Leid. 1680. — de Frankenau casus viri colica laborantis. Heidelb. 1681. — Shepel de colico dolore. Leid. 1683. — Pistorius casus viri colica laborantis. Giessae 1684. — Strauss de dolore colico. Giess. 1685. Nüssler de dolore colico. Traj. 1688. — Vesti de colica Erf. 1690. — Bohn de colicis torminibus. Lips. 1689. — Alberti de colica passione. Erf. 1691. — Supprian de colica. L. B. 1693. — Mogen de colica. Altd. 1694. — van der Walle de colica. Traj. ad Rh. 1694. — Wormer de colico dolore. Ultraject. 1696. — Camerarius de colica paretico-epileptica. Tub. 1698. — Annard de dolore colico. Ultraj. 1702. — F. Hoffmann de colica. Hal. 1702. (Op. T. II. p. 291). — Anhorn ab Hartwig de colica. Basil. 1705. — Eyselius de colica passione. Erf. 1716. — Thollaeus et Neuhaussen de colica. Heid. 1718 — Vater et Effenberg de passionibus colicis et iliacis prudenter avertendis et curandis. Vit. 1726. — Ej. de passione colica et hysterica. Ibid. 1726. — Juch de colica simplici. Erf. 1732. — Schleiermacher de doloribus intestinorum, qui vulgo vocantur colici. Giess. 1736. — Borellus de colica. Marb. 1737. — Wedel et Strelin de colica. Jen. 1739. — Ej. de torminibus generatim. Jen. 1744. — Van Zelst libellus de podagra et dolore colico scorbutico simili, pictonico aemulo. Amst. 1738. — Teichmeyer et Lanius de doloribus colicis. Jen. 1740. — Büchner et Moronski de spasmo intestinorum. Erf. 1741. — Gloxin quaest. de colico dolore. Monspell. 1742. — Juncker de morbis colicam consequentibus. Hal. 1749. — Dahlhausen de doloribus intestinorum vulgo colicis dictis. L. B. 1750. — Ludwig pr. monita semiotica in dijudicandis imi ventris doloribus. Lips. 1759. — Böhmer de colica. Hal. 1762. — Langguth de diversa colicam curandi methodo. Vit. 1762. — Thomas de colica. Edinb. 1770.

tantum libri eumdem morbum pertractant singulares, quales ediderunt PANSA[18]), PRÜCKEL[19]), PURCELL[20]), HERNANDEZ[21]), MARKOWSKY[22]), BARTHEZ[23]), SCHMIDTMANN[24]), BARRAS[25]), HWASSER[26]).

§. XLIII.

— KÜNZLIN de colica passione. Basil. 1771. — HARTMANN de cardialgia colicaque funesta ab ingestis orta. Francof. 1775. — BUTTON METFORD de colica (Med. pr. syst. ex acad. Edinb. disputatt. deprompt. ed. WEBSTER. T. II. Edinb. 1781. p. 60). — VAN ROSSUM de colica. Lovan. 1781. — YOUNGE de colica. Edinb. 1786. — LUTHER et KACHEL de dolore colico. Erf. 1787. — DE BRUYN de dolore colico vero et spurio imprimis chronico. Duisb. 1791. — SCUTT de colica. Edinb. 1796. — OTTO de colica. Francof. 1800. — ROEMHILD de colica. Francof. 1800. — LYNCH de colica. Edinb. 1802. — MACFARLANE de colico dolore. Edinb. 1805. — MARMET colicae adumbratio pathol. et therapeut. Berol. 1820. — JACOBI de dolore colico. Berol. 1835. — GAROFOLETTI diss. de enteralgia. Par. 1835. — BENNATI de praecipuis intestinorum doloribus. Ticini 1836. — FERRETTI diss. de colica. Pad. 1837.

14) De dolore colico. Gott. 1769.

15) De colica ejusque speciebus. Gott. 1778.

16) De colica in EYERBL diss. STOLL. Vol. II. p. 115.

17) (Pr. BIRKHOLZ) de colica. Lips. 1791.

18) *Von der Kolik oder Darmgrimmen. Lpz.* 1616.

19) *Bericht von dem grausamen Reissen im Leibe*, colica genannt. *Jena* 1676.

20) *Tr. of the colic. Lond.* 1714. — *Traité de toutes les espèces de colique. Trad. de l'angl. Par.* 1767. — Vers germ. *Lpz.* 1767. — *A. d. Engl. mit Anmerkk. v.* GESSNER *Nördlingen* 1775.

21) *Tr. del dolor colico. Madrit* 1750.

22) *Ess. sur la colique. Par.* 1805.

23) *Mém. sur le traitément méth. des fluxions et sur les coliques iliaques, qui sont essentiellement nerveuses. Montp.* 1816.

§. XLIII.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata. 1. Colicam ipsam anorexia, sensus plenitudinis in abdomine, nausea, vomituritio, alvus adstricta, urina jumentosa, stranguriosa, aliaque eaque varia symptomata, quae a caussa colicae pendent, antecedunt. Attamen nonnumquam haec prodroma deficiunt et dolor ipse brevi post caussam admissam scenam aperit, ab initio brevis, remittens, postea diutius protractus, vehementior, saepius repetens; secans, urens, pungens, vagus aut fixus. Vigente dolore tactus abdominis aegrius perfertur, eodem vero remittente (quamvis non raro per minuta tantum) sine molestia abdomen tangi et explorari potest, quo facto vero nonnumquam dolor resuscitatur. Alii tactum ferunt vel vehementissimo dolore afflicti, qui in aliis abdomine compresso mitigatur. Aegri inquieti se jactitant in lecto. Abdomen vel non mutatum, vel expansum, vel contractum, imprimis in regione umbilici; subinde haec vel illa pars pro tempore eminet; quidquod motus intestinorum convulsivus per integumenta percipi subinde possit. Dolore ad summum gradum[1]) evecto, pulsus spasmo-

24) Summa observation. med. Vol. IV. p. 373.

25) *Tr. sur les gastralgies et les enteralgies. Par.* 1827. *Bruxelles* 1837.

26) *Om Colik* 1—6 *Delen. Upsala* 1837.

1) Schmid (Eph. nat. cur. dec. I. a. 9. 10. obs. 52. p. 134) tantam doloris vehementiam observavit, ut aegri cutis abdominalis simul cum indusio, fornaci admota, nescio aegro, combureretur.

modici, irregulares, frequentes redduntur, manus pedesque frigent, facies turget, testiculi ad abdomen attrahuntur ipsaeque convulsiones superveniunt. Subinde vana molimina, ructus ejiciendi, respiratio suspirans et inaequalis, palpitatio cordis, anxietas, vertigo, sensuumque hallucinationes, coecitas[2]) fugax accedunt. Manus pedesque sudore frigido obducuntur, facies pallida collabitur, urinae excretio supprimitur. Singultus, tussis sicca, convulsiva, dysphagia spasmodica, vomituritio, meteorismus, lipothymiae accedunt, pulsus exiles et creberrimi, vomitu bilis, mucus, vel ipsa stercora ejiciuntur, aut diarrhoea flatuumque ejectio levamen ferunt; erectiones et pollutiones subinde superveniunt. Impetus vero plures per horas protrahitur, modo gravior modo mitior, donec tandem mitigatur.

2. Ubicumque sectio colica exstincti instituta est, non sola colica, sed alia etiam intestinorum vitia morbum constituerunt, v. c. intussusceptio[3]) aliaque situs vitia, stricturae et angustationes[4]), quales LORRY[5]) et NAHUYS[6]) viderunt, ipsaque inflammatio[7]) et ulcera. Necroscopia.

Cc 2 §. XLIV.

2) NEBEL de fugaci coecitate ex colica vehementi cum alvi obstipatione. Ephem. nat. cur. dec. III. a. III. obs. 81. p. 118. — MORI coecitas subitanea post colicam. Ibid. Cent. I et II. obs. 78. p. 148.

3) Cfr. cap. II. §. X. — DAVIES in *phil. transact. Vol.* 22. p. 965.

4) Cfr. cap. VI. §. XXIX.

5) *Hist. de la soc. de méd. T. II. a.* 1777 *et* 1778. p. 193. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ärzte.* 6. *Bd.* p. 174. *Über*

§. XLIV.

Caussae.

Praedisponentes. 1. Infantes et foeminae praecipue ad colicam dispositi sunt, eaque autumno epidemica[1]) variisque in regionibus endemica[2]) observata est.

2. Eam

eine besondre Art von Kolik und Verstopfung (intestinum colon per pedem in regione renum, admodum contractum inveniebatur, ejusdem vero membranae non commutatae erant).

6) De colica vehemente, intolerabili a violenta contractione et angustatione intestini coli suborta etc. Nova acta nat. cur. Vol. V. obs. 2. p. 8 („chorda e dextro latere adscendens sub ventriculum transversim locata et in sinistro latere retrorsum descendens, dura aliquo modo inaequalis sive nodosa trium quatuorve linearum ad summum habens, et transversim scissa setam porcinam vix admittens, quae accuratius examinata intestinum colon erat et vix pollicari a recto distantia finiebatur").

7) Seger de anatome colica biliosa exstincti. Ephem. nat. cur. dec. I. a. III. obs. 82. p. 139.

1) Paulus Aegineta l. c. Huxham opera T. 1. p. 76. 250. T. II. p. 348. — Stoll l. citando. — Sydenham l. citando.

2) Amstelodami, apud Pictones, Damnonienses, Freystadii, apud incolas Caribienses colica endemice grassata est, quae tantam cum colica saturnina similitudinem habuit, ut ad eamdem a plurimis autoribus jure referretur. Cfr. §. XLVIII. Praeterea Madriti et in aliis Hispaniae oppidis morbus endemius grassatur, *colica Madritensis* dicta, de qua Hernandez (*trattado de dolor colica en Madrid.* 1637), Fischer (*Gemälde von Madrid.* p. 25), Thierry (*instruction abrégée sur la colique de Madrid et des environs.* In *Journ. des savans* 1762. *Sept.* et fusius in ej. *obs. de physique et de méd. faites en différens lieux en Espagne.* 2 *Vol. Par.* 1791. p. 64), Deplace (Sedillot

2. Eam excitant: saburra, flatus, vermes[3]), larvae insectorum[4]), scybala indurata, faeces nimiae[5]), meconium retentum, calculi[6]), corpora aliena[7]), bi- C. excitantes.

journ. de méd. T. 36. p. 3). JOURDAIN (ibid. T. 53. p. 3). LUZURIAGA (*trattado sopra el colico de Madrit.* 1796. *Mag. encyclop. an* 6. *no.* 7. p. 302), LIBRON (*diss. sur la colique de Madrid. Par.* 1809), DOUBLE (*journ. gén. de méd. T.* 35. 1809. *Août.* p. 402), AULAGNIER (*recherches sur les causes de la colique de Madrid. Par.* 1811). LARREY (*mém. sur la colique de Madrid.* In *Mém. de chir. milit. T.* 3.), JACOB (*diss. sur la colique de Madrid. Par.* 1815), MONTERBUX (*diss. réflexions sur les causes et la nature de la colique de Madrid. Par.* 1816), COSTE (*obs. sur la campagne d'Espagne en* 1823. *Par.* 1825), MARQUARD (*journ. complém.* 1826. *Cah.* 98) aliique (*Bull. des sc. méd.* 1828. *May.* p. 68) egerunt. Et hic morbus testibus THIERRY, AULAGNIER et LARREY colicae saturninae similis, re vera a LUZURIAGA (l. c.), JACOB (l. c.) aliisque medicis Hispanis (AULAGNIER l. c. p. 24) plumbo tribuitur; alii vero, iique plurimi et optimi medici contradicunt. In hac rerum ambiguitate curante STIEBELIO A ROTHSCHILD consultus est medicus Madritensis, Dr. ALFARO, cujus literae mihi traditae sunt. Hic vero morbum sui generis, qui colica Madritensis nominandus sit, non dari, sub hoc enim nomine vulgo varios morbos abdominales comprehendi, comprobavit.

3) RANOE in act. R. soc. med. Havn. Vol. 2. p. 351 (taenia).

4) HEDRICH in HENKE *Zeitschr. f. Staatsarzneik.* 7. *Jahrg.* 1827. 4. *H.* p. 256. — FRORIEP *Notizen* 11. *Bd. no.* 13 ex *Edinb. phil. journ. no.* 25.

5) ALEXANDER TRALLIANUS l. c.

6) DEGNER in Act. nat. cur. Vol. II. obs. 123. p. 286. (Mulier quinquagenaria colica vehementi et vomendi conatu correpta, sumpto purgante calculum sex drachmas pendentem per alvum exoneravit). Cfr. §. LII.

bilis pessumdata et pituita nimia, cibi potusque[8]) fermentatione corrupti, ostreae vel frigore[9]), vel ova parendo [10]) pessumdatae, sal culinare jodio et bromio inquinatum[11]), acidum sulfuricum dilutum a nutrice sumtum [12]), radix rumicis verticillatae [13]), phytolacca decandra[14]), lac [15]), fungi (qui veneno carent), aliusque cibus[16]), quive ex idiosyncrasia[17]) nocet, vinum acidum [18]), venena[19]), imprimis plumbum[20]) et cuprum[21]), drasti-

7) Sponitzer in Schmucker *verm. Schr.* 1. *Bd.* p. 289 (os deglutitum) cf. §. LI.

8) Bierling adversar. I. p. 203 (cerevisia recens). Riedlin lin. med. 1696. p. 479.

9) Linnaeus amoenitat. acad. Vol. VII. p. 230.

10) Sainte Marie *lectures relatives à la police médicale. Par.* 1829. *Lect. X.* Hecker *lit. Annalen* 17. *Bd.* p. 321.

11) *Revue méd. Sept.* 1829. p. 524 (excitavit colicam intolerabilem cum diarrhoea cruenta, inflammationem tonsillarum, sitim ardentem, cephalalgiam, faciei intumescentiam).

12) Bevan (*the London med. gaz.* 1828. *May* 31. Froriep *Notizen* 21. *Bd. no.* 13. p. 304) infantes ex usu hujus acidi, matri propinati diarrhoea et colica correptos vidit.

13) Omodei *annali* 1828. *April.* p. 57. 14) Ibid. p. 58.

15) Lac matris vel nutricis pejoris indolis, animi commotione vel cibo incongruo pessumdatum lactantibus colicam ciere notum est. Contra vero infantes, quibus ubera non praebentur, quique aliis cibis, v. c. pulte, nutriuntur, colicam repetitam vix effugere possunt.

16) Hartmann de cardialgia colicaque funesta ab ingestis orta, etc. Francof. 1775.

17) Paullini in Ephem. nat. cur. dec. II. a. VI. app. p. 23.

18) Schwaller (Eph. nat. cur. dec. III. a. 5. 6. obs. 58. p. 115) inde derivat colicam epidemicam.

19) Ibid. Dec. II. a. VI. obs. 235. p. 447. (Lactis venenati usus reliquit colicam quotannis reducem).

stica[22]), adstringentia[23]), suppressio muci ex naribus excreti[24]), stases venosae in intestinis ipsis, congestiones a mensibus, vel haemorrhoidibus accedentibus iisve suppressis[25]) aut retentis, hernia incarcerata, inflammatio quaedam tubi intestinalis, vitia ejusdem organica, quae cum angustatione conjuncta sunt, hydatides[26]), tumores, qui intestina comprimunt; perfrictio corporis, imprimis pedum, arthritis et morbi cutanei[27]) suppressi; febris intermittens, hysteria, hypochondria, coitus apud foeminas[28]), sanguis extravasatus[29]) ex rupta vena cava, exostosis vertebrarum abdominis[30]), animi commotiones, ira et terror[31]).

3. Caus-

20) Vid. §. XLVIII. 21) Vid. §. XLVIII.

22) Bartholinus hist. anat. cent. V. hist. 23. — Clossius obs. 27.

23) Limprecht acta nat. cur. Vol. II. obs. 129. p. 287. (Cortex peruvianus). — Bauer ibid. Vol. III. obs. 70. p. 218 (corticis peruviani immodicus usus).

24) de Muralto in Eph. nat. cur. dec. II. a. 8. obs. 13. p. 50.

25) F. Hoffmann Opp. II. p. 294. Med. rat. syst. T. IV. P. II. Sect. II. cap. V. obs. 5. p. 349.

26) Vid. cap. VI. §. XXVII. 4.

27) Ziegler *Beobachtungen aus d. A. W., Chir. u. ger. Arzneik. Lpz.* 1788. p. 118. — Haller in Novis Commentar. soc. Goetting. VIII. p. 7. — Sigaud la Fond *de l'électric. med.* p. 110.

28) Zimmermann *von der Erfahrung.* 2. *Th.* 4. *Buch.* 10. *Kap.* p. 613 (in gravida). — Jacobi diss. de dolore colico p. 18 etc. (in scortis, quare colica scortorum ut singularis species describitur).

29) Froriep *Notizen* (*ex Journ. de la Gironde*) *Bd.* 17. no. 13. p. 206.

C. proxima. 3. Caussa proxima latet in nervorum abdominalium vi abnormi, quippe quae erethismum exhibens disponat ad colicam, ipsa vero excitata eam faciat.

§. XLV.

Diagnosis.

Generatim. 1. Consideratis colicae caussis patet, eam saepenumero alius morbi effectum esse. Attamen negari nequit, dolorem in morbis, colicis dictis, singulari modo praevalere eumque propriam formam exhibere, vim vero nervorum manifesto modo affectam esse. Unde sequitur, jure colicam pro peculiari morbo haberi eamque rite ab aliis [1]) distinguendam esse. Quod ut melius peragi possit, plures morbi species constituuntur, quas pertractare nostrum nunc est.

Divisio. 2. Dividitur colica in veram et spuriam, haec dolores comprehendit, qui intestina non tangunt, ideoque hîc silentio praetermittuntur. Illa dividitur in idiopathicam s. primariam et deutero-pa-

30) Kopp *Denkwürdigkeiten der ärztl. Praxis. Frankf.* 1830. *no.* 23.

31) F. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. II. Sect. II. cap. V. obs. I. p. 338.

1) Maximi momenti est, colicam ab inflammatione abdominali distinguere; haec vero continuum, illa remittentem, nisi intermittentem morbum exhibet; haec continuos, illa remittentes nisi plane intermittentes dolores habet; hac praesente abdomen tactum non fert, in illa silente saltem dolore sine incommodo saepenumero et perdurante dolore nonnumquam cum levamine comprimi potest; haec cum febre, illa cum spasmis conjuncta est.

pathicam s. secundariam. Illius caussa in tubo intestinali ipso latet, haec vel symptoma, vel sympathicam, vel metastaticam affectionem sistit alius morbi, qui tubum intestinalem affecerit. Quod nos attinet, colicae species ita dividendas censemus: I) Colicae ex contentis, huc pertinent: a) colica stercoralis, b) saburralis, c) pituitosa, d) verminosa, e) flatulenta, f) biliosa et g) calculosa. II) Colicae ex affectione tunicarum intestinalium a) ex congestione (c. sanguinea, haemorrhoidalis, menstrualis, lochialis), b) colica rheumatica, c) arthritica, d) inflammatoria, e) a situ intestinorum vitiato, f) a vitiis intestinorum organicis. III) Colica ex primaria intestinorum affectione nervosa: a) colica nervosa s. spasmodica, b) hysterica, c) hypochondriaca. IV) Colica mixta: a) venenosa, b) saturnina, c) colica infantum.

C. stercoralis.

3. *Colica stercoralis*, i. e. a retentis stercoribus orta cum pertinaci obstructione conjuncta est, abdomen tensum, durum, inaequale ita, ut glomera stercoralia per abdominales parietes distingui possint; tactus dolores non adauget, nec flatulentia insignis adesse solet, nec dolores summum gradum adscendunt. — Simili modo etiam colica se habet, quae a corporibus peregrinis deglutitis et a calculis vel biliariis ad intestina perductis, vel intestinalibus ipsis ortum duxerit.

C. saburralis.

4. *Colica saburralis*[2]) cum dyspepsia et cardialgia, vomituritione, cephalalgia, abdominis tumo-

2) Colica helluonum.

more, borborygmis, flatulentia et obstructione vel diarrhoea conjuncta est.

Colica pituitosa. 5. *Colica pituitosa* vehementia non excellit, diutius vero cum flatulentia conjuncta perdurat, abdomen tensum et plenum, subinde molle et pulti simile; per alvum pituita excernitur, cum diarrhoea et tenesmo.

C. verminosa. 6. *Colica verminosa*, infantibus familiaris, doloribus circa umbilicum, subito excitatis, brevi transituris nocturnis insignis est. Dolores vellicationem, morsum et terebrationem referunt. Praeterea non desunt alia helminthiasis symptomata.

C. flatulenta. 7. *Colica flatulenta* [3]), flatulentiae supra [4]) commemoratis signis excellit. Dolores vagi intestinorum, imprimis coli tractum sequuntur, in regione ventriculi vehementissimi, usque ad pectus adscendunt, flatu excreto, tactu et frictione abdominis mitigantur. Simul alvus plerumque clausa. Praeterea flatus subinde incarcerantur, praecipue in sinistra coli flexura tumoremque elasticum, sonantem et dolorificum efformant. Accedunt vomituritiones, molimina irrita, alvum deponendi et urinam mittendi, pulsus spasmodici.

C. biliosa. 8. *Colica biliosa* [5]), quae tempore aestivo cali-

3) Sylvius de le Boë de dolore intestinorum a flatu. Lugd. 1668. — Conrad diss. de colica flatulenta. Regiom. 1698. — Löhr diss. sist. casum de colica flatulenta incolis Gedanensibus frequentissima. Erford. 1726. — Rosen de doloribus spastico-nervosis primarum viarum. Lond. 1771.

4) Conf. cap. VIII. §. XXXVII. 4.

5) Huc etiam colica referri solet, quae a calculo felleo du-

lidiore et autumno ineunte, praecipue in Italia et Hispania, epidemice[6]) grassatur, sporadice[7]) homines temperamenti cholerici aliosque sub tempestate calida humida, praegressis aestu et perfrictione corporis, animi commotione, abusu potus spirituosi et ciborum pinguium non raro corripit. Ab initio aegri accusant dolores tensivos et urentes in regione ventriculi et hepatis, anorexiam, sitim, saporem amarum et ructus ejusdem indolis, vomituritionem, cephalalgiam, vertiginem et symptomata icterica exhibent. Deinde sequuntur dolores graviores iique secantes in intestinis, repetita vice redeunt, crescunt et cum vomitu bilioso, aut diarrhoea, spasmis, stranguria, aphonia[8]), voce rauca[9]) et lipothymia conjuncti sunt.

9. *Colicam sanguineam*[10]) eam dicimus, quae a congestione sanguinis in intestinis excitatur; haec plethorae originem debet (*colica plethorica*) vel simul cum fluxu menstruo, haemorrhoidali saevit, vel C. sanguinea.

ctus biliferos transgrediente excitatur. Cf. cap. de calculo felleo.

6) Sydenham opera. T. I. p. 127 (nisi enteritis). — de Vaulevier in *Journ. de méd. T.* 55. p. 146.

7) Tissot *epid. de Lausanne.* — Ej. *Avis au peuple.* — Stoerk de ictero colicae juncto. Jenae 1757. — Sydenham opera. p. 510. Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. app. p. 171. — Huxham opera ed. Reichel. T. II. p. 348. — Stoll rat. med. T. VII. p. 320. — Lamarque in *Journ. de méd. T.* 83. p. 186.

8) Baglivi praxis med. lib. I. cap. IX. Lugd. 1745. p. 99.

9) Ibidem.

10) Bonz diss. de colica sanguinea. Argent. 1737. — Kindler de colica sanguineo-spasmodica et venaesectione in illa pro specifico habenda. Rost. 1729.

vel illorum et lochiorum suppressionem sequitur (*colica haemorrhoidalis*[11]), *menstrualis*, *lochialis*). Dolores fere continui, tactu non raro augentur, eosque rhachialgia, febris, stranguria, ischuria, vomitus, diarrhoea, tenesmus aut obstructio concomitari solent.

C. rheumatica. 10. Perfrictione corporis praegressa nec non rheumatismo externo suppresso, rheumatico similis dolor intestina corripit et *colicam rheumaticam* constituit, quam Stoll[12]) hisce verbis describit: „dolor saevus, assiduus, noctu gravior, per omne abdomen diffusus, attactum ne minimum ferens, febre vix ulla tenuique. Quidam ante complures septimanas doloribus correpti nondum sanati sunt, tanta est doloris hujus pertinacia. Alvus plerumque hac colica affectis ordinata fuit, quibusdam tardior, uni dysenteria attamen non diu; brevi enim dysenteria sponte evanuit, mansitque abdominis cruciatus. Quibusdam una artus etiam infimi doluerunt, quasi ex rheumate. Aliis modo ischias fuit, modo colica, modo femorum rheuma; ita vagum fuit, sed non diu. Loca reliqua solum initio invisebat, mox sese ad abdomen recepit dolor, ibique sedem stabilem fixit."

11. Idem

11) Alberti et Zehner diss. de colica haemorrhoidali. Hal. 1718. — Alberti et Lange diss. de colica haemorrhoidali in passionem iliacam inclinante. Hal. 1739. — Nezel de colica haemorrhoidali. Altdorf. 1765. — Rave in Hufeland *Journ. 7. Bd. 2. St.* p. 168. — Stoll rat. med. T. V. p. 93. — De eadem quidem dubitat de Haën (thesis pathol. de haemorrhoidibus. Cap. IV. §. 10).

12) Rat. med. T. IV. p. 76.

11. Idem etiam arthriticis [13]) non raro accidit, quippe qui doloribus colicis cum arthritide aut podagra alternantibus, eamve antecedentibus, plerumque periodicis [14]) habitualibus corripiantur. C. arthritica.

12. *Colica inflammatoria* [15]) vel latentem enteritidem sequitur, vel in manifesta inflammatione eo se prodit, ut praeter dolores inflammatorios continuos, dolores etiam periodici, nervosi, pro tempore ad summum gradum evecti persentiantur. Simili modo tormina in dysenteria se habent. C. inflammatoria.

13. Her-

13) Bang in Act. R. soc. med. Havn. Vol. III. p. 146. — Crüger Ephem. nat. cur. dec. II. a. VI. obs. 42. p. 111. — Hoffmann l. c. Obs. 8. Opp. II. p. 295. — Musgrave de arthritide anomala. c. 3. — van Zelst de podagra et dolore colico — per sex annos durante, subito in podagram mutato victo et curato. Laus. 1760. — Hoefer diss. de colica arthritica. Helmst. 1776. — Reisinger (*Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates.* 16. *Bd.* p. 123) sub nomine colicae arthriticae morbum endemium describit, qui potius ad Stollii colicam rheumaticam accedere videtur, licet in quibusdam symptomatibus differat; siquidem insultus, per minuta aut horam quadrantem perseverantes, nocte vehementiores et longiores erant, variam sedem in abdomine habebant, cum rhachialgia sacrali conjuncti, tactu non augebantur; accedebant obstructio, anxietas, animus fractus, anorexia, ructus, lingua albo muco obducta, rarius vomitus, abdomen justo calidius, parvum, vacuum, tensum, sed non contractum; dolores artuum rheumaticis similes. Pro caussis habentur mutatio temperaturae, ventus, tempestas humida, victus rudis.

14) Stoll rat. med. T. V. p. 440.

15) Walter de colica inflammatoria. Alsted. 1756. — Rademacher in Hufeland *Journ.* 2. *Bd.* p. 600. — Conf. cap. III.

C. ab hernia aliisque situs vitiis.

13. Herniam [16]), imprimis incarceratam, strangulationem[17]) internam, intussusceptionem[18]), aliaque[19]) situs vitia, finem[20]) caecum et exitum[21]) incongruum, initio dolores colicos, postea vero inflammationem excitare, supra demonstravimus. Quare hujus rei memores sunto medici et cavento, ne illa vitia imprimis herniae[22]) negligantur.

C. a vitiis organicis intest.

14. Monuisse juvabit, indurationem[23]) membranarum tubi intestinalis, ejusque scirrhum[24]), adhaesiones[25]) morbosas, polypos[26]), angustationem[27]) et stricturam[28]) dolores excitare, qui initio formam colicae prae se ferunt, postea in inflammationem, gangraenam, perforationem abiturae.

C. nervosa s. spasmodica.

15. *Nervosa*[29]) dicitur *colica*, quae neque in in-

16) Cap. II. §. XII. 17) Ibid. §. XIII. 18) Ibid. §. X.
19) Ibid. §. IX. 20) Ibid. §. V. no. 4. 21) Ibid. §. V. no. 5.
22) Saepenumero proh dolor accidit, ut symptomata herniae incarceratae primum pro colica haberentur, hic vero error plures per dies animum teneret medici et huic dedecori, aegroto detrimento esset.
23) Cf. cap. V. §. XXIV. 24) Ibid. §. XXVI. XXVII.
25) Cap. VI. §. XXVIII. 1. 26) Ibid. n. 2.
27) Ibid. §. XXIX. 28) Ibid. §. XXX.
29) Zeller hist. aegri spasmo intestinorum laborantis. Tub. 1680. — Camerarius et Laitenberger de colica spasmodica. Tub. 1720. — Büchner et Morouski de spasmo intestinorum. Erf. 1741. — Goelicke de colica spasmodica. Francof. 1719. — Heidenreich diss. de colica spasmodica s. potius convulsiva. Argent. 1742. — Barthez *nouv. obs. sur les coliques iliaques, qui sont essentiellement nerveuses. Montpell.* 1816. *Mém. de la soc. méd. d'émulation. III. Vol.* p. 401. Germ. *in Samml. auserlesener Abhandl. z.*

intestinis ipsis, neque in eorum contentis aliquid abnorme ostendit, sed a solo nervorum erethismo derivanda est. Num haec ut morbus primarius inveniatur, non liquet; attamen hypochondriam, hysteriam[30], febrem intermittentem[31], dentitionem difficilem, ventriculi, hepatis, splenis, pancreatis, omenti, mesenterii, renum, vesicae, uteri etc. vitia concomitari saepenumero dolorem colicum, sympathico modo excitatum constat. Nec minus patet, talem affectionem mere nervosam esse. Colica vero nervosa subito accedit, vel vehementissimos dolores in uno aut pluribus abdominis locis excitat, remittit, tactu non augetur, sed nonnumquam diminuitur, spasmodica abdominis contractione, borborygmis, obstructione et anxietate insignitur, facies pallida, vultus mutatus, pulsus parvus et inaequalis, sudores frigidi, lypothymiae accedunt.

16. Quae venena corrosiva, acria, et purgantia drastica intestina laedunt, ea omnes ac singulas eorumdem partes afficiunt, ideoque varia et di- Colica venenosa.

Gebr. f. pr. Aerzte. 20. *Bd.* p. 150. — Engelhart de colica spasmod. Lundini 1794. — Pouton de colica spasmodica. Edinb. 1787.

30) Neuhaus diss. sist. colicae hystericae casum cum sua epicrisi. Argent. 1769. — Sydenham l. c. p. 131. p. 513. Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. app. p. 174. — Jaegerschmidt in Ephem. nat. cur. dec. III. a. III. obs. 103. p. 194.

31) Buchhave in act. Reg. soc. med. Havn. Vol. 2. p. 319. — Rouzel in Sedillot *Journ. de méd.* *T.* 16. p. 163. — Mouton in *Annales de la soc. de méd. de Montpellier.* *T.* 27. p. 131. — Gesner in N. act. nat. cur. Vol. II. obs. 12. p. 330.

diversa symptomata excitant. Inter haec quandoque eminet colica, quae initio intoxicationis in conspectum venit, brevi vero nisi tollitur, inflammationi cedere solet. Imprimis hoc sub titulo plumbum accusatur, quod colicam saturninam producit dignam, quae proprio in capite pertractetur.

Colica infantilis.

17. *Colica infantilis*[32]), cujus caussae in meconio retento, in flatibus, refrigeratione corporis, animi commotione matris, et lacte pejoris indolis quaeruntur, eo insignis est, quod infantes dolores verbis significare non valeant. Sed edunt vehementes clamores, continuumque vagitum atque sonum quemdam miserabilem ac peculiarem, subito ortum et remittentem; mammas modo fugiunt, modo cum sollicitudine quaerunt brevique eas dimittunt sub clamore vehementiore; sese jactitant, pedes attrahunt ad abdomen (subinde retro usque ad nates[33])) et protendunt, manus circumferunt; facies distorquetur modo pallida, modo rubra; somnus rarus, brevis, inquietus cum risu sardonico conjunctus; pavores sub somno, nausea, vomituritio, vomitus accedunt. Alvus vel obstructa, vel diarrhoea supervenit, qua faeces virides, albae mucosae, casei frustulis similes, aquosae ejiciuntur odore foetido, acido. Ab-

32) Slevogt et Canisius de torminibus infantium. Jenae 1695. — Eberle de colica infantum. Argent. 1783. — Starcke diss. sist. nonnullas annotationes de colica infantili. Kiliae 1825.

33) Jos. Frank ex schedis.

Abdomen tensum, inflatum, resonans, sub tactu dolens; crepitus ventris levamen ferunt, quibus deficientibus abdomen ita expanditur, ut respiratio laedatur et circulatio impediatur, unde respiratio anxia, brevis et angusta, tussis sicca nascuntur. Scrobiculi cordis vero impressio[34]) evanescit. Pulsus parvi, celeres, irregulares, urina pallida. — Dantur infantes recens nati, qui per intervalla clament, ac si dolores colicos habeant; tales accessus vel interdiu vel noctu usque ad 18 vel 20 aetatis hebdomadem protrahuntur, deinde silent; infantes vero alioquin tunc vigent et postea valent[35]); finem paroxysmorum subinde crusta lactea vel convulsiones antecedunt.

§. XLVI.

Prognosis.

1. Colica quidem adeo funestum morbum non sistit, plerumque brevi tempore fugatur[1]), utut dolores graves et molestissimi fuerint; sed ea saepius data occasione redire solet. Praeterea insultum, pro colica habitum, enteritis[2]) sequitur, saepe lethalis, nec non situs intestinorum spasmo mutari, intussusceptio, strictura, angustatio progi- Generatim.

34) *Herzgespann. Angewachsensein.*

35) Storch *Kinderkrankheiten.* 1. *Bd.* p. 286.

1) Lentin *Beob. ein. Krankh.* p. 16 („*wer weiss nicht die Erfahrung: dass nach Kolikschmerzen das Fleisch am Leibe*" — „*zu schmerzen anfängt, und dass man daraus ganz zutreffend vorhersagen kann, wenn die Kolik aufhören wird*").

2) Haec vero non raro rebus sic sese habentibus ut caussa colicae initio latuisse et neglecta esse potest.

gigni potest; dein sunt colicae, quae in paralysin [3]) manuum et brachiorum, pedumque abeant. Tandem perdurante obstructione, accedentibus febre, summa debilitate, singultu, vomitu, ileo, frigore partium externorum, sudore frigido, lipothymia et convulsione aegri exstincti sunt, quin patere soleat, utrum colica sola, annon ejusdem caussa potius accusanda sit. Quare censendum est, colicam satis tutam non esse; et prognosis ita constituenda est, ac si lateat anguis sub herba.

Prognosis specierum. 2. Summum vero periculum habent colicae species, quae a vitiis situs intestinorum, eorumque intussusceptione, strangulatione interna et vitiis organicis cum angustatione conjunctis, progignuntur; quae vero a congestione, inflammatione, rheumatismo et arthritide excitantur, facillime in manifestam inflammationem abeunt et insuper colica arthritica saepe redire solet. Contra colicae stercoralis et saburralis, pituitosa et verminosa, flatulenta, biliosa, nervosa, hysterica et hypochondriaca rarius timorem injiciunt, dummodo recte curentur. Colica infantilis variam prognosin admit-

3) Baglivi l. c. p. 99. „In colica pertinaci si sudor copiosus et universalis superveniat, labefactis et resolutis viribus, brevi paralysim expectato.“ . . . „Cave igitur, ne opiata copiosius in ea exhibeas, solet enim post opiata magnus sudor supervenire et exinde paralysis.“ — Rössler in eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 308. p. 528. Addenda Lentilii dec. III. a. 5, 6. app. p. 135 et Dethardinc dec. III. a. 7. 8. app. p. 77 (hic vero casus pictori accidit). — Wepfer eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. p. 70 (paresis post colicam ex vino).

mittit pro caussa et ipsa infantis constitutione; maximeque timenda ea, quae a glandulis mesaraicis producitur, propterea, quod atrophia sequi solet.

3. Colica non raro criticis moliminibus aut symptomatibus adnumeranda est, siquidem ex cruditatibus, quae mobiles factae sunt, secretione intestinali et biliosa cum emolumento adaucta, in febribus continuis excitatur, in quibus crisis per alvum fieri solet. Colica critica.

§. XLVII.

C u r a.

1. In omni colica curanda medicamenta, quae caussis [1]) indicantur, cum anodynis conjungenda sunt. Illa in varia colicae specie varia, haec vero eadem sunt; inter haec opium [2]) eminet, quod vel praestantissimum remedium cujusvis fere colicae a plurimis medicorum jure laudatur, sive solum, sive cum castoreo [3]), radice ipecacuanhae, kali carbonico [4]), oleo pingui, mucilagine gummi arabici, aqua quadam aromatica conjunctum, sive sub forma pulveris, sive, quod nobis magis arridet, sub forma fluida, in tinctura opii simplici vel laudano li- Generatim.

1) Val d'Eve ergo scopus medendi in colico dolore a caussa sumendus. Par. 1549. — Langguth de diversa colicam curandi methodo. Viteb. 1762.

2) Tournay ergo colico dolori opium. Nancii 1784.

3) Baglivi l. c. p. 100.

4) Schöpff in Hufeland *Journ.* 15. *Bd.* 4. *St.* p. 76 (alternatim solutio kali carbonici et opium exhibebatur ad modum methodi Stützii).

quido Sydenhami exhibitum dosi minore cum multa aqua. Ad opium alia narcotica accedunt, vid. aqua laurocerasi, extractum hyoscyami[5]), folia et radix belladonnae, nux vomica. Adjuvatur usus opii clystere emolliente, anodyno, ex infuso florum chamomillae, mucilaginosis, oleosis, addito pro re nata laudano liquido Sydenhami parato, fomentis vel siccis vel humidis (ex infuso florum chamomillae paratis) abdomini impositis, infrictione linimenti volatilis cum opio, et calido balneo. — Praeterea in omni colica curandum est, ut alvus, quae obstructa esse solet, et enemate et medicamentis mitioribus ducatur.

Cura colicae stercoralis et saburralis. 2. In *colica stercorali* et *saburrali* curanda remediis purgantibus[6]) prae aliis opus est, ut stercora retenta et cruditates ejiciantur; attamen drastica, quae dolorem spasmumque eveherentur, vitanda sunt. Quapropter praeter clysmata emollientia, saepius repetenda, oleum Ricini[7]), mixtura oleosa, in qua sal amarum solutum est, infusum foliorum sennae, in quo sal amarum solutum est, additaque manna, nec non Kalomel et ipse mercurius vivus[8]) tempore a doloribus libero ex-

5) Alexander Trallianus l. c. — Rademacher in Hufeland *Journ.* 2. *Bd.* p. 601.

6) Gerbezius vero (Eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 77. p. 116) recte docet, purgantia, quamdiu spasmus praevaleat, effectu carere. Valisneri in eph. nat. cur. cent. 7. 8. obs. 73. p. 405.

7) Fromm diss. de oleo Ricini, ejusque in variis colicae speciebus effectu praestantissimo. Franeker. 1806.

8) Friebe in eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. p. 155. —

exhibeantur ita, ut stercora sordesque evacuentur, quae non raro in intestino recto ita inhaerent, ut vi mechanica opus sit. Quo vero tempore dolores saeviunt, in anodynis, ipsoque opio, parca dosi interponenda, acquiescendum. Denique sedato dolore et evacuata materia nociva, curandum est, ut alvus quotidie ducatur et intestini tonus restituatur. Ideo cura apotherapeutica ea est salutaris, qua lignum quassiae aliaque amara cum radice rhei simul propinantur sub forma decocti.

Cura colicae pituitosae et verminosae.

3. Pituitam et vermes, qui forte colicam excitaverint, evacuandos esse, per se patet, ideoque cum anthelminthica tum evacuantia exhibentur, quae quum paullo fortiora esse debeant, antea sedatis doloribus propinare decet. Quare oleum amygdalarum dulcium, oleum Ricini, infusum radicis valerianae, herbae absynthii, aut asa foetida, liquor cornu cervi succinatus et urgente necessitate opium ipsum exhibeantur, praeterea clysteres ex oleo, radice valerianae, allio sativo parati injiciantur, nec non fomenta calida abdomini imponantur, oleum tanaceti, absynthii aliaque abdomini infricentur. Dolore vero sedato helminthiasis et status pituitosus rite curentur.

Cura colicae flatulentae.

4. Ubi *colica flatulenta* summum attigerit gradum, spasmusque praevaluerit, laudano[9]) liquido Sy-

Zwinger ibid. dec. II. a. 6. obs. 231. p. 496 et dec. III. a. 2. obs. 107. p. 142. — Schroeck ibid. dec. III. a. 5. 6. obs. 147. p. 304. — Khon ibid. dec. III. a. 9. 10. obs. 78. p. 146.

9) Kreyssig quidem (*encyklopäd. Wörterbuch d. med. Wis-*

Sydenhami cum naphtha conjuncto opus est; praeterea varia carminativa supra[10]) laudata indicantur, nec non laxantibus propinatis sordes, qui exhibent flatus, ejiciendi sunt.

Cura colicae biliosae.

5. *Colica biliosa* admittit primum mite emeticum ex pulvere radicis ipecacuanhae et tartaro emetico confectum; deinde exhibentur laxantia acidula, vid. pulp. tamarindorum, cremor tartari, oxymel simplex, manna, electuarium lenitivum; Nooth commendat succum citri[11]); potui inserviunt serum lactis, lac ipsum[12]), limonada, decoctum tamarindorum, aqua saccharata et mucilaginosa, quae pro jusculo etiam dantur. De Vaulivier[13]) venaesectionem

senschaften. 8. *Bd.* art. colica. p. 150) usum opii in colica flatulenta improbat, utpote inutilem et retentioni sordium faventem.

10) Cap. VIII. §. XLI. 1. 3. 4. — Kreyssig l. c. commendat sub pertinaci casu clysma, cui liquoris ammonii caustici guttae x-xv additae sunt. — Odier (*manuel de méd. prat. Génève* 1803. p. 163. *Samml. auserl. Abh.* 22. *Bd.* p. 108) commendat gallas et serum lactis aluminosum ℞ Gallarum contusarum no. xxxij inf. c. Aq. fervid. ℥ij dig. per 24 horas. Col. D. S. Capiatur quater per diem cochlear majus.

11) Richter *chir. Bibl.* 5. *Bd.* p. 132 (cochlearia duo vel tria succi citri dolorem extemplo, postquam succus ad ventriculum pervenit, fugare dicuntur).

12) Ballonius Oper. T. 1. p. 73 („in doloribus colicis, iisque biliosis, lactis usum valde contulisse vidimus; et tametsi Hippocrates interdicat lactis usu, dum sunt dejectiones biliosae, tamen nisi insignis sit febris, quae corrumpat lac, ab eo abstinendum non videtur"). Lacti dulci ebutyratum praeferrem.

13) L. c.

nem instituere, hirudines ad anum applicare pluribus in casibus consultum duxit. Praeterea fomenta calida vel vesicantia[14]) abdomini imponenda, oleosa eidem infricanda et clysmata demulcentia injicienda sunt. Opium reservetur doloribus ad summum gradum evectis. Superato paroxysmo cavendum est, ne paroxysmus redeat, inflammatio oriatur, dyspepsia aliave chronica functionum abdominalium affectio sequatur.

6. Quae catamenia comitatur colica mitigatur potu infusi florum chamomillae, radicis valerianae, et fomento calido. Quae vero vel mensium, vel haemorrhoidum, vel lochiorum suppressionem sequitur, non raro venaesectionem requirit, saltem hirudines applicandi sunt et curandum est, ut excretio suppressa quantocius restituatur. Colicam haemorrhoidalem usu florum sulfuris et magnesiae albae sanatam esse, refert Rave[15]), qui vero simul laudanum liquidum Sydenhami sub dolorum vehementia propinavit. Cura colicae sanguineae.

7. In *colica rheumatica* Stollii[16]) curanda „profuit venaesectio, sed modice et tarde et frequenter repetita; profuerunt quoque fotus emollientes assidui aeque modice et aeque tarde; tunc vero non profuit evacuatio vomitu vel catharsi facta, nec vesicans abdomini impositum.“ Hoc vero Popp[17]) laude justa extollit. Cura colica rheumatica.

8. Paroxysmo *colicae arthriticae* vigente opus est vel anodyno vel antiphlogistico medicamento Cura colicae arthriticae.

nec

14) Kreyssig l. c. p. 165. 15) L. c. 16) L. c.
17) L. c. p. 167.

nec negligenda sunt derivantia; illo vero superato remedia antiarthritica in usum vocanda sunt, ut reditus paroxysmi praecaveatur. — Quam REISINGER[18]) appellavit colicam arthriticam; ea sic ab ipso curata est, ut laxantia et opiata alternis vicibus exhiberentur.

Cura colicae inflammatoriae.

9. Quodsi dolores colici ad enteritidem acutam et manifestam accedunt, praeter antiphlogistica opium quoque vel aqua laurocerasi propinatur; sin autem caussa doloris colici in enteritide subacuta vel chronica latet, anodynis parcendum est, morbusque eodem modo curatur, ac enteritis. — Ad colicam inflammatoriam et ea referenda, quae a drasticis pendet, quaeque siquidem resinosa sumta fuerint, exhibito vino spirituoso cedere dicitur[19]). Alioquin oleosa et anodyna sufficiunt.

Cura colicae a vitiis situs et organicis.

10. Ubi situs intestinorum vitia colicam fecerint, haec imprimis respicienda sunt; id maxime valet de hernia, quae forte adest, quaeque curam admittit. Alia situs vitia et organica proh dolor rarius sanari possunt, quare colicae palliativa tantum cura conceditur. Imprimis cavendum est, ne tubus intestinalis nimiis cibis repleatur, et curandum est, ut alvus quotidie solvatur.

Cura colicae nervosae, hystericae, hypochondriacae.

11. *Colica nervosa* sola nervina anodyna requirit ad curam; eadem et in colica hysterica et hypochondriaca exhibentur, ita tamen, ut ea eligantur, quae in hisce morbis propriam quamdam vim

1) L. c.

19) HOULSTON in *journ. de méd. T.* 36. p. 355. — *Samml. auserl. Abh.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 42.

vim habent; huc pertinent asa foetida, radix valerianae, flores chamomillae; rarius aether sulfuricus vel aceticus et opiata opus sunt. Conducunt balnea tepida[20]), clysteres, quibus asa foetida addita est, fomenta et frictiones, quae abdomini applicantur. ROCHARD[21]) in casu desperato, quem pro colica hysterica habuit, abdomini glaciem imposuit, enemata frigida exhibuit et pilulas glaciales propinavit. Eadem etiam POMME[22]) commendat; WESENER[23]) vero internum magisterii bismuthi usum laudat, BUXTORF[24]) corticis peruviani pulv. ʒj cum fructu exhibuit, qui quidem in colica periodica omne tulit punctum.

12. In

20) MERCKLIN in eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 188. p. 365.

21) *Journ. de méd. T.* 37. p. 42.

22) Essay p. 102. Praeterea frigida et frigus externum et in aliis colicae speciebus, iisque pertinacioribus laudantur a PAULO AEGINETA (lib. III. c. 47), BARTHOLINO (de usu nivis medico p. 145), BAZIN (ergo στροφοις refrigeratio Par. 1678), ZACUTO LUSITANO (prax. admir. Lib. II. obs. 23), BETTO (ephem. nat. cur. dec. I. a. II. obs. 49. Schol. p. 88), LANZONI (ibid. dec. II. a. X. obs. 139. p. 228), VALLISNERIO (ib. cent. VI. obs. 10. 11. p. 193), FEHRIO (ib. cent. X. obs. 15. p. 273), LANZONIO (acta nat. cur. Vol. 1. obs. 66. p. 118), BARTRAM (in *transact. of the college of physicians of Philadelphia. Vol. I. P. I.* p. 201), HOFFMANN (Opp. II. p. 394. Med. rat. syst. T. IV. Sect. II. c. V. obs. 5. p. 349), ROUZEL (SEDILLOT *journ. de méd. T.* 37. p. 279), MARRIGUES (*journ. de méd. T.* 23. p. 48), VOGEL (*Beobachtt. n.* 15), PLOUCQUET (lit. med. dig. p. 310. art. frigida).

23) HUFELAND *Journ.* 47. *Bd.* 4. *St.* p. 24.

24) Acta Helvet. Vol. 6. p. 232.

Cura colicae infantilis.

12. In colica infantum curanda[25]) aeque ac in adultis caussae tollendae, dolores mitigandi et vires abdominis restituendae sunt. Quare latentibus vel meconio vel faecibus, alvoque obstructa tinctura rhei aquosa, syrupus de rheo cum cichoreo, syrupus mannatus, liquor terrae foliatae tartari, Kalomel[26]), oleum Ricini[27]), clysmata emollientia, oleosa, in auxilium vocantur. Acor primarum viarum adhibita magnesia[28]) vel usta vel carbonica cum pulveris rhei aliquot granis curatur, nec non flores zinci[29]) in colica ex acrimonia acida commendantur. — Pituita, quae majore copia accumulata est, emetico laxantibusque (Kalomel cum rheo) educatur. — Colicae flatulentae infusum florum chamomillae, aqua foeniculi, menthae piperitae addita una alterave liquoris anodyni mineralis HOFFMANNI gutta, spiritus[30]) salis am-

25) BUCHHAVE colicae lactentium cura. In act. R. soc. med. Havn. Vol. I. p. 317.

26) CLARKE *on bilious colic and convulsions in early infancy. Dublin* 1811. In *transact. of the Irish acad.* Vol. 11. p. 121.

27) Ibid.

28) ℞ Infusi et decocti seminum foeniculi aa ℥ij, Magnesiae carbonicae gr. x, Laudani liq. SYDENHAMI gtt. ij, Syrupi simplicis ℥ß. M. D. S. Capiatur ter quaterve per diem cochlear minus. GOELIS.

29) ℞ Florum zinci gr. $\frac{1}{4}$ — gr. j, Magnesiae albae gr. iij, Oleosacchari foeniculi gr. x. M. fiat pulv. disp. in VIIIplo. D. S. Ter quaterve per diem pulvis porrigatur. — STAAKE l. c. p. 11.

30) ℞ Spir. sal. ammon. anis. ℈ß, Tinct. rhei aq. ʒß-ʒij,

ammoniaci anisatus, asa foetida[31]), ipsumque laudanum[32]) opponuntur. Dolore vero vehementius saeviente, et diarrhoea superveniente tinctura rhei vinosa cum mucilagine gummi arabici, liquore cornu cervi succinato, aut laudani liquidi SYDENHAMI una alterave gutta exhibetur; simul clysmata demulcentia, addito forte laudano injiciuntur, fomenta abdomini imponuntur et linimentum volatile cum opio, oleum nucistae similia eidem infricantur, balneum tepidum in infuso florum chamomillae commendatur. Praeterea curandum est, ut inflammatio quaedam, gastromalacia glandularum mesaraicarum affectio, ipsaque vitia organica, imprimis congenita, hernia et similia, quae forte lateant, rite cognoscantur, et si fieri potest, sanentur. Ubi paroxysmi, dolore et clamore insignes, periodum quamdam tenent, STORCH[33]) ipsum corticem peruvianum commendat. Caput rei vero in eo consistit, ut diaeta justa et aetati accommodata servetur.

§. XLVIII.

Colica saturnina.

1. Morbus assumto plumbo ortus, dolore coli- Definitio.

Aq. foenicul. vel fl. til. ℥iij. M. D. S. Capiatur ter quaterve per diem cochlear minus. — Ibid. p. 13.

31) ℞ Gi. asae foet. gr. iv, Tinct. rhei aq. ℥ß, Liq. anod. m. H. ʒß. M. D. S. Ter quaterve de die gtt. 15—20.

32) ℞ Aq. foeniculi ℥ij, Mucilag. gi. arab. ʒij, Laud. liq. SYD. gtt. ij, Syr. chamom. ℥ß. M. D. S. Cochl. parvum. GOELIS.

33) L. c. p, 289.

lico, obstructione alvi, abdomine retracto, tensoque, paralysi et macie insignis, *colica saturnina*[1]) nuncupatur.

Historia et literatura. 2. Plumbi vim nocivam DIOSCORIDES[2]) brevibus commemorat nec tormina eum fugerunt; deinde PAULUS AEGINETA[3]) morbi colici mentionem facit epidemici, qui exhibuit signa quaedam colicae saturninae, vid. paralysin artuum, et convulsiones; similem nisi eumdem morbum commemorant HALY ABBAS[4]), AVICENNA[5]), CONSTANTINUS AFRICANUS[6]), JOANNES GADDESDEN[7]), HOLLERIUS[8]), DROËTUS[9]), Fo-

1) *Synon.* Colica plumbi, metallica, pictorum, figulorum, plumbariorum, deauratorum, metallurgorum; colica Pictonum, Damnoniensium; rhachialgia metallica, Pictonum; colica spastica s. spasmodica, convulsiva, nervosa, biliosa, scorbutica; colicorhachialgia MASON GOOD. — GALL. *coliques des peintres, des plombiers, des fondeurs, de Potiers, de fumée, chat des fonderies, colique de Poitou, du Devonshire, rhachialgie métallique, colique scorbutique, métallique, sèche, colique suturnine, colique de plomb, Bellon, Beillac.* — ANGL. *drybelly-ache, dry colic, Devonshire colic, colic of Poitou.* — GERM. *Bleikolik, Bergsucht, Hüttenkatze, Kolik von Poitou, Mahlerkolik, Töpferkolik.* — BELG. *Loodkolyk, Kolyk van Poitou, Schilderskolyk.* — DAN. *Blykolik.* — SUEV. *Blykolik.*

2) Lib. de venenis. cap. 27. ed. KÜHN. Vol. II. p. 36.

3) De re medica lib. III. sub fin. cap. 18 et 43.

4) Lib. totius medicinae lib. 9. c. 8. Lugd. 1523.

5) Lib. III. fen 16. tract. 3. sub finem cap. 6. et cap. 7.

6) Op. Pars II. lib. 9. c. 29 (de colica passione).

7) Rosa anglica. cap. 20. Venet. 1502.

8) De morbis internis lib. 1. cap. 41. scholia. Francof. 1603. p. 444.

9) Consilium novum de pestilentia a. 1572 sub finem cap. 5.

Forestus [10]), Fel. Platerus [11]), Ballonius [12]), Spigelius [13]), Rodericus a Fonseca [14]), Cahagnesius [15]), Nic. Fontanus [16]), Sennertus [17]), Nic. Piso [18]), Carolus Piso [19]). Citesius (Citois) [20]) vero morbum ut peculiarem cognovit eique nomen colicae Pictonum dedit, ad haec usque tempora receptum. Citesium sequuti sunt Puerarius [21]), Sydenhamus [22]), Riverius [23]), Wepferus [24]), Willisius [25]), Muis [26]), Baglivus [27]), Musgrave [28]), Scheuchzerus [29]), Bianchus [30]), Anonymus [31]), van Zelst [32]),

10) Observatt. et curatt. med. lib. 21. obs. 5 et 15.

11) Praxeos med. T. 2. c. 13. 12) Consil. med. cons. 5.

13) De febre semitertiana lib. 4. c. 13 et 14.

14) Consultat. med. T. 2. consult. 57.

15) Brevis facilisque method. cur. febr. Cadomi 1616.

16) Florileg. 1637.

17) Pract. lib. III. p. 2. sect. 2. cap. 2. de colica ab humore acri et scorbutico.

18) De morbis cognosc. et cur. lib. III. c. 20.

19) Observatt. et consil. sect. IV. cap. 2.

20) Diatribe de novo et populari apud Pictones dolore colico bilioso. Opera Paris. 1639.

21) Burneti thesaur. Obs. ad lib. 3. sect. 48 subsect. 13.

22) Proc. integri in curandis morbis. De colica Pictonum. Opera ed. Genev. 1757. p. 512. Eph. nat. cur. dec. II. a. 10. app. p. 173.

23) Prax. med. lib. IV. c. 1.

24) Hist. apoplect. hist. 13. — Ephem. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 39. (obs. de paresi post colicam a vino).

25) De anima brutorum. Part. pathol. c. 9.

26) Praxis med. chir. rat. dec. 6. obs. 10. 27) L. c.

28) De arthritide symptomatica c. 10. hist. 4.

29) Itiner. Alpinum it. I. ann. 1702. 30) Hist. hepat. 1725.

31) *Biblioth. raisonné.* T. 8. art. 2. et T. 9. part. 1 et 2.

Zelst [32]), F. Hoffmannus [33]), Huxhamus [34]). Ad eamdem colicam Pictonum ea referenda est, quam Wedel et Nesterus [35]), Friccius [36]), Schulzius [37]) et Troxel [38]) scorbuticam nuncupant, quae apud Damnones [39]), in Derbyshire [40]), apud incolas Caribienses [41]), in India occidentali [42]), in colonia Surinamensi [43]), Amstelodami [44]) epidemica vel endemica observata est. Ex altera parte primus Paracelsus [45]), dein et alii [46]) metallorum vires nocivas

32) De podagra et colicis scorbuticis. 1739.

33) Med. rat. syst. T. IV. P. 2. Sect. 2. cap. 5.

34) De morbo colico Damnoniorum, eoque maxime epidemico 1724. Opera ed. Reichel. T. III. p. 54.

35) De colica scorbutica. Jenae 1688.

36) De colica scorbutica. Ulm. 1696.

37) De colica scorbutica. Ephem. nat. cur. dec. I. a. III. obs. 149. p. 271.

38) De colica spasmodico-scorbutica. Altdorf. 1736 (descriptio morbi, quae p. 24 exhibetur, id egregie probat).

39) Huxhamus l. c. — Alcock l. citando. — Armistead l. citando. — Baker l. citando. — Hardy l. citando.

40) Hooke *philos. experiments and observations edit. by* Derham 1726 (endemia ex fumo plumbi).

41) Smith de colica apud incolas Caribienses endemia. L. B. 1727. Rec. in Halleri dispputatt. ad morb. hist. et cur. fac. T. VII. no. 262. p. 681.

42) Moseley *a treat. on tropical diseases.* p. 532. Vers. germ. p. 443.

43) Nissaeus de nonnullis in Colonia Surinamensi observatis morbis. Harderov. 1791. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1801. 1. *Bd.* p. 388.

44) Tronchinus l. citando.

45) Henkel l. citando p. 10. — Ilsemann l. citando § . XIV.

46) Agricola de re metallica lib. 6. — Pansa de peripneumonia metallicorum 1614.

vas in morbis gignendis observaverunt. Quid quod in vulgus notum erat, inde colicam excitari, *Hüttenkatze* dictam, quae metallurgos frequenter corriperet. Hanc colicam plumbo solo excitari, ideoque metallicam dicendam esse, SAMUEL STOCKHAUSEN[47]), medicus Goslariensis, probavit. Post hunc BALTH. TIMAEUS A GÜLDENKLEE[48]), CUMMEN[49]), DETHARDING[50]) eamdem in figulis observarunt, plumbumque ejus caussam esse cognoverunt. Quo facto colica saturnina pro peculiari morbo habita est a plurimis[51]), nostra vero aetate ab omnibus medicis. Quum vero colica Pictonum saturninae simillima est, quaestio orta, utrum utraque eumdem, an diversum morbum referat, annon illa etiam plumbo tribuenda sit. Postquam BAKERUS[52]) vero experimentis chemicis institutis et argumentis firmissimis probavit, colicam Damnoniensium re vera plumbo originem debere, inde con-

47) De lithargyrii fumo noxio, morbifico, ejusque metallico frequentiori morbo, vulgo dicto *die Hüttentatze*. Goslar. 1656. — Versio gallica: *traité des mauvais effèts de la fumée de la litharge. Par.* 1776 (haec mihi ad manus est).

48) Casus medicinales et observationes pract. lib. VII. cas. 10.

49) De noxa a vapore plumbi. Eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 131. p. 239.

50) Ibid. dec. III. a. 7. 8. app. p. 75.

51) BOERHAAVE apud de HAN l. c. p. 9. — F. HOFFMANN l. c. — WEDEL l. citando. — STOLL l. citandis. —

52) Locis infra citandis. — Ex quo vero tempore vasa plumbea remota sunt, colica Damnoniensium (*Mechanic's Mag. Vol.* 1. p. 224. GERSON u. JULIUS *Mag.* 11. *Bd.* p. 139) silet.

concludi potest, simile quid et in aliis colicae Pictonum speciebus fortasse locum habere. Ita factum est, ut alii[53]) colicam saturninam et Pictonum pro uno eodemque morbo, alii pro diverso[54]) haberent et colicam metallicam illam, vegetabilem vero hanc dicerent[55]). Alii[56]) colicam Pictonum omnino non plumbo, alii[57]) eidem et aliis caussis, alii plumbo soli tribuunt. — Hunc vero morbum deinceps pertractaverunt WEDEL et STOCKHAUSEN[58]), SAMUELIS nepos, CHEYNE[59]), DE HAËN[60]), HEN-

53) BRAMBILLA l. citando. — MASON GOOD *study of med. Vol. I.* p. 203. — PARISET in *dict. des sc. méd. T. V.* p. 40. art. *colique de plomb.* — NISSEN l. citando p. 10. — KREYSSIG in *encyklopäd. Wörterb. d. med. Wissensch.* 8. *Bd.* p. 152. art. colica.

54) BONTÉ l. citandis.

55) PICCARDUS et BOIS DU VAL in HAUTESIERCK *recueil d'observations. T. II.* p. 509. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Är.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 15. — BOUILLAUD in *dict. de méd. et de chir. prat. T. V.* p. 329. art. *colique.* — PARISET in *dict. des sc. méd. T. VI.* p. 40. art. *colique.* — CHOMEL in *Encyklopädie d. med. Wissenschaften nach dem Dict. de méd. frei bearb. v.* MEISSNER. 3. *Bd.* p. 196. art. colica. — GIESE l. citando aliique.

56) CITESIUS, HUXHAM aliique infra citandi.

57) BONTÉ, TRONCHINUS, DE HAËN.

58) Diss. aegrum exhibens colica saturnina laborantem. Jenae 1712.

59) De natura fibr. ejusque lax. Par. 1742.

60) De colica Pictonum. Hagae 1745. (*journ. de méd. T. X.* p. 504). Rat. med. T. III. c. 2. PLATNER *Uebers.* 1. *Bd.* p. 265. T. X. c. 1. PLATNER 4. *Bd.* p. 161. — Rat. med. cont. T. III. p. 363. PLATNER 9. *Bd.* p. 91.

Henckel[61]), Büchner et Brand[62]), (Segner et) Ilsemann[63]), Grashuys[64]), Tronchin[65]), Wilson[66]), Poitevin[67]), Weber[68]), Zwinger[69]), Koenig[70]), Schomberg[71]), Betbeder[72]), Baker[73]), Warren[74]), Roberts[75]), Bruckner[76]), Buchner et Schrö-

61) *Von der Bergsucht u. Hüttenkatze. Dresd.* 1745.

62) Diss. sist. optimam morbum saturninum, vulgo *die Hüttenkatze*, medendi rationem. Halae 1748.

63) Diss. de colica saturnina metallurgorum. Gott. 1752. (Halleri disputatt. T. III. no. 86. p. 293).

64) Tentamen de colica Pictonum. Amst. 1752. App. decadem observationum sist. Amst. 1755. — *Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem IV.* p. 513.

65) De colica Pictonum. Genev. 1757. ed. Schlegel. Jenae 1771. — *Examen du livre* Tronchin *de colica Pictonum, par un méd. de Par.* 1758.

66) *Ein. Nachr. von der unter den Bergleuten in den Bleibergen sog. Millreekkrankh. Neue Edinb. Vers.* 1. *Bd. no.* 22. p. 535. — *Journ. de méd. T. VIII.* p. 133.

67) Oratio de colica Pictonum. Par. 1760.

68) Observatt. med. fasc. II. n. 18.

69) Historiola colicae caenobialis in Monasterio Beinvilensi aliquamdiu familiaris. Acta Helvet. Vol. V. p. 249.

70) Diss. exhib. casum aegroti colica saturnina laborantis. Argent. 1764.

71) *Treatise on the colica Pictonum. Lond.* 1764.

72) Hautesierck *recueil I.* p. 290.

73) *Essay concerning the cause of the endemial colic of Devonshire. Lond.* 1767. (*Journ. de méd.* T. 27. p. 418). — *Med. transact. Vol. I.* p. 175. 319. 364. 460. *Vol.* 3. p. 407. — *Arzneik. Abh. d. Ges. zu London.* 1. *Bd.* p. 299.

74) *Med. transact. Vol.* 2. p. 68.

75) Ibid. Vol. 5. p. 45. 463.

76) Diss. de paresi in colica graviori avertenda. Duisb. 1763.

SCHRÖDER[77]), ALCOCK[78]), COMBALUSIER[79]), BONTÉ[80]), BORDEU[81]), MARTEAU DE GRANDVILLIER[82]), VAUNIER[83]), DU SAULSAY[84]), GLATIGNY[85]), PLANCHON[86]), EUSTACHE[87]), GARDANE[88]), STRACK[89]), PERCIVAL[90]), LILIE[91]), HARDY[92]), HILLARY[93]), FOURAGE[94]), SIEMERLING[95]), POKORNY[96]), FOTHERGILL[97]),

77) Diss. de diversa colicam Pictonum curandi methodo. Hal. 1768.

78) *The endemial colic of Devonshire not caused by a solution of lead in the cyder. Plymouth.* 1769.

79) *Observatt. et reflexions sur la colique de Poitou ou des peintres, ou l'on examine — une colique métallique singulière. Par.* 1761. *Journ. de méd. T. XIV.* p. 483.

80) *Journ. de méd. T. XV.* p. 399. 496. *T. XVI.* p. 300. 398. *T. XX.* p. 15. 106. 204.

81) *Journ. de méd. T. XVI.* p. 203. 483. *T. XVII.* p. 114. 201. *T. XVIII.* p. 20. *T. XIX.* p. 138. *T. XXIII.* p. 282.

82) Ibid. T. XIX. p. 21.

83) Ibid. T. XX. p. 243.

84) Ibid. T. XXI. p. 24.

85) Ibid. T. XXI. p. 409.

86) Ibid. T. XXII. p. 353.

87) HAUTESIERCK II. p. 505. *Auserl. Abh. f. pr. Ae.* 1. *Bd.* p. 10.

88) *Conjectures sur l'électricité méd. avec des recherches sur la colique métallique. Par.* 1768.

89) Observatt. med. de colica Pictonum, maximeque ob arthritidem. Francof. et Lips. 1772.

90) *Observatt. and exper. on the poison of lead. Lond.* 1774.

91) De plumbi virtutibus medicis. Edinb. 1775.

92 *A candid examination of what has been advanced on the colic of Poitou and Devonshire. Lond.* 1778.

93) *Beobachtt. üb. d. Veränder. d. Luft u. Krankh. a. d. Insel Barbados. A. d. Engl. v.* ACKERMANN. *Lpz.* 1776. p. 215.

94) Diss. de colica Pictonum. Herbipoli 1778. P. FRANK delectus opuscul. Vol. III. p. 256.

GILL[97]), STOLL[98]), CARTÉN[99]), SCHROEDER[100]), LENTIN[101]), ARMISTEAD[102]), BANG[103]), KÜHN[104]), PRENDERGAST[105]), TER BRUGGEN[106]), HAEBERL[107]), AASHEIM[108]), FRYE[109]), REID[110]), RODRIGUES[111]), BRAMBILLA[112]), POPP[113]), FOERSCH[114]), OHLE-

 MANN[115]),

95) Diss. de colica ejusque speciebus. p. 42. 48.

96) Diss. de colica Pictonum. Vienn. 1777.

97) *Observatt. on disorders to which painters in water colours are exposed. Med. observ. and inquiries. Vol. V.* no. 37. p. 394. — FOTHERGILL *sämmtl. Schriften. A. d. Engl. u. Lat.* 2. *Bd.* p. 252.

98) Rat. med. T. II. p. 267. T. VI. p. 381. T. VII. p. 305. — MOHRENHEIM *Beitr.* 1. *Bd. no.* 1.

99) BALDINGER *n. Magaz.* 1. *Bd.* p. 113.

100) *Auserl. Abh. v. d. Colik aus Poitou d. Herren* DE HAËN, GRASHUYS, TRONCHIN *und* STRACK. *Kopenh.* 1781.

101) Memorabilia circa aërem etc. Clausthal. p. 113. 119. — *Beitr. zur ausüb. A.-W.* p. 336. — BLUMENBACH *med. Bibl. II.* p. 149.

102) Diss. de colica Damnoniorum. Edinb. 1781.

103) Acta Reg. soc. med. Havn. Vol. I. p. 285.

104) TRONCHIN, STRACK, HUXHAM *u.* GRASHUYS *gesammelte Schr. zur Erkenntn. u. Behandl. d. Bleikolik. Mit Anmerk. Lpz.* 1784.

105) De colica Pictonum. Edinb. 1786.

106) Diss. de colica vulgo sic dicta Pictoniensi pro nova et singulari specie non habenda. L. B. 1784.

107) De febribus annuis. Monach. 1784. p. 68.

108) Diss. de colica Pictonum. Havn. 1786.

109) Diss. de colica saturnina. Edinb. 1786.

110) Diss. de colica Pictonum. Edinb. 1786.

111) Diss. de colica Pictonum. L. B. 1788.

112) *Abh. d. K. K. Josephinischen Akademie zu Wien.* 1. *Bd.* p. 170. Acta acad. med. chir. Vindob. T. I. p. 152. *Samml. auserlesner Abh. f. pr. Ä.* 12. *Bd.* p. 202.

MANN[115]), BARCHEWITZ[116]), LAUBE[117]), PETT[118]), CAMPER[119]), LUDWIG et REDLICH[120]), BURGER[121]), WOLFF[122]), SCHLEGEL[123]), J. VAL. MÜLLER[124]), MÉRAT[125]), BAUDRY[126]), CHABAUD[127]), KLETTEN et ROSENBERG[128]), PLATNER et REUTTER[129]), SCHREINZER[130]), LILIENHAIN[131]), NISSEN[132]), BOCHARDT[133]),

113) Diss. de colica. EYEREL collect. diss. STOLL. p. 147.

114) Diss. de colica spasmodica Pictonum vulgo dicta. L. B. 1790.

115) Diss. de colica p. 21.

116) Diss. praecip. colicae Pictonum species earumque medelas. Traj. ad Viadr. 1793.

117) Diss. de colica saturnina. Francof. 1792.

118) Diss. de colica Pictonum. Edinb. 1793.

119) *Verm. Schr. no. XI.*

120) Diss. de colica saturnina. Lips. 1800. BRERA sylloge opuscul. Vol. VI. p. 240.

121) *Neuere Beobachtt. u. Erfahr. üb. d. Bleikolik u. deren glückl. Behandl.* HORN *neues Archiv.* 2. *Bd.* p. 335.

122) FORMEY *Ephemeriden von Berlin* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 83.

123) *Mater. f. d. Staatsarzneik.* 1. *Samml. no.* 6.

124) *Über Bleikrankh. u. wie dieselben am Besten zu verhüten u. zu heilen sind, etc. Frankf. a. M.* 1796.

125) *Diss. sur la colique métallique. Par.* 1803. — *Traité de la colique métallique. Par.* 1812.

126) *Essay sur la colique névroso-gastrique, vulgairement connue sous le nom de colique métallique végétale. Par.* 1805.

127) *Essai sur la colique métallique végétale. Par.* 1809.

128) Diss. de colica saturnina. Viteb. 1810.

129) Diss. de colica saturnina. Lips. 1812.

130) Diss. de colica saturnina. Vien. 1815.

131) Disq. chem. pathol. circa saturnum et morbos saturninos. Berol. 1821.

132) Diss. de colicae saturninae indole. Kiliae 1824.

CHARDT[133]), PALAIS[134]), THOMAS[135]), ANDRAL[136]), RANQUE[137]), GIESE[138]), DE NECKERE[139]), LAOWIE[140]), JACOBI[141]), MÖLLER[142]), STOKES[143]), FRANK[144]), PAULY[145]), TOTT[146]), FREY[147]), BAUHÖFER[148]), FRANKE[149]), BACIOCHI[150]), WISLIZEWSKI[151]), BROCKMANN[152]), SÉGOND[153]).

3. Co-

133) *Die Bleikrankh. u. ihre Heilung. Karlsr.* 1825.

134) *Traité prat. sur la colique métallique. Par.* 1825. *Bull. des sc. méd.* 1825. *Nov.* p. 249. *Journ. univers. T.* 39. p. 71.

135) *Réflexions sur le siége de la maladie dite colique de plomb, colique métallique. Journ. univers. des sc. méd.* 1825. *Oct.* p. 115. FRORIEP *Notizen* 12. *Bd. no.* 256. p. 221. *Annals of philosophie* 1825. *Febr.*

136) *Clinique méd. ou choix d'observ. récueillies à la clinique de Mr.* LERMINIER. *Vol. IV.* p. 478. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 37. *Bd.* p. 142. *Clin. méd.* 3. *éd. T. II.* p. 208.

137) *Mém. sur les empoissonnemens par les émanations saturnines. Par.* 1827. *Journ. complém. du dict. des sc. méd. T.* 27. p. 172. *Bull.* 1828. *Sept.* p. 30.

138) Diss. de colica saturnina. Berol. 1828.

139) Diss. de colica Pictonum. Roularii 1828.

140) Diss. de colica saturnina. Leodii 1828.

141) *La clin. T. IV. no.* 4 *et* 5. FRORIEP *Notizen* 24. *Bd. no.* 12. p. 171.

142) Diss. de colica saturnina. Hal. 1831.

143) *London med. and surg. journ.* BEHREND *med. chir. Journ. d. Auslandes* 16. *Bd.* p. 250.

144) Diss. de colica saturnina. Lips. 1835.

145) Diss. de morbo saturnino. Berol. 1836.

146) *Einige Fälle v. Krankh., welche durch Verschlucken u. Einathmen bleiïger Substanzen erzeugt worden waren.* HUFELAND *Journ.* 75. *Bd.* p. 77.

147) Diss. de colica saturnina. Berol. 1836.

148) Diss. de colica saturnina. Marburg s. a.

Symptomata.

3. Colica saturnina ab initio leviores quosdam obscuros dolores in abdomine exhibet, fortiores in regione umbilicali, qui fugaces, reduces, pedetendim et vi et frequentia increscunt contorquentes[154]), subinde ardentes continui, sed per intervalla exacerbari soliti; ab initio in ventriculo, deinde in intestinis. Insimul alvus rarior[155]), faeces durae, siccae, friabiles, ovilibus similes cum difficultate excernuntur, deinceps prorsus retinentur. Appetitus ciborum deletur, foetor[156]) ex ore, nausea, vomituritiones et vomitus ipse, quo tenues, virides, aeruginosae vel atrae, amarae materiae ejiciuntur, superveniunt. Abdomen ab initio laeve, brevi tempore praeterlapso insigni modo, praecipue in regione umbilicali, intro trahitur[157]), ita ut costarum margo et pelvis ossa promineant et anterior abdominis paries spinam dorsalem fere al-

149) *Inaug. Abh. Bleykolik. Arnstadt* 1837.

150) Diss. de colica saturnina. Pav. 1837.

151) Diss. de colica saturnina. Bern. 1837.

152) *Hannöv. Annal. f. d. ges. Heilk.* 2. *Bd.* 4. *H.*

153) *Essai sur la neuralgie du grand sympathique, maladie connue sous les noms de colique végétale, du Poitou, de Devonshire, de Madrid, de Surinam etc. Par.* 1837.

154) Stollius l. c. P. VI. p. 308.

155) Nonnullos ab initio morbi diarrhoea aquosa correptos esse, testatus est Bochardt l. c. p. 26. — Stoll l. c. Pars II. p. 272.

156) Similis mercuriali. Bochardt l. c. p. 1. — Möller l. c. p. 25.

157) Stollius vero l. c. P. II. p. 272 se rarius intro tractum vidisse monet, nec non Andral l. c. p. 226 hoc signum ubique adesse negat.

attingat; tactu abdomen non molle et collapsum, sed tensum percipitur, eoque dolores non[158]) tam augeri, quam potius diminui solent. Anus contrahitur, scrotum constringitur et corrugatur, testiculi ad abdomen attrahuntur. Dolores, obstructio et abdominis contractio increscunt, facies pallida vel flava; pulsus duri[159]) et tardi, neque febris nec cephalalgia supervenit, respiratio vero laesa; lumbi, femora, brachia aliique artus dolent, imprimis nocte, iique hebetes, debiles, macilenti, tandem paralysi, sensu tamen incolumi[160]), corripiuntur, imprimis superiores, et ita, ut extensores flexoribus magis afficiantur ideoque digiti contrahantur. In tibia, dorso[161]) manus, articulisque tubercula dolorifica subinde oriuntur; mammae[162]) vel unius vel utriusque tumor et induratio variabilis et temporaria producitur. Saepenumero ructus, rarissime borborygmi adsunt; urinae[163]) excretio nonnumquam impedita. Doloribus et colicis et artuum fortissimis diu perseverantibus acce-

158) Nec hoc signum in omni casu adesse, contra saepe dolores tactu excitari, ANDRAL l. c. p. 226 monet.

159) STOLLIUS l. c. p. 273 („arteriae filum ferreum, valideque tensum referunt").

160) PAULUS AEGINETA l. c. — Quid quod simul cum paralysi dolores artuum perdurare possint. ANDRAL l. c. p. 227.

161) STOLLIUS l. c. p. 275. — DE HAËN *Heilungsmeth. 4. Bd.* p. 374. 376.

162) STOLLIUS l. c. p. 272.

163) BÜRGER l. c. p. 356. — STOLLIUS l. c. P. VI. p. 300 („mictus stranguriosus, parcus, frequens, tenesmus ad matulam, et urethrae in quibusdam retractio").

cedunt pavores, deliria, lipothymia, convulsiones, subinde epilepticae[164]), apoplexia, amaurosis[165]), rarius surditas, nonnumquam vox deletur et aegre percipitur[166]).

Necroscopia. 4. Intestina[167]), imprimis crassa, constricta[168]) in aliis locis, in aliis dilatata[169]), in locis amplioribus faeces[170]) siccas, duras, globosas continent; vestigia inflammationis modo in ulcerationem, modo in gangraenam abeuntis in ventriculo et toto tubo intestinali diversis in locis subinde comparent[171]); vasa sanguine atro turgent[172]), imprimis ad ventriculum, cujus interna superficies punctis albis obducta; pancreas[173]), hepar et lien plus minusve indurata et vasibus distentis plena[174]); glandulae mesaraicae obstructae,

164) Andral l. c. p. 230.

165) de Haën *Heilungsmeth.* 4. *Bd.* p. 368. — Zinken *gen.* Sommer *Gesch. e. mit schwarzem Staar verb. Bleikolik.* Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 1. *St.* p. 73. — Duplay *Arch. gén.* 1834. *May.* Froriep *Notizen* 41. *Bd. no.* 8. p. 122.

166) de Haën l. c. p. 424.

167) Bordeu l. c. (T. 16. p. 210). de Haën (*Heilungsmeth.* 4. *Bd.* p. 369. 379) et Andral (l. c.) plura dissectorum cadaverum exempla referunt, quos maxime sequutus sum.

168) Bordeu l. c. — de Haën l. c

169) de Haën l. c. p. 372. Tab. 1. p. 379.

170) Bordeu l. c. p. 213.

171) Bordeu l. c. — de Haën l. c. p. 373.

172) Bordeu l. c.

173) de Haën l. c. p. 382. — Hildebrand rat. med. in schola pr. Vindob. P. II (colica icterum produxerat).

174) Bordeu l. c.

ctae, tumentes, mesenterium lividum[175]). Musculi totius corporis pallidi et exsangues[176]). Rarius[177]) cerebri vasa[178]) turgebant sanguine et serum in cerebri ventriculis, nec non in canali spinali repertum est; nonnunquam irritationis signa in vesica[179]) urinaria, imprimis ad ejus collum. DE HAËN venae cavae[180]), ANDRAL aortae[181]) rupturam et haemorrhagiam[182]) cerebri invenerunt. Attamen plurimis in casibus nihil[183]) reperitur, quod morbi caussam exhibeat, contra ea, quae reperiuntur in cadavere potius pro effectu, quam pro caussa morbi habenda[184]) sunt.

5. Colicae saturninae unicam caussam plumbum esse, per se patet; quod vel ab ore et ventriculo, vel a cute et pulmonibus susceptum, vel in — Caussae.

175) BORDEU l. c.

176) LAENNEC. GERSON u. JULIUS *Mag.* 17. *Bd.* p. 491.

177) Contra THOMAS l. c. in undecim cadaveribus menynges injectas, medullarem cerebri et medullae spinalis substantiam griseam, puncta rarissima, injecta vel emollita, laticem aquosum inter membranas cerebri ejusque in ventriculis, injectiones cruentas vel laete rubentes vel obscuras vel lividas in pluribus stomachi et tubi intestinalis locis, saepius ejusdem membranas tenues, rarius coarctatas se invenisse testatus est, unde colligit, in colica saturnina non solum tubum intestinalem, sed etiam cerebrum affectum esse.

178) STOLLIUS l. c. P. II. p. 284. — BORDEU l. c. p. 212.

179) BORDEU l. c. 180) L. c. p. 391. 181) L. c. p. 211.

182) L. c. p. 213.

183) ANDRAL l. c. p. 209. — LOUIS *rech. anat. pathol. sur diverses maladies* p. 483.

184) DE HAËN diss. c. p. 26.

in venas injectum morbum faciat. Quare morbus subinde ortus est, ubi consulto saturnina medicamenta[185]), vel cosmetica[186]) in usum vocata et in animalibus experimenta instituta sunt; rarissime saturnina veneficii caussa propinata sunt. Sed frequentissime accidit, ut eadem casu quodam a nesciis assumerentur, commista cum cibo[187]) et potu[188]), iisque in vasibus plumbeis, stanneis[189]), figulinis[190]) vitro minus perfecte obductis, conser-

185) F. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. II. c. 5. obs. 6. p. 351. — de Haën *Heilungsmeth.* 4. *Bd.* p. 413. — Gardanne, *gaz. de santé* 1773. p. 61. — Obertbuffer in Hufeland *Journ.* 9. *Bd.* 3. *St.* p. 110 (ter ab aqua Goulardi morbum ortum se vidisse narrat).

186) Brambilla l. c. p. 177.

187) Vandermonde *journ. de méd.* T. *XIII.* p. 158 (panis in fornace picto ligno calefacta coctus). Eumdem casum Combalusier l. c. fusius describit. — Litbargyrum butyro additum, ut ejus pondus augeretur, colicam saturninam epidemicam produxisse legitur in *dict. des sc. méd. T. VI.* p. 33.

188) Aqua Amstelodamensis Tronchino teste, et aqua Haarlemensis Wanstroostwyk teste plumbum vel a tectis vel a canalibus suscipit. Similem casum memoria dignissimum Alderson (*med. chir. transact. Vol.* 22. p. 87. *arch. gén.* 3e *série* T. *VII.* 1840. *Mars* p. 359) observavit. — Vinum pomaceum (*Cyder*) a Damnonibus paratum, plumbum in se continere Baker l. c. docuit.

189) Kügel *üb. d. der Gesundheit nachtheiligen, gewöhnlichen bleihaltigen, zinnernen u, glasurten irdenen Küchengeschirre. Quedlinb.* 1810.

190) Ebell *die Bleiglasur d. irdenen Küchengeschirrs, als eine neuerkannte Quelle vieler unsrer Krankheiten. Hann.* 1794. *N. Tit.* 1825. — Westrumb *üb. d. Bleiglasur un-*

servatis, vel consulto addita vino acido[191]), vel simul cum aëre[192]) hausta a pictoribus, dealbatoribus, figulis, fenestrariis, metallurgis[193]), chemiae cultoribus aliisque[194]), quos pulvis fumusque plumbi attingere potest. Rebus sic sese habentibus

serer Töpferwaaren u. ihre Verbesserung. Hann. 1795—97. 2. *St.* — Fuchs *Beitr. zur Gesch. d. Prüfung d. Schädlichkeit d. Töpferglasur. Jena* 1795—97. 3. *St.* — Sponitzer *Untersuch. u. nähere Bestimmung des neulich in Anregung gebrachten Schädlichkeit der Bleiglasur des irdenen Geschirres. Berl.* 1796. — Hoffmann *etwas üb. d. Blei, die Bleiglasur u. wie man eigentlich die Auflöslichkeit der letztern betrachten müsse, vorzüglich aber über eine allg. Bleivergiftung d. kleinen Kinder, nebst Vorschlag, diese zu verhüten. Lpz.* 1797.

191) Dolosam hanc artem jam anno 1437 in ducatu Würtembergico ab oenopola tentatam fuisse Fourage (l. c. p. 14) refert. — Gockel *Beschreib. d. durch Silberglätte versüssten sauern Weines a.* 1694—96 *u. der daher entstandnen vorher unerhörten Weinkrankheit. Ulm* 1697. — Zeller et Weissmann docimasia, signa, caussae et noxa vini, lithargyrio mangonizati, variis experimentis illustrata. Tub. 1707. Halleri diss. ad morb. hist. fac. T. III. no. 83. p. 235. — Gockelius in eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 30. p. 81. — Brunner ibid. obs. 92. p. 193. — Reiskelius ibid. a. 5, 6. obs. 261. p. 601. — Matthisen diss. de vinis lithargyrio infectis et colica paretico-convulsiva ex haustu eorum oriundis. Gryphisw. 1745.

192) Henckel l. c. passim. — Lentin memorab. p. 114. — Baker l. c. p. 308.

193) Conferantur ea, quae supra in historia retulimus.

194) Odier *man. de méd. pr.* p. 169. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 22. *Bd.* p. 110. — Späth (Froriep *Notizen* 35. *Bd. no.* 22. p. 352) infantem fenestrarii 20 hebdomades natum colica saturnina laborantem vidisse sibi videtur. —

bus utplurimum copia plumbi, quae vix aestimari potest, pedetendim assumitur, priusquam morbus initium ceperit, quid quod veneni vis usu cerevisiae vinique acidi[195]), pomacei nec non perfrictione corporis evehi videatur; praeterea sunt, qui ex corporis constitutione aliis[196]) plus[197]) ad colicam saturninam dispositi sint, eaque non raro epidemicum[198]) vel endemicum morbum sistit. Quodsi alia metalla, cuprum, antimonium, arsenicum, accusata sunt, haec quidem morbum quemdam abdominis dolorificum, haudquaquam colicam saturninam gignere valent. Idem valet de aliis caus-

195) Acido acetico plumbum vel regulinum vel alia sub forma haud solubili assumtum in plumbum aceticum facillime solubile mutari, neminem fugit.

196) Minus dispositi dicuntur robusti, iique, qui quotidie alvum rite exonerant; quare haud raro accidit, ut metallurgorum alii immunes et intacti maneant, dum alii frequenter afficiuntur.

197) Quicumque colica saturnina affectus fuerit, retinet dispositionem.

198) Aestate a. 1820 et 1821 permultos, colica saturnina laborantes, imprimis caementarios Lipsiae curavi, quoniam tunc temporis multa aedificia exstructa sunt et caementarii ibi colores obducere solent. Num praeterea epidemici quid latuerit, dubito. — Quodsi colica Pictonum priore tempore epidemice et endemice grassata est, fortasse occasio quaedam data fuit, qua plumbum a compluribus assumeretur. Praeterea monendum est, colicae Pictonum nostris temporibus epidemice grassantis rarissime mentionem fieri; haec enim saturno tribui solet; et colica saturnina in universum rarius occurrit, quam Haënii Stollique temporibus, quoniam ejus caussa in vulgus nota majore cum cura evitatur.

caussis, quibus origo colicae sic dictae vegetabilis tribuebatur, siquidem DE HAËN[199]), HUXHAM[200]), TRONCHINUS[201]), aliique febres imperfecta crisi solutas, vel non bene curatas, vini potusque acido-austeri fermentati, acidorumque pomorum immaturorum nimium usum, arthritidem[202]) et rheumatismum, impeditam perspirationem, scorbutum, melancholiam, animique pathemata pro caussis colicae Pictonum, SMITH[203]) apepsiam, temulentiam, et pergraecationem, subitam calefacti corporis in frigido aëre expositionem, venerei concubitus frequentiam, continuam vel intermittentem febrem praegressam et male tractatam pro caussis colicae apud incolas Caribienses endemiae, HUXHAM aliique vini e pomis parati, pomorumque ipsorum usum[204]) pro caussa colicae Damnoniensis declarant, quam a plumbo gigni, BAKER[205]) probavit. — Plumbum vero, quod morbi nostri caussam proximam attinet, duplici modo agere videtur, dummodo rarius inflammationem intestinalem excitat, frequentius vero nervos, imprimis spinales et abdominales afficit, eorumque agendi vim ita laedit, ut vel spasmi et dolores, vel paralyses, sensuumque hebetudo in conspectum veniant.

6. Symptomata colicae saturninae propria, obstipatio alvi pertinax, abdominis tensi introductio, doloris periodici, tactu non aucti indoles, pulsus durus, affectiones nervosae, dolores artuum, convulsiones, paralysis, sensuum hebetudo, corporis Diagnosis.

199) L. c. 200) L. c. 201) L. c. 202) STRACK l. c.
203) L. c. 204) HUXHAM l. c. p. 59. 205) L. c.

ris macies utplurimum facilem[206]) certamque admittunt diagnosin, ulteriore caussa explorata confirmandam. Quodsi cuprum morbum colicae saturninae similem excitat, hic tamen constipatione et duro pulsu minus insignitus est, contra diarrhoea adesse solet, venter non introductus, tactu dolores excitantur et evehuntur, febris cum cephalalgia adest, symptomata nervosa, artuum dolores, paralysis, sensuum hebetudo, deliria etc. haudquaquam cupro excitantur, quod potius enteritidem quam colicam progignere solet[207]). Quodsi vero colica saturnina ab aliis dolorificis abdominis morbis rite distincta est, ratio habenda est formae peculiaris, quam ipsa teneat; quippe quae pro symptomatibus, vel meram colicam nervosam referat, vel cum congestionibus in capite, epilepsia et apoplexia, vel cum paralysi, vel cum macie conjuncta sit.

Prognosis. 7. Sub justa cura, quae multum valet, dolores diminuuntur, ab initio rotundae et siccae, dein molles, fluidae et aquosae faeces ejiciuntur; ventris mollities et arcus redeunt, pulsus mollior et fre-

206) Attamen Tott l. c. p. 82 casus colicae saturninae enarrat, qui pro mere spasmodica et haemorrhoidali habiti sunt. Praeterea iis, qui colicam vegetabilem inter et saturninam discrimen admiserint, nil nisi caussa superest, qua utramque a se invicem distinguere valeant.

207) Sed de Meza (Acta Reg. soc. med. Havn. Vol. II. p. 34) sub nomine colicae Pictoniensis morbum quidem describit, colicae saturninae simillimum, quem vasis aeneis, quorum crusta stannea hinc inde detrita erat, tribuit. Num jure? — Andral *clinique méd.* 3. *éd.* *T. II.* p. 246.

frequentior, aeger restituitur, attamen pallidus et flavus manet. Sed morbus saepenumero redire solet caussa denuo admissa, id quod sexies, decies[208]), vigesies, tricesies[209]) accidit. Rebus sic sese habentibus debilitas, macies, paralysis superstites sensim increscunt, et vel ipsae, vel tubercula[210]) pulmonum, vel icterus cum hepatis labe conjunctus, vel hydrops vitae finem imponunt. Praeterea animi imbecillitas, demissio atque morositas nonnumquam remânent, neque musculi, jam macie vel ipsa paralysi affecti, umquam pristinum ambitum recuperant. Multo vero magis teste Thomas[211]) periclitantur ii, qui ab initio doloribus colicis non adeo crucientur, contra subito sui conscientia privantur, delirio, nonnumquam furioso, convulsionibus[212]), epilepsiae similibus, apoplexia corripiuntur. Hi enim non raro subito exstinguuntur. Idem evenit, ubi enteritis[213]) gangraenosa vel ileus accesserit. Praeterea febris, quae accesserit, nervosam indolem induens, vomitus enormes, ileum praesagientes, jure timentur. Quare pro-

208) De Haën *Heilungsmeth.* 4. *Bd.* p. 364.

209) Stollius l. c. P. II. p. 280 (vigesies octies).

210) Sed Sander (Casper *Wochenschr.* 1836. *no.* 2), qui colica saturnina laborent, eos a phthisi pulmonali immunes esse observavit.

211) L. c. p. 118.

212) Paulus Aegineta l. c. jam edixerat, („eorum, qui in comitialem morbum inciderunt, plures interiere").

213) Sed Amelung (Hufeland *Journ.* 48. *Bd.* 6. *St.* p. 36) casum refert sanatae enteritidis, quae colicam saturninam sequuta fuit.

prognosis satis tuta constitui non potest et colica saturnina, licet plurimi eadem laborantes convalescant, tamen morbum satis ancipitem sistit, qui vel leniore tramite incedens inopinato finem vitae imponere vel gravioribus symptomatibus stipatus ad faustum finem perduci potest. — Paralysis ultra plures dies superstes aegre sanatur; quae vero reliqua symptomata antecesserit, gravem nervorum labem significat; eademque sub doloribus vehementibus superveniente, hi mitigantur. — Apoplexia, nisi aegrum exstinxerit, rarissime paralysin relinquit.

Cura. 8. Cura colicae saturninae quadruplex est 1) prophylactica, 2) antidotis exhibitis, 3) symptomatica et 4) empirica. 1° Qui plumbi viribus expositi sunt pictores, figuli, fossores metallici, operae ad caminos munditiei studeant, vestimenta cum aliis saepius commutent, vapores plumbi, quantum fieri potest, prohibeant[214]), ne jejuni labores adeant, salivamque deglutiant, multum olei, lardi[215]), butyri etc. comedant, acidos vero cibos potusque evitent. Praeterea curandum est, ut aedificia bene condita sint. Tandem medicinae publicae est, vinum aliosque potus, qui plumbo adulterari possint, vasa figulina pejoris indolis aliaque id genus accuratissime attendere, reosque ac-

214) Os naresque linteo obvelare solent ii, qui plumbum tractant. Plus commodi larva praebere videtur, qualem Bochardt l. c. descripsit et depinxit.

215) De Haën rat. med. P. I. p. 115. Platner *Uebers.* 1. *Bd.* p. 86. 274.

accusare et punire. 2° *Antidota* ea sunt, quae cum plumbo conjuncta minus solubile corpus constituunt. Id valet maxime de acidis[216]), imprimis sulfurico[217]), ejusque salibus: tartaro vitriolato[218]), magnesia sulfurica[219]) et alumine[220]). Eamdem ob caussam kali carbonicum, sapo, acidum

216) Baker l. c. — Monro *Bemerkk. a. d. Arzneik.* p. 118. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ae. Bd.* 13. p. 201 (acidum tartaricum commendat). af Grubeus *Svenska - Läkare Sällskapets Handlingar. Vol.* 5. p. 234. *Samml. auserl. Abh.* 32. *Bd.* p. 703 (acetum commendat).

217) Acidum sulfuricum dilutum, aquae additum, Gendrin (*la Lançette française* 1831. *Dec. l'institut a.* 1834. *Juin*) pro potu iis commendat, qui plumbum tractant.

218) Hillary (l. c. p. 228) eo vomitum sedari contendit.

219) Reide *Uebers. d. Krankh. d. Armee.* p. 208. — In leviore colicae casu sal amarum in mixtura oleosa solutum saepenumero ad curam suffecisse vidi.

220) Percival in *med. Comment. v. Edinb.* 2. *Bd.* p. 248. — Adair ibid. 10. *Bd. I.* p. 39. — Grashuis l. c. app. — Laake l. c. — Tronchinus l. c. — Laube l. c. p. 26. — Moseley l. c. p. 543 (alumen cum vitriolo albo conjungit). — Quarin animadv. pract. p. 187. — Fischer *Anmerkk. üb. London.* p. 173. — Schlegel *Material. f. d. Staatsarzneik.* 1. *Samml.* 6. *Aufs.* — Zinken gen. Sommer in Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 1. *St.* p. 81. — Gebel ibid. 8. *Bd.* 2. *St.* p. 195. — Michaelis ibid. 12. *Bd.* 4. *St.* p. 31. — Götze ibid. 48. *Bd.* 6. *St.* p. 35. — Clarus *Annal. d. klin. Instit. I.* no. 2. — Kapeler *dict. de méd. et de chir. prat. T. V.* p. 324. — Montancbix in *arch. gén.* 1828. *T. XVIII.* p. 370. *Revue méd.* 1828. *Dec.* p. 511. — Graviore in casu gr. viii-xv cum opii gr. β ter quaterve per diem exhibita opem tulisse legimus, minores doses exhibere solemus, nec sine fructu.

dum hydrosulfuricum[221]), hepar sulfuris[222]) et aquae sulfureae[223]) laudantur. Haec quidem medicamina initio morbi, quo citissime fieri potest, propinari debent. Rarissime emeticum[224]) locum habet, utpote quo major plumbi copia, a ventriculo forte assumta, evacuetur. 3° *Cura symptomatica.* Ad dolores vehementiores sopiendos oleum[225]) amygdalarum dulcium, olivarum, papaveris albi, Ricini[226]), mucilaginosa oleo addita, potus mucilaginosi[227]) ex avena decorticata, oryza, radice althaeae parati, clysmata e mucilaginosis et

221) Chevalier et Rayer in *annales de l'industrie nat. Mai* 1827. p. 15. — *Bulletin* 1827. *Dec.* p. 313. — *Arch. gén. de méd. T.* 15. p. 621.

222) Navier apud Kühn l. c. p. 343. — van den Bosch in *geneeskundige Warneemingen no.* 9. — Hahnemann in Blumenbach *Biblioth.* 3. *Bd.* p. 546.

223) Garnett in *mem. of the med. soc. of London. Vol. V.* p. 130. — Chevalier et Rayer *dict. de méd. et de chir. pr. T. V.* p. 326.

224) Tronchinus l. c. p. 69. — Wilson l. c. — du Bois l. c. — Lentin memorab. p. 117. — Eustache in Hautesierck *recueil T. II.* p. 505. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 10.

225) Olei usum quamplurimi laudant, v. c. Bang, Grashuis, Ilsemann, Brambilla ll. cc.

226) Odier *man. de méd. pr.* p. 169. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 22. *Bd.* p. 110. — Idem in *journ. de méd. T.* 49. p. 333. — Hungerbyhler diss. de oleo Ricini. Frib. 1780. — Romans *natural history of Florida.* p. 246. — Fischer *Bemerkk. über London.* p. 173. — Friese in *Archiv d. pr. Heilk. f. Schlesien.* 4. *Bd.* 1. *St. no.* 6.

227) Grashuis l. c. p. 42. — Ilsemann l. c.

et oleosis [228]) confecta, fomenta decocti seminum lini, herbarum emollientium et narcoticarum [229]), balnea tepida et frictiones oleosae commendantur, aut ad opium [230]), hyoscyamum [231]), moschum, ca-

228) TISSOT *Abhandl.* p. 310.

229) Cataplasmata ex foliis tabaci parata laudat GRAVES (*Dublin hospital reports. Vol. IV.* p. 45), STOKES (l. c.) clysmata e nicotiana parata commendat.

230) Opium vel majore dosi (ADAIR in *mem. of the med. soc. of London II. no.* 21. p. 218. — gr. j singulis horis. — BOURDOIS *rapport d'une observation de* GENDRON *sur l'usage de l'opium à grande dose dans la colique des peintres.* SEDILLOT *journ. de méd. T. II.* p. 338. HUFELAND *neueste Annalen d. franz. Arzneik.* 3. *Bd.* p. 440. gr. 96 per triduum exhibita. WOLF l. c. p. 86. 87. 92. STOLL passim. HILLARY l. c. p. 226) vel minore et modica dosi (ad gr. ½ trihorio BRAMBILLA l. c. REMER in HORN *Archiv* 3. *Bd.* 2. *H. no.* 5. SCHLEGEL l. c.) vel solum (BÜRGER l. c.) vel cum oleo amygdalarum dulcium (BRAMBILLA l. c.) vel alternatim cum laxantibus (STOLL l. c. P. II. p. 288. BAKER l. c.) vel post illa (WARREN in *med. transact. II. no.* 7) vel ante eadem (DE HAËN l. c.) exhibitum laude extollitur, quam bene meritam esse, nos quoque testati sumus, utpote qui id simul cum alumine in casu graviore exhibere soleamus. In OMODEI *giornale* 1829. *Maggio.* p. 323 morphium laudatur. Contra vero BAGLIVI (l. c.), BANG (*Auswahl a. d. Tagebüchern d. k. Krankenhauses I. Sept.* 82), LENTIN (memorab. p. 119) paralysin aliamque noxam inde timent, nec non STOLLIUS in casu quodam (P. VI. p. 431) idem excusare cogebatur, quod epilepsiam non produxerit. Unde concludendum esse videtur, opium paralysi saturnina vel timenda vel praesente contraindicari, in omni vero casu modice exhibendum esse.

231) STOLL l. c. P. VI. p. 465.

cactoreum, camphoram[232]) confugiendum est. Deinde dolore mitigato[233]) alvus ducenda[234]) oleo Ricini, mixtura oleosa cum sale amaro, vel infuso foliorum sennae[235]) cum oleo amygdalarum dulcium et gummi arabico, nec non clysteribus repetita vice[236]) exhibitis. Mason Good[237]) oleum essentiale terebinthinae et oleum crotonis[238]) commendat, Fournier[239]) in mitioribus laxantibus acquiescit. Inflammatione intestinorum praevalente, vel praesumta hirudines[240]) abdomini ap-

232) Stoll l. c. P. VII passim.

233) Stoll l. c. P. VI. p. 340 („leniter purgans salinum proderit, si modo tam ante quam post purgans opium datur").

234) Eustache l. c. — Hillary l. c. p. 228. — Warren l. c.

235) Günther (*Salzburger med. chir. Zeit.* 1813. 1. *Bd.* p. 45) primum infusum rad. valerianae et fol. sennae cum sale amaro et tinct. thebaicae aliquot guttis exhibet, deinde pilulas, quae continent: Resinae jalappae et saponis veneti aa ℈j hepatis sulfuris calcariae ʒß. S. Quaque secunda vel tertia hora 4—5 pilulae capiantur.

236) Tissot (ep. varii argum. p. 152) singulis bihoriis enemata injici jubet.

237) L. c. p. 209.

238) Froriep *Notizen* 33. *Bd. no.* 2. p. 31. Idem etiam in *hôpital de la pitié* exhibetur (Andral l. c. p. 236. nota), Hinze (*med. Zeit. v. d. Verein f. Heilk. in Pr.* 1833) et Stokes (l. c.) id laudant.

239) *Journ. hebdomad. Avril* 1830. *T. VII. no.* 82.

240) Palais l. c. (qui quidem omnino omni colicae saturninae enteritidem subesse putat, ideoque praeeunte Renauldin hirudines in quovis casu applicari jubet. Sed

applicati, venaesectio[241]) instituta, mucilaginosa, salia neutra, et Kalomel propinata sunt. — Alvo pertinaciter in morbo neglecto et inveterato clausa opio, fomentis, balneis, clysteribus ad spasmum tollendum opus est, id quod etiam sinapismo et vesicatorio applicatis adjuvatur. — Ischuria hirudinibus et sinapismo applicatis, fomentis, balneoque, apoplexia venaesectione et derivantibus curatur. — Dolores artuum[242]) balneo, cui hepar sulfuris admiscetur et linimento camphorato mitigantur. — Convulsione accedente moschus[243]), opium[244]), ad paralyses tollendas balnea sulfurea[245]) cum naturalia, tum artificialia, derivantia, tinctura guajaci volatilis[246]), vis electrica[247]) in usum vocantur; praeterea strychnina[248]), brucina[249])

fateor, me numquam colicam saturninam inflammatoriam vidisse).

241) Henckel l. c. — de Haën l. c. — Tronchinus l. c. — Tissot l. c. — Astruc diss. ergo morbo, colica Pictonum dicto, venaesectio in cubito. Par. 1751. Haller disputatt. ad morb. hist. fac. T. III. no. 84. p. 259. — du Bois non ergo colicis figulis venaesectio. Par. 1751. — de Fresne ergo non colicis figulis venaesectio. Par. 1777. — Stokes (l. c.) venaesectionem commendat, qua spasmus diminuatur.

242) Bochardt l. c. p. 48. 243) Hillary l. c. p. 232.

244) Stokes l. c., qui praeterea suadet, ut abscissis capillis vesicatorium capiti imponatur.

245) Mogalla *die Bäder bei Landek.* — Strack l. c. p. 76.

246) Fothergill l. c.

247) Mauduyt in *hist. et mém. de la soc. R. de méd. an.* 1782 et 1783. *Mém.* p. 160. — de Haën *Heilungsmeth.* 1. *Th.* p. 288. 4. *Th.* p. 399. 402. 407. 427.

248) Graves in *Dublin hosp. reports. Vol.* 4. p. 46. — An-

na[249]) et ipsa mercurialia[250]) laudantur. Pemberton[251]) artus resolutos ferula accommodata ita ligari jubet, ut musculi quiescant. — Amaurosin Zinken gen. Sommer[252]), ope infusi florum arnicae, camphorae et vis electricae sanavit, Alderson[253]) curam ejusdem eo adjuvit, ut oculos ligatos a lucis vi tueretur. — Denique convalescentium cura non negligenda est, ut morbi reditus praecaveatur; roborantia et nutrientia caute exhibeantur, alvus recte ducatur, neque intestina incaute impleantur. Tabe metallica, quae colicam sequitur, utplurimum cum obstructione alvi conjuncta, rarius perfecte sananda, indicantur medicamenta laxantia, nutrientia, restaurantia, roborantia, excitantia, quae apto modo conjungi debent. V. c. decoctum radicis rhei cum extractis amaris, pilulae ex sapone, rheo, asa foetida et martiali compositae, infusum radicis serpentariae, valerianae, florum arnicae, radicis calami aromatici, decoctum ligni quassiae, corticis peruviani et quae sunt reliqua. Simul juscula bene nutrientia, gelatina, choccolada, cerevisia bene cocta commen-

dral *clin. méd.* 3e *éd.* *T. II.* p. 237 (ad g. $\frac{1}{12}$). — Huss (*Tidskrift for Läkare och Pharmaceuter. Stockh.* 1836) eamdem et nucem vomicam, Serres (*la lançette française. Par.* 1830. *Dec.*) tincturam nucis vomicae commendant.

249) Andral l. c. p. 241 (ad gr. $\frac{1}{2}$).

250) Wagner in Horn *Archiv* 1828. 2. *Bd.* p. 604.

251) *On various diseases of the abdominal viscera.* p. 156.

252) Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 1. *St.* p. 85.

253) *Med. chir. transact. Vol.* 22. p. 82. — *Arch. gén.* 3. *sér. T. VII.* 1840. *Mars.* p. 358.

mendanda sunt. 4° Tandem plura remedia coliсae saturninae opposita sunt vel simplicia vel composita, eaque neque illius neque hujus indicationis ratione habita in usum vocantur empirico modo. Huc pertinet illa centies decantata methodus medendi in nosocomio Parisiensi „*la Charité*" usitata[254]; praeterea bezoar[255]) animale sive terra si-

254) Primo die enema pictorum purgans (℞ Fol. senn. ʒiv, fiat Infusum ℔j, cui adde sulfatis sodae ʒiv, Vini emetici ℥iv) injicitur, et aqua cassiae cum granis (℞ Aquae cassiae simplicis ℔ij, Salis Epsomensis ℥j, Tartari emetici gr. iij. D. — Ubi morbus gravior est, additur Syrupi baccarum spinae cervinae ℥j, aut confectionis Hamecb ʒij) hauritur, hora vespertina quinta audita enema pictorum anodynum (℞ Olei nucum ℥vj, Vini rubri ℥xij. D.) injicitur et hora octava theriacae ʒiß, cum opii gr. iß exhibentur. — Secundo die matutino tempore aqua benedicta (℞ Tartari emetici gr. vj, Aquae tepidae ℥vi) in duas partes divisa et vomitu absoluto per reliquam diei partem ptisana sudorifera (℞ Ligni guajaci, Radicis chinae, Radicis sassaparillae aa ℥j. Coque per horam cum Aquae fontanae ℔iij ad ℔ij, adde Ligni sassafras ℥j, Radicis liquiritiae ʒiv. Ebull. Col.) hora quinta enema anodynum et octava theriaca cum opio propinantur. — Die tertio ptisana sudorifera laxans (℞ Ptisanae sudoriferae simpl. ℔ij, Foliorum sennae ℥j. Ebulliatur et Coletur. D. S. in quatuor partes divisa capiatur matutino tempore), dein ptisana sudorifera simplex, hora quarta enema pictorum purgans, hora sexta enema anodynum, hora octava theriaca cum opio exhibentur. — Die quarto purgans pictorum (℞ Infusi foliorum sennae ex ʒij l. a. parati ℥vj, Salis Glauberi ℥ß, Pulveris radicis jalappae ʒj, Syrupi baccarum spinae cervinae ℥j. D.) simul cum ptisana sudorifera, hora quinta et octava eadem remedia ac die primo

sicula absorbens, oculi cancrorum[256]), magnesia cum rheo[257]), theriaca[258]), belladonna[259]), carbo animalis[260]), saccharum[261]), lac[262]), balsa-

et secundo dantur. — Die quinto ptisana sudorifera laxans, hora quarta enema purgans, octava theriaca cum opio; die sexto purgans pictorum, ptisana simplex, enema anodynum et theriaca cum opio porriguntur. Quo facto plurimi restitui dicuntur; quod si minus locum haberet, purgans semel, bis aut ter alternis diebus reiteratur, ita tamen, ut diebus intercalaribus aeger curetur eodem modo ac die tertio et quinto. Ubi purgantia minus egerint, boli purgantes pictorum (℞ Diagrydii, resinae jalappae aa gr. x, Gummi guttae gr. xij, confectionis Hamech gr. ß, Syrupi baccarum spinae cervinae q. s., ut fiant boli duodecim. D. S. Omni bihorio bolus capiatur unus) exhibentur. — Ita Bouillaud (*dict. de méd. et chir. prat. T. V.* art. *colique.* p. 320) hanc methodum exposuit, quam adhibere vix consultum et necesse esse videtur, quam vero Andral l. c. p. 234 laudat.

255) Bisset *med. essays and observat. Newcastle* 1766. p. 92.

256) Weber *physik. chem. Mag. Th.* 1. p. 9. — Kühn l. c. p. 336. — *Arzneik. Beobachtt. e. Arztes zu Amsterdam. no.* 6 (cum rheo).

257) Dejean in *annuaire de la soc. de méd. du dép. de l'Eure. An.* 1810. p. 179.

258) du Bois l. c.

259) Ranque *journ. complém. T.* 27. p. 173. *Arch. gén. de méd. T. VII.* p. 379 (simul cum emplastris valde compositis abdomini et lumbis admovendis, extractum belladonnae cum aethere sulfurico et aqua laurocerasi infricatur et clysteres e tincturae belladonnae aethereae gtt. xx et olei amygdalarum dulcium ℥iv parati injiciuntur).

260) Rotterus de plumbi vi et efficacia. p. 23.

261) Magliari *gaz. de santé. Mars* 1825. Hufeland *Journ.* 61. *Bd.* 1. *St.* p. 106.

samus peruvianus[263]), acetum vini[264]), mercurialia[265]), antimonialia[266]), argentum nitricum[267]), viride aeris[268]), vitriolum cupri[269]), zinci[270]), bal-

262) Tronchinus l. c. p. 69 („antidoti vice fungens lac asininum, equinum, caprinum, illico exhibendum. Hoc solo fere, omni pharmaco rebellis absolvitur curatio"). de Haën *Heilungsmeth.* 1. *Th.* p. 274.

263) Sydenham l. c. p. 12. — Hillary l. c. p. 224.

264) af Grubbus in *Svenska Laekare Sällskapet Handlingar. Vol.* 5. p. 234. *Samml. auserl. Abh.* 32. *Bd.* p. 703. — Vergari in *gaz. de santé. Mars* 1825. Hufeland *Journ.* 61. *Bd.* 1. *St.* p. 105.

265) Warren l. c. — Clark in *med. Com. v. Edinb. II Dec.* 4. *Bd.* p. 102 (ad salivationem). — Gardane *Gaz. de santé.* 1773. p. 61 (vivus). — Hunter *obs. on the diseases of the army in Jamaica.* p. 329 (mercurius dulcis cum rheo). — Bürger in Horn *n. Arch.* 2. *Bd.* p. 344 (mercurius dulcis cum opio). — Gebel in Hufeland *Journ.* 17. *Bd.* 3. *St.* p. 108 (mercurius dulcis). — Clutterbuck *account of a new and successfull method of treating those affections, which arise from the poison of lead. Lond.* 1794 (mercurius dulcis simul cum frictionibus mercurialibus). — Mériadec Laennec *Revue méd. T. II* (frictiones mercuriales ad salivationem usque), — Wagner l. c. — Marschall, Horn *Archiv* 1831. 1, *Bd.* p. 163 (kalomel cum opio), — Elliotson in *the lancet. Dec.* 1830. Behrend *u.* Moldenhawer *Journalistik d. Auslandes* 5. *Bd.* p. 334 (unicam dosin Kalomel ℈j praefert).

266) Philip *obs. sur une colique métallique guérie par l'émétique et de forts purgatifs. Journ. de méd. T.* 19. p. 410.

267) Roberts *med. transact. Vol. V. art.* 5.

268) Harrison *obs. on the cure of the dry-belly-ache. Lond.* 1786.

269) Chalmers *on the weather and diseases of South-Carolina. II.* p. 74.

balnea frigida[271]) et vesicatoria[272]) abdomini imposita commendata sunt.

Caput X.

De alvo clausa.

§. XLIX.

Meconium retentum.

Notio. 1. Quod in intestinis crassis graviditatis tempore colligitur, *meconium*[1]), nisi brevi post partum, respiratione prima peracta et clamore edito, foras ejicitur, *retentum*[2]) dicitur. Haec retentio eo se prodit, ut vel omnino nihil, vel mi-

270) Moseley *Abh. üb. d. Krankh. zwischen den Wendezirkeln.* p. 454 (℞ vitrioli albi ℥iij, aluminis ℥j, Coccionellae gr. iij terantur et infundantur aquae fervidae ℔j (Pinte). Col. D. S. Quovis matutino tempore cochlear majus capiatur).

271) Baker l. c. p. 308.

272) Grashuis app. — Hunter l. c. — *Bemerkk. üb. d. Civilspital in Wien.* p. 40. — Baker l. c. p. 307. — Wolff l. c. p. 87. — Tronchinus l. c. p. 70.

1) A Gr. *μήκων*, papaver. Lat. Papaverculum. Germ. *Kindspech.* — Constat ex aqua, peculiari materia vegetabilis naturae, muco, et in se continet capillos serico similes, et Vauquelino teste bilem. Ollivier. Meissner *Encyclopädie.* 7. *Th. Art. Kindspech.* p. 157. Num meconium in omnibus infantibus, aeque sanis ac aegrotantibus ejusdem indolis est?

2) Drechssler ep. de meconio ejusque expurgatione. Lips. 1782. Weiz *n. Auszüge* 16. *Bd.* p. 1.

minor copia excernatur, vel excretio diutius[3]) protrahatur.

2. Excretio meconii impeditur canali intestinali[4]) intercepto, ejus fine caeco[5]), exitu incongruo[6]), strictura[7]), situ alieno[8]) intestinorum crassorum, spasmo sphincteris ani[9]). Praeterea accusantur nimia meconii ipsius tenacitas, debilitas virium expellentium, colostri materni defectus. Caussae.

3. Quodsi vitio congenito quodam meconii excretio plane impeditur, tormina, irritus desidendi nisus, abdominis inflatio, meteorismus, enteritis, gangraena, vomitus, ileus ipse, ruptura intestini, convulsiones, singultus, macies et mors consequi solent. Eadem mala, sed mitiora et diutius protracta supervenire solent, ubi pars quidem meconii evacuatur, alia vero remanet; praeterea meconio retento tribuuntur diarrhoeae virides, icterus, crusta lactea, nausea, tussis[10]), sternutationes, clamores, fletus, pervigilia, terrores, febres, glan- Mala inde orta.

3) Underwood (*traité des maladies des enfans.* p. 26. 27) vidit infantem, qui die demum tricesimo nono post partum excrevit meconium. — Storchen aliàs Pelargus (*Kinderkrankh.* 1. *Th.* p. 277) infantis unius anni mentionem facit, qui placentula purgante exhibita meconium excreverit.

4) Cap. II. §. V. no. 2. 5) ibid. 4. 6) ibid. 5. 7) ibid. 3.

8) Monterossi in Brera *nuovi commentari di med.* 1819. *T. IV.*

9) Tissot spasmum ani sympathico modo perfrictione cutis admissa frequenter oriri contendit. *Dict. des sc. méd.* T. 31. art. *meconium.* p. 277.

10) Boerhaave et van Swieten. §. 1345.

glandularum mesaraicarum tumores et atrophia infantum.

Cura. 4. Ut mala ista vel praecaveantur vel orta sanentur, 1° necesse est, ut anus et intestinum rectum cujusvis recens nati sedulo explorentur[11]), eorumque vitia, si quae sint, removeantur. Praeterea 2° antiquitus mos[12]) invaluit recens nato lenem quamdam medicinam aperientem propinandi. Usitatissimus est syrupus de cichoreo cum rheo; dubitamus, num omnibus infantibus et iis etiam, qui colostro materno utuntur, ille syrupus opus sit, quibusdam vero et iis maxime, qui e nutrice, ante longius tempus enixa lac sugunt, praeterea infantibus debilibus, diutius protracta parturitione exhaustis et refrigeratis omnino necessarius. Quodsi vero ille syrupus non suffecerit, clysteres emollientes, e lacte cum saccharo parati injiciantur, lene suppositorium e butyro cacao vel sebo immittatur, aliaque purgantia exhibeantur, v. c. tinctura rhei aquosa, rheum cum sapone et magnesia carbonica. 3° In medicamentis eligendis, infantis vel robusti vel debilis, spasmove laborantis ratio habenda est.

§. L.

F a e c e s.

Diversitas. 1. Faeces, quae residuis ciborum, muco intestina-

11) Vid. cap. II.

12) Iudaei ex vetere testamento butyrum et mel dederunt. — Rodericus a Castro P. II. p. 518 commendat ℞ Mell. ℥ß, butyri rec. ʒij, Myrrhae ℈ß. D. — alii oleum amygdalarum dulcium, sperma ceti. Storchens, aliàs Pelargi *Kinderkrankh.* 1. *Th.* p. 274.

nali densiore et firmiore, bilisque partibus constituentibus, cholesterina, materia resinosa, flava et muco constant[1]), pro copia et indole ciborum assumtorum, proque ratione secretionum abdominalium, et varietate motus peristaltici, quoad copiam et indolem diversissimae, non contemnenda morbi signa exhibent.

2. Quare de iisdem egerunt THEOPHILUS[2]), J. BT. MONTANUS[3]), SAVONAROLA[4]), SPACCHIUS[5]), ROD. A FONSECA[6]), BRUNO[7]), COYSGARNE[8]), JUNCKER et LEISNER[9]), ABERNETHY[10]), O'BEIRNE[11]), et quicumque libros semioticos ediderunt. Literatura.

3. Hu-

1) TIEDEMANN et GMELIN *Verdauung* 1. *Bd.* p. 375.

2) Liber de excrementis alvi et judicio medico ex illis ferendo a TH. GUIDOTIO primum e biblioth. Bodlejana gr. et lat. L. B. 1703.

3) Lib. II. de excrementis, unus de faecibus, alter de urinis. Patav. 1554. Venet. 1566.

4) De egestionibus. Append. ad practicam de febribus. Lugd. 1560.

5) Diss. de expulsione et retentione excrementorum. Argent. 1597.

6) De hominis excrementis. Pisis 1613.

7) Diss. de retrimentorum corporis humani coloribus variam in aegrotis significationem praebentibus. Altdorf. 1703.

8) Diss. de excretione praeternaturali per alvum. L. B. 1739.

9) Diss. de alvina excretione ut signo. Hal. 1756.

10) *Surgical observations T. II containing an account of the disorders of the health in general and of the digestive organs in particular. Lond.* 1806. — *The fourth physiolog. lecture delivered before the college of surgeons. Y.* 1817. — Vide WILSON PHILIP *üb. Indigestion. A. d. Engl. v.* HASPER. p. 12. Nota.

11) *New views of the process of defecation and their appli-*

Studii necessitas.

3. Hujus loci non esse videtur, ut illa signa fusius exponantur, eorumque significatio demonstretur. Attamen meminisse juvabit, excrementorum non solum copiam, sed etiam indolem magni momenti esse in compluribus morbis dijudicandis, quare non sufficit, ut aeger de eorum copia referat, sed saepenumero necesse est, ut medicus ipse eadem inspiciat[12]) et ulterius exploret.

Copia.

4. Ciborum magna copia assumta faecum etiam copiam majorem cum emolumento ejici, patet. Subinde vero accidit, ut faecum copia cibos assumtos superet[13]) insigni modo. Num inde incommoda[14]) nata sint, non liquet. Contra faeces subinde minore copia formantur[15]); omnium vero fre-

cation to the pathology of diseases of the stomach bowels and other organs. Dublin and Lond. 1833.

12) Ubi magni interest, faecum formam, colorem et partes constituentes novisse, solemus in nosocomio jubere ut excrementa in vasibus vitreis conserventur. Quodsi vero in nosocomio quodam, uti accepimus, omnium aegrotorum excrementa ita conservantur, id plus taedii, quam commodi praebere videtur, nec non aër inde facile corrumpi potest. — Boerhaave diss. de utilitate inspiciendorum in aegris excrementorum, ut signorum. Leid. 1693. 1742. Francof. 1742.

13) „Multos aegrotos vidi, qui sobrii admodum a multis retro diebus nihil notatu dignum comederant, plurimas tamen faeces per anum dejecerunt." (P. Frank in schedis).

14) Solus Brück (Casper *Wochenschr.* 6. *Jahrg.* 1838. *no.* 22) inde atrophiam observasse sibi videtur.

15) Sunt, qui pauca per anum reddere soleant, quamvis multos cibos comedant. Nihilominus valent per longum temporis spatium. Annon inde dyscrasiae aliique morbi fa-

frequentissime formantur quidem, sed retinentur [16]) in intestinis alvo vel plane clausa vel tardiore facta. Quae inde nata sint incommoda, infra [17]) docebitur.

5. *Scybala*[18]) vocantur excrementa duriora, sicciora, in globulos vel nucleos formata, utplurimum nigros. Haec originem ducunt ex longiore mora[19]), secretione parciore, usu ciborum siccorum, potus inopia, spiritus vini abusu[20]) et plumbo[21]). Subinde durissimi globi in intestinis congesti[22]) sunt eaque distenderunt et occluserunt fu- **Scybala.**

ventur? Aperui ante plures annos corpus infantis biennis, cujus intestina nil fere faecum continebant. — Jos. Frank novit hominem, cujus sudor non solum circa partes genitales, sed etiam ad frontem foetebat, quique ope aquarum Carolinarum restitutus est.

16) P. Frank (in schedis) de pallido, hypochondriaco, vitae sedentariae dedito homine refert, qui jam tribus ex diebus dolorem in ea intestini recti parte, quae commissurae ossis sacri cum ultima vertebra respondet, accusabat summum, non tamen continuum, sed per vices redeuntem. Hic tandem post quatuor dies incepit alvum tanta copia excernere, ut ultra 20 libras expelleret, unde dolor evanuit. Lieutaud (hist. anat. med. T. 1. p. 72. obs. 291 — 297) casus refert intestinorum faecibus infarctorum.

17) §. LIII.

18) Graecorum *σκύβαλον*, *Koth*, *Mist*, derivatur a *κυσίβαλον*.

19) Halleri elementa phys. T. VII. p. 170.

20) Orteschi *giorn. di med. T. I.* p. 220. 21) Cf. §. XLIX.

22) Schacher obs. III. circa materiam ossificationis factae. Lips. 1726. Halleri disp. ad morb. hist. fac. T. VI. no. 205. p. 337 (faeces lapideam fere consistentiam adeptae). — Dilthey obs. 7. — Lieutaud *précis de la méd. pr.* p. 341.

funesto adeo eventu[23]). Praeterea accidit, ut scybala per integumenta communia tactu percipiantur[24]); eadem usque ad intestinum rectum pervenire anumque sub excretione laedere, vel nonnisi digiti vel forcipis ope excerni possunt.

Pituita. 6. Pituita[25]) eaque vitrea[26]), alba, pellucida, te-

— Panarolus iatrolog. pentecost. quinque, lib. III. obs. 28. p. 85. — Salmuth obs. med. lib. III. no. 46. — Santorini *istoria d'un feto estratto felicemente intero d'alle parti deretane. Venez.* 1727. §. 57. p. 50. — Hippolyti Bosci perbreves lect. in facultate mathematica cum quibusdam observatt. Ferrara 1600. p. 24. — Bonet sepulchret. lib. III. Sect. XIII. obs. 7. 8. — Benard in *journ. de méd. T. VI.* p. 177. — Oliphant ibid. T. 75. p. 453. — Sachs a Löwerheimb Eph. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 98. p. 228. — Lecheverel in Sedillot *Journ. T.* 19. p. 3. — *Symptoms très graves procurés par un amas des matières faecales durcies. Annales de la soc. méd. pr. de Montpellier. T.* 37. p. 343. — Fothergill *Schr.* 2. *Bd.* p. 91. — *Hist. de l'acad. des sc.* 1750. p. 70. — (Warren) *med. observations and inquiries. Vol. IV.* p. 123. — Id. in *med. commentaries.* Vol. X. p. 255. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä.* 11. *Bd.* p. 664. — Helsham *med. Commentarien von Edinb.* 2. *Dec.* 3. *Bd.* p. 7. — White *cases in surgery.* p. 13. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 169. — Gooch's *collections.* p. 160.

23) Cf. §. LIII. de alvi obstructione et cap. XI. de ileo.

24) Tumores circumscripti percipiuntur, qui cum aliis tumoribus confundi possunt. Nuperrime in aegra quadam tumorum catenam a sinistro ramo horizontali ossis pubis usque ad regionem lienis adscendentem tactu percepi, quae exhibito oleo Ricini, evacuataque magna scybalorum copia, illico evanuit.

25) *Syn.* phlegma, mucus. Gall. *phlegme, pituite.* Angl.

tenax, in fila ductilis, gelatinae similis, majore copia vel in naribus et bronchiis secreta atque deglutita, vel in tubo cibario ipso secreta, vel ex diutino usu ciborum nata, qui ex mucilagine, albumine, glutine, amylo et saccharo constant, quique sine praegressa fermentatione parati, neque acidae, nec putridae fermentationi favent, in ventriculo et intestinis subinde congeritur, membranis adhaeret ipsumque tubum fere occludit. Id quidem existimarunt Doussin-Dubreuil [27]), Himmer [28]), Morgan [29]) aliique [30]), re vera autem corpore dissecto observarunt Fernelius [31]), Heurnius [32]), Salmuth [33]), Roederer et Wagler [34]), Sarcone [35]), Aepli [36]), Sautter [37]), Reil [38]). Secre-

Phlegm, Slime. Germ. *Schleim.* Belg. *Slym, snot, fluim.* — Morbus dicitur status pituitosus, *Verschleimung.*

26) Benz diss. de pituita vitrea. Altd. 1690.

27) *Des glaires, de leurs causes etc. Par.* 1799. *Nach der* 8. *Aufl.* (1824) *übers. v.* Schlegel. — Ej. *nouveaux aperçus sur les causes et les effets des glaires. Par.* 1816.

28) *Über d. Verschleimung als Ursache vieler Krankheiten. Dresd.* 1828.

29) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 48. p. 16.

30) Fischer consil. med. no. 14 (cacochymia pituitosa). Grant *von Fiebern.* p. 172.

31) Pathol. lib. 6. c. 9. Lieutaud hist. anat. med. T. I. p. 74. obs. 298.

32) Lieutaud l. c. obs. 299.

33) Cent. I. obs. 78. p. 49. Lieutaud l. c. obs. 300. (Cent II. obs. 21).

34) De morbo mucoso. p. 84 (in febre epidemica).

35) *Gesch. d. Krankh., die durch d. ganze Jahr* 1764 *in Neapel sind beobachtet worden.* 2. *Th.* p. 141 (in febre epide-

cretio pituitae evehitur constitutione torpida, venosa, scrofulosa, rhachitica, vita sedentaria, domicilio humido, autumno, repetito usu clysmatum [39]) sic dictorum visceralium, aliisque morbis [40]). Insimul haud raro glandulae intestinales turgent et tument [41]), membrana ipsa rubet [42]), et ulcera [43]) intestinalia adsunt, siquidem febris simul adest pituitosa [44]) dicta. — Sed pituita in intestinis congesta dolorem [45]), sensum pressionis et pon-

mica). Simile quid nos quoque in febre epidemica a. 1826 observavimus. *Heidelb. klin. Annalen* 3. *Bd.* 2. *H.* p. 199.

36) *Museum d. Heilk.* 1. *Bd.* p. 11 (in corpore potoris vini).

37) Ibid. 2. *Bd.* p. 72.

38) *Fieberlehre* 3. *Bd.* 2. *Abth.* p. 584 (vidit ventriculum et intestina juvenis, febre pituitosa exstincti crusta mucosa obducta, nonnulla vero ilei loca eadem farciminis instar infarcta).

39) Concretiones illae, quae infarctuum sub nomine post diutinum clysmatum visceralium usum ejiciuntur, uti ipse Sömmerring (Baillie *Anat. d. krankh. Baues.* p. 121. no. XVI) recte docuit, nil nisi mucum in intestinis crassis secretum exhibent.

40) Morgan l. c. catarrhum epidemicum (*influenza*), phthisin, bronchitidem, pertussim, anginam polyposam, dysenteriam, vermes, haemorrhoides, nonnullas febres et cynanchem huc refert.

41) Sarcone l. c. — Roederer et Wagler l. c.

42) Sarcone l. c. — Roederer et Wagler l. c.

43) Cf. cap. IV. §. XXI.

44) Cf. P. I. Vol. I. cap. V. §. LXI. p. 242.

45) Galenus (de locis affectis lib. II. c. 5. ed. Kühn. Vol. VIII. p. 81) ipse in abdomine dolorem sensit, quem calculo ureterico tribuerat, qui vero pituita excreta illico si-

ponderis in abdomine continuum, auctum vero cibis comesis excitat; jejuni quidem nauseam et vomituritiones, nullo tamen sequente vomitu, sentiunt; saliva tenax in ore colligitur; lingua matutino tempore muco obtecta est, isque aegre ejicitur; gustus vapidus, subinde acidus, neque appetitus nec sitis adest; sed flatus colliguntur, vermes nascuntur, alvus tarda, non sufficiens, obstructa; pituita vitrea, vel mera vel mucus, bile tinctus, ipsaeque concretiones mucosae redduntur[46]). Abdomen tensum, tumefactum, molle, subinde in certo et fixo loco, in regione intestini coeci, ita ut tumor circumscriptus, indolens per integumenta tactu percipi possit. Facies pallida, tumidula, pupilla dilatata, calor corporis diminutus, somnolentia, motus tardus, dysphoria, hypochondria accedunt, urina aquosa, minus saturata, digestio ciborum et nutritio corporis laeduntur. Praeterea scrofula, tumores glandularum mesaraicarum, blennorrhoea pulmonum, genitalium accedunt et morbus hydrope finitur.

§. LI.

Corpora aliena.

1. *Corpora aliena*[1]) s. *peregrina* dicuntur, quae deglutita neque solvuntur, neque digeruntur, sed locali vi damnum ferre possunt. Definitio.

 2. Huc

luit. — Fernelius (pathol. lib. VI. c. 9. p. 395) similis erroris mentionem fecit.

46) Diarrhoea pituitosa. Cap. XII. §. LXIII. 13.

1) Hevin in *mém. de l'acad. de chir. ed.* 12. *T. II.* p. 349. *nouv. ed.* 1819. *T. I.* p. 330. — Petit *tr. des maladies chir. T. II.* p. 210.

Varietas. 2. Huc pertinent corpora dura solida tenacia, quae simul cum cibis deglutiuntur, ossicula eorumque fragmenta et festucae [2]), squama [3]) et spina [4]) piscis, ligamenta, tendines, grana sabuli, pirorum [5]), fructuum fragorum [6]), semina integra, eorumque cortices, ova [7]) cancri gammari, ligni segmenta, lapides [8]), scrupuli pirorum mespilaceorum [9]), frustulum arundinis [10]), vitri particulae [11]), acus [12]), acini passularum [13]) majorum, nuclei cera-

2) Sponitzer in Schmucker *verm. Schr.* 1. *Bd.* p. 289. — Froriep *Notizen* 28. *Bd.* *no.* 13. p. 206. — Hevin l. c. passim.

3) Schlegel in Hufeland *Journ.* 84. *Bd.* 6. *St.* p. 47.

4) Hevin l. c. passim.

5) Cavendum est, ne corpuscula illa indurata, quae pira in se continent quaeque e fibra lignea constant, ubi per alvum abierint, pro arena vel crystallis habeantur. Marcet *Steinkrankheiten. A. d. Engl. v.* Heinbken. p. 120.

6) Quis est, quin comesis fructibus fragorum semina arenae instar in ano animadverterit!

7) Marcet l. c. p. 121.

8) Lithophagi. Cf. P. III. Vol. I. Sect. II. cap. XIV. §. XLIX. p. 209. nota 2.

9) Kaltschmied de ileo a scrupulis pirorum mespilaceorum eroso et perforato. Jen. 1747. Haller disputatt. ad m. hist. T. III. no. 99. p. 510.

10) Bottin in Sedillot *journ. de méd.* *T.* 6. p. 201.

11) Fabricius Hildanus in Mangeti biblioth. chir. T. IV. p. 123. — Cardanus contradict. med. lib. II. tr. 5. contrad. 10. Id. de venenis lib. I. c. 1.

12) Döring *Journ. d. neuesten holländ. Liter.* 1. *Bd.* p. 316. — Wierus de diabolo l. IV. c. 16. §. 21 (acus crinalis, per urinam post 10 menses emissa). — Segerus in Boneti med. sept. lib. III. Sect. I. c. 8. — Fabricius Hil-

rasorum [14]), acaciarum [15]), prunorum [16]), persicorum [17]), faba [18]), nummi [19]), annulus aureus [20]), cul-

DANUS cent. I. obs. 34. 54. Cent. 6. obs. 36. — BAYLE *nouvelles de la republique des lettres. Oct.* 1685. art. 10.

13) Eph. nat. cur. dec. III. a. 5. 6. obs. 92. p. 177.

14) BONETI sepulchret. lib. III. Sect. XIV. obs. 17. 18. — BINNINGER obs. cent. 2. obs. 20. — EGGERDES eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 10. p. 19. — MYRRHEN ibid. a. 9. 10. obs. 211. p. 383. — CAMERARIUS memorab. cent. 19. no. 82. — MARTEAU DE GRANDVILLIERS, *journ. de méd. T.* 7. p. 22. *Samml. med. Wahrnehm.* 7. *Bd.* p. 19. — BOTTIN l. c. p. 203. — BARRAL, *journ. de méd. T.* 50. p. 519. *T.* 52. p. 447. — WALTHER thes. obs. 12. — GARDANE *gazette*, p. 156. — WHITE *cases in surgery*. p. 23. *Samml. auserl. Abh. f. pr. Ä.* 1. *Bd.* 4. *St.* p. 175. — LAFORET in *act. de la soc. R. de méd. de Toulouse* 1837. *Mai. Revue méd. Août* 1837. p. 249. DIEFFENBACH, FRICKE *u.* OPPENHEIM *Zeitschr.* 7. *Bd.* p. 517. — WEBER in HORN *Arch.* 1811. 2. *Bd.* p. 473 (aeger 265 nucleos vomitu reddiderat, et in ejus ventriculo sectione facta 132 inventi sunt). — DERBOUT in *Bull. de la fac. de méd. de Par.* 1808. *Juin.* — ROSSI in *repert. med. chir. di Torino. no.* 56. *Agosto* 1824. p. 373.

15) STEURLIN eph. nat. cur. cent. VII. obs. 19. p. 47.

16) SLOANE in *phil. transact. no.* 282. *Vol.* 23. p. 1283. — YONGE ibid. p. 1279. — HOLLBROOKE ibid. no. 325. Vol. 27. p. 28. — DERHAM ibid. Vol. 29. p. 484 (*stones of bullace and floes*). — SIMSON in *Edinb. Vers.* 1. *Bd. no.* 32. p. 394. — MARTEAU DE GRANDVILLIERS l. c. p. 20. — WHITE l. c. p. 17. *Samml. auserl. Abh.* l. c. p. 172. — DERBOUT l. c. — CHOTTARD in *arch. gén. T.* 19. *Mars* 1829. FRORIEP *Notizen* 24. *Bd.* p. 167. — SCHÜZ *Würtemb. med. Correspondenz-Bl.* 6. *Bd.* p. 46.

17) VIRARD in *journ. de méd. T. LI.* p. 534. — MALACARNE in *memorie di matemat. e di fisica. T. X.* p. 12. 18.

cultri[21]), furca argentea[22]), cochlear ferreum[23]), argenteum[24]), poculum terreum[25]), instrumentum[26]) pro fumando tabaco *sigarren* dicto, globus plumbeus[27]), caseus[28]), fabae arabicae[29]), ma-

18) *Hist. de l'acad. des sc.* p. 1752. p. 113.

19) Borellus hist. et observatt. cent. IV. obs. 25 (centum nummi aurei deglutiti et per anum redditi). — Fehr in Bartholini epist. med. cent. III. ep. 69. p. 285 (13 nummi aurei deglutiti). — Wakefield *London med. gaz. Mai* 1837. p. 275. Dieffenbach, Fricke u. Oppenheim *Zeitschr.* 6. *Bd.* 2. *H.* p. 241 (7 nummi argentei [*Halbkronenstücke*] deglutiti et post 20 menses redditi). — Hevin l. c. p. 341.

20) Gahrliep eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 6. p. 22.

21) Cultrivori. Cf. P. III. Vol. I. Sect. II. cap. XIV. §. XLIX. p. 209. Nota 3. — Ploucquet lit. art. pantophagus. — Hefeler in Pfaff *Mittheil. a. d. Geb. d. Med., Chir. u. Pharm.* 2. *Jahrg.* 1833. 2. *H.*

22) *Journ. des Savans* 1716. le Gendre (Hevin l. c. p. 384).

23) Houston in *Dublin hosp. reports Vol. V.* p. 319. — Felix Plater cent. 3. lib. II. cap. 6.

24) Ögmundsen in Dieffenbach, Fricke u. Oppenheim *Zeitschr.* 5. *Bd.* p. 382.

25) Dendy, Froriep *Notizen* 1831. *no.* 860.

26) Schmitt in Gräfe u. Walther *Journ.* 11. *Bd.* 3. *St.*

27) Paullini observatt. med. phys. cent. I. obs. 28. Eph. nat. cur. dec. II. a. 6. app. no. 3. p. 7. — Maternus de Cilano acta nat. cur. Vol. X. obs. 5. p. 22 (globuli plumbei „*Schrot*" dicti). — Blancard collect. med. phys. cent. VII. no. 1. — Forestus obs. med. lib. 15. obs. 28. schol. -- Benomont apud Hevin l. c. p. 335.

28) Hellwig obs. physico-med. obs. 91. p. 271 (globuli tophacei et caseum olentes a monacho, casei veterati et semiputridi valde avido redditi). — Marcet l. c. p. 114.

29) Nescio, ubi locorum legerim de foemina, quae comesis

magnesia[30]), calcaria[31]), creta[32]), argilla[33]), crines[34]). Haec vero corpora aliena a polyphagis,

fabis arabicis tostis integris magnam earum copiam in intestino coeco retinuerit.

30) Brande in *the journ. of science and the arts. Lond. Vol. I.* 1826 (aegra per alvum evacuavit arenam, quae prius in colo ad S. Romanum graves dolores excitaverat. Arena examini subjecta est et compertum, eam magnesiam esse, cujus 9—10 libras aegra spatio plurium annorum deglutivisset). — Marcet l. c. p. 114.

31) Fitzgerald in *Edinb. med. commentaries. Vol.* 8. p. 329. — Mason Good *study of med. Vol. I.* p. 297.

32) Krause in Rust *Magaz.* 22. *Bd.* p. 40.

33) Smart in *Americ. journ. of med. science* 1830. *Oct.*

34) Baudamont in *journ. de méd. T. LII.* p. 507. *Hist. de la soc. R. de méd.* 1777. 1778. p. 262. (Puer ab infantia singulari pica ductus maximam crinium copiam deglutiverat, ab initio sine incommodo, dein vero dolores ventriculi et intestinorum, dyspepsia, vomitus, diarrhoea et febris lenta supervenerunt. Anno aetatis 16 mortuus sectione facta in ventriculo et intestinis tenuibus globulos crinium intricatorum exhibuit, quorum unus nucleum cerasi continuit). Praeterea Wood (Simmons *med. facts. Vol. VIII.* p. 139), Mermet d'Hauteville *obs. d'une masse de cheveux trouvée dans l'estomac d'une jeune fille* (Sedillot *journ. de méd. T.* 48. p. 459), Riedlin (Eph. nat. cur. dec. III. a. 2. obs. 169. p. 257), Blankaard (*Holl. Jahrreg.* cent. I. obs. 30), Harrup (*London med. journ. Vol. I.* p. 254), Platner (Mantissa obs. select. Basil. 1680. obs. 10), Ayme (trichiasis admodum rara s. observatio pilorum de abdominis fistula et alvo per plures annos redditorum. Lond. 1684) pilos crinesque vel vomitu vel per anum ejectos commemorant, qui utrum per guttur superius inferiusve assumti sint, an in membrana mucosa radices egerint, dubium est. Martin vero (Sedillot *journ. de méd. T.*

gis, praestigiatoribus, vesanis, infantibus aliisque vel joci caussa, vel casu vel incuria, vel ut res abscondantur et conserventur, deglutita esse legimus. Praeterea accidit, ut corpora aliena vel casu, vel voluptatis caussa in anum [35]) protruderentur. Denique Duret [36]) refert, 14 acus per cutem infantis ingressos eorumque plures per anum excretos esse, alios vero in abdomine remansisse.

Effectus. 3. Corpora aliena haud raro totum tubum cibarium sine incommodo superant et sine molestia per anum redduntur [37]). Alia in pharynge et oesophago [38]) retinentur, suffocationem, inflammationem et suppurationem excitatura. Alia ad ventriculum [39]) perveniunt, inque eodem retenta do-

26. p. 32) casum refert, qui, si fide dignus est, docet, crines in mucosa intestini recti radices habuisse. Etenim ex ano virginis 34 annos natae, crinium capillis similium cirrus provenit, et ita increvit, ut quovis bimestri abscindendus esset. Denique 12 annis praeterlapsis ante mortem cirrus integer excretus est, quare sectione facta crines in intestino recto non amplius conspiciebantur. — Brisseau (*six observations dans l'appendice à l'anatomie de* Palfin *T. II*) plus semel pilos in externa intestinorum superficie conspexit, et Gilibert (advers. med. pract. prima p. LXXXVII. no. LXI) in hernia scrotali, sacco hernioso orbata inter se densis brevissimisque pilis rubris cohaerentes flexuras intestini conspexit. Cf. Meckel *sur les poils et les dents, qui se développent accidentellement dans le corps. Journ. complément. du dict. des sc. méd. T. IV.* p. 122.

35) Cf. cap. III. §. XVII. 11.

36) *Journ. univers. des sc. méd. Par.* 1825. Horn *Arch.* 1825. *Jan. Febr.* p. 173.

37) Schmitt l. c. 38) Hevin l. c. 39) Derham l. c.

dolorem[40]), inflammationem, destructionem[41]), vomitum[42]), anorexiam excitant. Alia in ipsis intestinis, praecipue in intestino coeco[43]) ejusque processu[44]) vermiformi colliguntur, iisque adhaerent, et ea excitant vel claudunt. Unde nata sunt molestae, pressoriae[45]), ponderis sensationes, obstructiones[46]), dolores[47]) cum leviores tum graviores, colici[48]), convulsiones[49]), tetanus[50]), tumor[51])

40) Weber l. c. (dolores tactu aucti).

41) Weber l. c. p. 482.

42) Barral l. c. — Monro (*morbid anat. of the gullet etc.* p. 19) vomitum cruentum lethalem inde ortum vidit.

43) Vid. cap. III. §. XVII. 7. — Gaillard (*hist. de l'acad. R. des sc.* 1752. p. 56) ab ossibus pedum suis et nucleis cerasorum inter se commistis et substantia molli obductis intestinum coecum dilatatum et in herniam delapsum vidit).

44) Vid. cap. III. §. XVII. 8.

45) Marteau de Grandvilliers l. c. p. 22 (in ventriculi regione).

46) Fehr l. c. p. 286. — Barral l. c. — Binninger obs. cent. II. obs. 20. — Eggerdes eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 10. p. 19 (nuclei cerasorum). — Scharff ibid. a. 5. et 6. obs. 92. p. 177 (acini passularum majorum). — Myrrhen ibid. a. 9 et 10. obs. 211. p. 383 (nuclei cerasorum). — Hey *pract. obs. chap.* 18 (nucleus pruni), Walther thes. obs. 12 (nuclei cerasorum). — Derbout l. c. — Schüz l. c.

47) White l. c. p. 172. 174.

48) White l. c. p. 175. — Fehr l. c. p. 286. — Borellus l. c. — Paullinus l. c. — Holbrooke l. c. — Marteau de Grandvilliers l. c. p. 16. — Barral l. c. — Yonge l. c. — Sponitzer l. c.

49) Die 1. Junii 1820 Clara G., puella triennis, alvum de-

mor[51]) in regione iliaca dextra, vomitus[52]), diarrhoea[53]), ructus[54]), singultus[55]), laesio[56]), inflammatio[57]), suppuratio[58]), gangraena[59]). Praeterea corpus alienum diutius retentum subinde nucleum exhibuit, qui stratis concentricis circumdatus, calculum[60]) intestinalem refert. Corpus alienum subinde usque ad intestinum rectum pervenit, nec per anum evacuari potuit, sed novos dolores[61]), imprimis sub desidendo, ischuriam[62]), in-

jectura inopinato convulsionibus corripitur, quae per aliquot horas perduraverunt. Quibus mitigatis endocarpia leguminis pisi sativi reddita sunt.

50) Smart l. c. 51) Marteau l. c. — Barral l. c.

52) White l. c. p. 173. — Fehr l. c. (cruentus et stercoralis). — Marteau de Grandvilliers l. c. p. 22. — Schüz l. c. (stercoralis). — Krause l. c. (stercoralis).

53) White l. c. p. 173. 175. — Barral l. c.

54) Marteau de Grandvilliers l. c. 55) Idem.

56) Virard l. c. p. 536 (perforatio ventriculi). — Kaltschmied l. c. — Hervez de Chegoin in *journ. gén. de méd. T.* 90. *no.* 340. *Mars* 1825. p. 300 (tres dentes pectinis penetraverant inter membranam mucosam et carneam intestini duodeni et dolores in regione pylori, diarrhoeam periodicam ac animi deliquia, ubi aeger stetisset, excitaverunt). — Monro l. c. p. 21 (tympanites abdominalis orta ab acubus laedentibus). — Chottard l. c. (rectum et vagina perforata a nucleo pruni). — Marcet *med. chir. transact. Vol. XII. P. I.* p. 52 (perforatio coli sinistri in cultrivoro).

57) Marteau de Grandvilliers l. c. p. 20.

58) Idem l. c. — Schüz l. c. (in flexura sigmoidea).

59) Idem l. c. — Kaltschmied l. c. — Maternus de Ciliano Acta nat. cur. Vol. X. obs. 5. p. 22.

60) Vid. §. LII. 61) Sponitzer l. c. 62) Froriep l. c.

inflammationem, suppurationem [63]), et fistulam ani [64]) produxit. Denique corpora aliena, eaque acuta, quae deglutita fuerant, subinde aliam viam legerunt, ita ut cutem externam attingerent [65]), eamque perforarent; eadem ulceratione praegressa in vesicam urinariam transierunt et simul cum urina [66]) reddita et per vaginam excreta [67]) sunt. EGGERDES [68]) adeo nucleos cerasorum ex inguine dextro prorupisse, foramen vero sponte sua coaluisse et ÖGMUNDSEN [69]) cochlear deglutitum ex ulcere protractum esse referunt. Haec symptomatum varietas vel indoli corporis alieni, vel dispositioni hominum singulorum tribuenda est, quae quantum ferre et superare possit et hac data occasione saepius admirati sumus.

4. Diagnosis minus illis symptomatibus, quippe quae et alia ex caussa oriri possint, quam eo niti- Diagnosis.

63) SCHLEGEL l. c. p. 55 (ulcus cum vesica adnata ita communicavit, ut faeces cum urina redditae essent).

64) PETIT l. c. (*des fistules à l'anus avec corps étrangers*). — MONRO l. c. p. 20.

65) HEVIN l. c. p. 407 plures casus collectos ex variis autoribus refert, quibus sine difficultate plures addi possint. BOTTOMBY in *the Lancet*. 1829. *Vol.* 2. p. 238. GERSON u. JULIUS *Mag. d. ausl. Lit.* 19. *Bd.* p. 131. — *London med. and surg. journ. Apr.* 1837. p. 907. DIEFFENBACH, FRICKE u. OPPENHEIM *Zeitschr.* 6. *Bd.* p. 211.

66) WIERUS l. c. — JULIUS CAES. CLAUDINUS resp. med. 40. DIEMERBROEK lib. anat. cap. 173. — LARGIUS lib. II. ep. 40. — BENEDICTUS lib. II. cap. 9. — HEVIN l. c. p. 377. 411.

67) SMART l. c. 68) L. c. 69) L. c.

titur et confirmatur, ut innotescat, corpus quoddam alienum re vera deglutitum esse. Errores non rari.

Prognosis. 5. Prognosis et corporis alieni formam, ambitum, copiamque et symptomatum naturam sequitur. Etenim alia corpora diutissime [70]) remanent in intestino lethali [71]) cum exitu, alia cum difficultate descendunt ad anum, ibique novas difficultates excitant; alia sine difficultate per vomitum [72]) (quod rarius accidit), aut per anum [73]) ejiciuntur, quo facto symptomata silere solent. E symptomatum vero censu, quae inflammationem, suppurationem indixerint, maxime timenda sunt. Attamen suppuratio subinde apostema progenuit, quod in externa abdominis superficie [74]) in conspectum ve-

70) Marteau de Grandvilliers l. c. (in coeco per quinque annos), Yonge l. c. (30 per annos). — Marcet *account of a man, who lived ten years after having swallowed a number of claspknives. Med. chir. transact. Vol. XII. P. I.* p. 52.

71) Paullini l. c. — Marteau de Grandvilliers l. c. — Barral l. c. (380 nucleos cerasorum in mortuo invenit). — Yonge l. c.

72) Derham l. c. — Marteau de Grandvilliers l. c. p. 22.

73) Barral (l. c. T. 52. p. 449) 700 cerasorum et plures prunorum nucleos excretos esse vidit.

74) Eggerdes l. c. (in inguine dextro). — Wesener in Act. Lips. a. 1692. p. 502 (culter deglutitus ex abscessu in regione hypochondriaca sinistra protractus est). — *Phil. transact.* 1696. *no.* 219. art. 2. — Blegny Zodiacus med. gall. 1679. Mai obs. 2. — Paraeus lib. 25. c. 16. — Fabricius Hildanus cent. I. obs. 54 et cent. 5. obs. 75. —

venit, et postquam apertum est corpus alienum cum fructu ejecit. Quin et nuclei prunorum ad vesicam urinariam pervenerunt et lithotomia [75]) peracta extracti sunt.

6. Quare agendum est, ut corpora aliena ad anum ducantur, simul vero, ubi res lentius procedit, intestinorum parietes eo tuendi sunt, ut mucilaginosa, oleosa et pultacea assumantur. Quodsi corpus alienum ad anum pervenerit, non raro chirurgi auxilio opus est, ut educatur [76]). Symptomata autem, quae excitata sunt, pro natura sua mitiganda sunt vel antispasmodicis, vel antiphlogisticis aliisque. Cura.

§. LII.

Calculi intestinales.

1. *Calculi intestinales* ab autoribus quibusdam dicuntur quaecunque corpora dura vel in intestinis reperta, vel ex iisdem ejecta sunt: faeces in- Definitio.

Bartholinus cent. 6. hist. 99. — Hevin l. c. passim. — Malacarne l. c. p. 18.

75) Sedillot *journ. de méd. T.* 6. p. 78.

76) Mey *Beobacht. eines verschluckten Stücks einer eisernen Gabel, welches nach 7 Monaten bis zum Ausgange des Mastdarms gekommen war, und daselbst durch chirurgische Hülfe herausgenommen wurde.* Loder *Journ.* 3. *Bd.* p. 137. — White l. c. p. 174. 175. 176. — Giraud in *Journ. de méd. T.* 52. p. 450 (600 nuclei cerasorum et sex nuclei prunorum extracti). — Sponitzer l. c. — *Journ. de méd. T.* 39. p. 160. — Hevin l. c. p. 401. — Rau *üb. d. Hämorrhoidalkrankh.* p. 185 (caput anguillae deglutitum forcipis ope extrahi debebat). — Laforet l. c.

induratae[1]), corpora dura[2]) deglutita, ipsique lapides silicei, calculi fellei[3]), calculus urinarius[4]). Sed veri calculi[5]) intestinales in intestinis ipsis orti et formati, cum rebus per ventriculum assumtis, tum salibus et muco secretis constant.

Analysis chemica. 2. Calculi intestinales, qui in brutis[6]) frequen-

1) HAUTESIERCK *recueil d'observat. de méd. T. II.* p. 628 (*l'intestin ileum était exactement bouché par une assez grande quantité d'excremens si durs, qu'en les jetant sur une table, ils rendaient le son d'une pierre etc.*). Cf. §. L. 5.

2) Cf. §. LI.

3) Cf. caput de calculis felleis.

4) JOHNSTONE *a case of calculi passing through the bladder into the rectum. Mem. of the med. soc. of London. Vol. III.* 1792. p. 516. — MARCET *Steinkrankheiten.* p. 113 (in recto infantis atreti inventus est calculus ex ammonio-magnesia phosphorica compositus, et viae uriniferae cum intestino recto cohaerere videbantur). — MILLER (*Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 31. p. 61) ex intestino recto pueri, qui atresia ani vesicali laboraverat, et operatione facta restitutus quidem, urinae vero partem per anum excreverat, calculum extraxit, qui teste CHRISTISON a) nucleum lapidem „*Diorit*," b) fibrillas farinae avenaceae et c) salia phosphorica, uti calculi urinarii exhibuit; haec salia externam crustam formaverant.

5) *Syn.* Enterolithus, concretio s. infarctus intestinalis s. abdominalis s. alvina. GALL. *bezoar humain, calcul intestinal, concrétion intestinale.* ANGL. *calculs, tophaceous concretions.* GERM. *Darmstein, Darm- oder Intestinalconcretionen.*

6) Notum est, quanti olim habitum sit *bezoar*, imprimis orientale, quod in ventriculo quarto caprae aegagrae utplurimum formari dicitur. Accedit bezoar occidentale, quod in ventriculo Aucheniae Lamae prae aliis oritur. Illud

quentius, quam in hominibus obveniunt, nostris tem-

testibus Fourcroy et Vauquelin (*Annales du muséum d'hist. nat. T. IV.* p. 334. *Annales de chim. T.* 16. 1793. Crell *chem. Ann.* 1793) ex bile, resina et empyreumate quodam, quod neque in aqua nec in alcohole dissolvi possit, constat. Berthollet vero (*mém. d'Arcueil* 9. p. 448) nil nisi lignum et salia quaedam invenit; hoc nondum exploratum est. Praeterea aegagropilae (ab αἴγαγρος, rupicapra, et πῖλος, pila). Germ. *Haarball*, *Gemsenkugeln*, *Haarkugeln*, *europäischer Bezoar*, *deutscher Bezoar*. Angl. *Hair-balls*, *German bezoar*. Belg. *Hairbal*, *Gemsenbal*, *Gemsenbezoar*, *Duitsch Bezoar*. Gall. *L'égagropile*, *pelote ou boule de poile*, *le bézoar de poile*, *le bézoar d'Allemagne* dicuntur pilae, levissimi ponderis quasi ex flocculis laneis confectae, in ventriculo rupicaprarum obviae (Welschii tract. de aegagropilis. Helmst. 1660). — Insuper calculi intestinales in equis (praecipue molaribus, qui furfuribus vescuntur), bovibus aliisque brutis herbivoris (rarius in carnivoris et osteophagis) occurrunt, subinde in ingentem molem, ℔iii-xjj (Dudley in *phil. transact. Vol.* 34. *no.* 398. p. 261. — Bayley ibid. no. 431. Vol. 44. p. 296. — Baker ibid. T. 51. P. 2. p. 694. — Ruysch thes. anat. II. p. 39. — *Gentleman magazine Vol.* 60. p. 18. 885. — Mason Good *the study of med. Vol. I.* p. 295. — P. Frank in schedis) increscunt et nutrimentis adscribuntur. Haec animalium concrementa constant 1) e crinibus convolutis, saepenumero cum stramine et ligno conjunctis et materia animali splendente obductis, 2) ex agarico, per mucum conglutinato et ammonio-magnesia phosphorica obducto, 3) e materia lignosa, 4) e materia bezoardica, 5) resina, 6) bile indurata, 7) e calce phosphorica acida, 8) calcaria carbonica, 9) magnesia phosphorica, 10) ammonio-magnesia phosphorica, 11) ammonio phosphorico, 12) acido urico, et 13) muco. Cf. Jahn's *chem. Tabellen d. Thierreichs. Berlin* 1814. p. 97. — Gmelin *Handb. d. theoret.*

temporibus a chemicis accuratius[7]) explorati sunt, unde patet, vario modo eos compositos esse. LASSAIGNE[8]) calculos a phthisica, in ultimo stadio, magna copia redditos e sebo 74, fibrina 21, calcaria phosphorica 4 et natro muriatico 1 compositos esse cognovit. ROBIQUET[9]) invenit materiae adiposae spermati ceti similis 6, calcariae phosphoricae 3,0, materiae animalis 0,8, detrimenti 0,2. DUBLANC[10]) in concremento 0,5 grammes ponderante, ab infante enteritide laborante reddito, fibrinam cum adipis et calcariae phosphoricae vestigio invenit. BRUGNATELLI[11]) ammonium uricum cum pauxillo calcariae phosphoricae et materia animali conjunctum deprehendit. CHILDREN[12]) nucleos prunorum ante trimestre deglutitos massa fusca laevi, solida obductos vidit, quorum involucrum in se continuit materiam animalem

Chemie 2. *Bd.* 2. *Abth.* p. 1447. — RUDOLPHI *Übersicht d. bisher in den Wirbelthieren gefundenen Steine. Abh. d. Berl. Akad. Berl.* 1816. p. 171. — SUCKOW in *Bad. Annalen f. d. ges. Heilk. Bd.* 1. *H.* 2. p. 7. — GURLT *Lehrb. d. pathol. Anat. d. Haussäugethiere.* 1. *Th.* p. 32. — HURTHRL D'ARBOXAL *Wörterb. d. Thierheilk. A. d. Franz. v.* RENNER art. *Haarball* p. 240 et *Steine* p. 105.

7) Ut silentio praeteream disquisitiones antiquiores, quas CADET (*mém. de l'acad. de chir. T. III. éd.* 12. *T. VII.* p. 23) aliique instituerunt.

8) *Journ. de chim. méd. T. I.* 1825. *Mars.* p. 119.

9) CORVISART *journ. de méd. T.* 28. p. 391.

10) *Journ. de chim. méd. T. I.* p. 496.

11) BROUGNATELLI *giornale T.* 12. p. 164.

12) *Phil. transact.* 1822. p. 24. SCHWEIGGER-SEIDEL *Journ.* 34. *Bd.* p. 261.

lem cum vestigiis acidi sulfurici, muriatici et calcaria, resinam, calcariam phosphoricam, ammonio-magnesiam phosphoricam et fibram lignosam. Laugier[13]) ossiculum fibris vegetabilibus obductum in intestino recto vidit, ex quo ope aquae materia animalis, faeces olens cum pauxillo salis ammoniaci et calcariae muriaticae extrahebatur. Praeterea Braconnot[14]) et Bouis[15]) de calculis excretis referunt, quorum maxima pars fibra lignosa fuisset. Contra Caventou[16]) ex commentatione medici Colombot de Chaumont refert, matronam calculum reddidisse, qui loco nuclei flavos radios exhibuisset et ex sola fere cholestearine compositus fuisset. Dénis[17]) calculum intestinalem describit, cujus nucleus cortici quercus suberis similis cholestearine et bile circumdatus fuit; et Porta[18]) calculos excretos describit, qui ex analysi, quam Ballcells instituit, ita compositi erant, ut 30 gr. cholestearinae cum pauxillo materiae viridis gr. 20=66,666, bilis induratae gr. 5=16,666, materiae resinosae albae gr. 4=13,333 con-

13) *Mém. de l'acad. R. de méd. T.* 1. *Bulletin des sc.* 1825. p. 32.

14) *Annales de chymie et de phys. T.* 20. p. 194.

15) *Journ. de chemie méd. T.* 5. p. 625.

16) *Arch. gén. T. XII.* p. 453. Froriep *Notizen Bd.* 16. *No.* 6. p. 84.

17) *Mém. sur trois genres de cas rares.* Froriep *Notizen* 22. *Bd.* p. 29.

18) *Obs. sur un volvulus ou passion iliaque produit par des calculs très volumineux, traduit de l'Espagne. Arch. gén. T. XII.* p. 432.

continerent et gr. j perderetur. — Sed singularem indolem calculi exhibent, qui in Scotia obveniunt, quosque Monro[19]), Marcet[20]), Torbet[21]), Graham[22]), Duncan jun[23]). describunt, Thomson[24]), Davy[25]), Wollaston[26]), Turner[27]), Christison[28]) experimentis chemicis repetitis exploraverunt. Etenim Thomson aquae, alcoholis, kali et acidi muriatici ope albumen, materiam singularem fuscam, natrum muriaticum, calcariam phosphoricam, natrum sulfuricum et calcariae sulfuricae vestigia eduxit, quo facto remansit singularis materia ex fibris intricatis composita, quam cum boleto, agarico, cortice quercus suberis vel pilis coactis comparavit, quamque farinae avenae, in Scotia vulgari cibo, tribuendam esse, Wollaston[29]) docuit. Crusta vero continuit calcariam phosphoricam, cum fusca materia animali mixtam, rarius ammonio-magnesiam phosphoricam. — Rebus sic sese habentibus tres calculorum intestinalium

19) *Morbid anat. of the human gullet* p. 25 — 73.

20) *On calculous discorders* p. 130. *Vers. germ.* p. 116. et *med. chir. transact. of Lond. Vol. III.* p. 197.

21) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 24. *no.* 84. p. 84. Horn *Archiv* 1825. *Nov. Dec.* p. 522.

22) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 34. p. 312. Froriep *Notizen* 34. *Bd. No.* 5. p. 73.

23) Apud Torbet p. 90.

24) Apud Monro l. c. p. 44.

25) Monro l. c. ed. nova 1830. Froriep *Notizen* p. 347. (invenit salium 7,0, materiae faeculentae fuscae 1,4, substantiae resinosae 17,2 et materiae fibrosae 74,4.)

26) Apud Marcet l. c.

27) Apud Torbet l. c. p. 92.

28) Apud Graham l. c. p. 314.

29) L. c.

lium species pro compositione sua distingui possunt, adiposi, salini, et avenacei Scotiae (*Hafersteine*). Ad salinos calculos sabulum accedit, quod, subinde magna [30]) copia, per alvum excretum, et ex ammonio - magnesia [31]) phosphorica constare legimus.

3. Praeterea calculos vel abiisse, vel cadavere dissecto in intestinis inventos esse, quorum natura chemicis experimentis institutis non satis patefacta sit, in operibus medicorum legimus. Eorum mentionem faciunt GALENUS [32]), AETIUS [33]), FERNELIUS [34]), HOLLERIUS [35]), Hr. CAPIVACCIUS [36]), MER- Alia exempla.

H h 2

30) QUELMALZ pr. de copiosa sabuli atque calculorum per alvum excretione. Lips. 1757. GRÜNDEL arenae copiosae per alvum excretae. Eph. nat. cur. dec. II. a. 7. obs. 202. p. 379. — STEGMANN ibid. dec. III. a. 4. obs. 108. p. 227.

31) SYM in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 44. p. 119 (aeger quidem usus fuerat aqua calcis et magnesia; calcaria vero in sabulo non obvenit.) — SCUDAMORE in *London med. gaz. Vol.* 23. p. 562. SCHMIDT *Jahrb.* 25. *Bd.* p. 145 (sabulum praeter illud sal triplex pauxillum siliciae et materiae animalis exhibuit). — O'BRYAN BELLINGHAM in *Dublin journ. Vol.* 14. p. 278. (in intestino colo viri, pleuropneumonia et gastritide exstincti invenit crystallos ammonio-magnesia phosphorica compositos).

32) De locis aff. lib. I. c. V. ed. KÜHN. T. VIII. p. 47. (lapis — — nascitur, ut nonnulli narrant, etiam in colo) lib. VI. c. 2. Ibid. p. 384.

33) Tetrabibl. III. Serm. 1. (IX.) c. 30. („nascuntur et in colo lapides, sed raro").

34) De part. morb. et sympt. lib. VI. c. 9.

35) De morbis internis lib. I. c. 48. schol.

36) Pract. med. lib. III. c. 18. p. m. 601.

Mercurialis [37]), Forestius [38]), Marcellus Donatus [39]), Ambrosius Paraeus [40]), Jo. Crato [41]), P. Salius Diversus [42]), Sennertus [43]), Columbus [44]), Riolanus [45]), pater, Zacutus Lusitanus [46]), Kentmann [47]), Untzer [48]), Horstius [49]), Ant. Benivenius [50]), Riverius [51]), Schenkius [52]), Rhodius [53]), Bartholinus [54]), Harderus [55]), Schneider [56]), Scholz [57]), Wolfstriegel [58]), Schultze [59]), Bec-

37) De excrem. lib. II. c. 4. et Var. lect. lib. II. c. 2.

38) Observatt. et curatt. lib. 14. obs. 16. in Schol.

39) Hist. med. mirab. lib. IV. c. 30. p. 525.

40) Chir. lib. XXIV. c. 19. p. 569.

41) Epist. a Scholzio coll. ep. 140.

42) Annotat. in art. med. D. ab Altomari c. 79.

43) Instit. med. lib. II. P. II. c. 9. et med. pract. lib. III. P. II. sect. I. c. 5. Item sect. II. c. 10.

44) De re anat. lib. XV. 45) Meth. gener. lib. II. Sect. II. c. 2.

46) Praxis med. admir. lib. III. obs. 133. f. m. 137.

47) De calcul. obs. 9. p. 13. 48) De nephrit. lib. I. c. 5.

49) Ep. medicin. lib. 1. sect. 9. — Observatt. med. lib. IV. obs. 47. Opera T. II. p. 236. (obs. J. Fabri, qui refert in altero casu 150, in altero 233 calculos ejectos esse).

50) Observatt. med. de abd. morb. causis c. 19. p. 167.

51) Observatt. ab aliis communicat. c. 4. p. m. 351.

52) Lithogen. patholog. hist. c. 13.

53) Observ. med. cent. II. obs. 74. p. 90.

54) Acta med. Hafn.. Vol. I. obs III. p. 203. — Hist. anat. cent. III. obs. 75. cent. IV. no. 11 et 49. Ep. med. cent. III. ep. 59. p. 237.

55) Apiarium obs. med. 80. p. 309.

56) De catarrhis lib. III. c. 7. p. 239.

57) Eph.. nat. cur. dec. 1. a. 2. obs. 136. p. 220.

58) Ibid. obs. 89. p. 163. (calculi fellei 27).

59) Ibid. a. 4. obs. 125 p. 135 (lapis ovi columbini majoris magnitudine).

Beckers[60]), Schröck[61]), Tudecius[62]), Claude-rus[63]), Lentilius[64]), Wolff[65]), Rommel[66]), Grass[67]), Schröter[68]), Detharding[69]), Valther[70]), Wilisch[71]), Degner[72]), Albrecht[73]), Wolff[74]), Ovelgun[75]), Storch[76]), Block[77]), Hel-

60) Ibid. a. 8. obs. 70. p. 119 (14 calculi excreti).

61) Ibid. a. 9 et 10. obs. 90. p. 234 (calculus biliarius ℥j et ʒjj excretus).

62) Ibid. obs. 122. p. 294.

63) Ibid. dec. II. a. 5. obs. 197 (uxor venatoris lapidem lumbricis plenum excrevisse dicitur).

64) Ibid. a. 7. obs. 136. p. 262 (calculi biliarii permulti excreti).

65) Ibid. obs. 185. p. 349 (materia tophacea a duobus pueris atrophicis excreta.)

66) Ibid. a. 8. obs. 184. p. 475 (calculus praegrandis in intestinis diutissime latens in senio tandem extractus. Pondus ℥jß et ʒjjj).

67) Ibid. dec. III. a. 3. obs. 21. p. 22 (calculus in coeco sedem habuisse dicitur).

68) Ibid. obs. 94. p. 180.

69) Ibid. a. 7. et 8. app. p. 71 (menstruam lapidis per anum non sine gravissimis et partus aemulis conatibus exclusionem observavit).

70) Ibid. cent. III et IV. obs. 136. p. 310 (frustum materiae durae, speciem lapidis s. potius tartari, germ. *Weinstein*, praebuit).

71) Ibid. cent. IX et X. obs. 21. p. 25.

72) Acta nat. cur. Vol. II. obs. 128. p. 286 (calculus pendens ʒvj inter tunicas intestinorum progenitus esse dicitur).

73) Ibid. Vol. III. obs. 57. p. 184 („de hypochondrii dextri dolore vehementi, excretis per alvum globulis, veluti saponaceis, confestim sublato.")

74) Ibid. obs. 81. p. 273 („magna copia calculorum figura

Helmershausen [78]), Threapland [79]), König [80]), Yonge (s. Young)[81]), Thoresby[82]), Martineau[83]), Mackarness [84]), Lemery [85]), Rutty [86]), Schurig [87]),

lapidibus carpionum simili per alvum absque ullis doloribus excreta.")

75) Ibid. Vol. V. obs. 81. p. 301 (sectione facta calculus intestino firmius adhaerens apparuit).

76) Ibid. Vol. VII. obs. 100. p. 357.

77) Ibid. Vol. VIII. obs. 121. p. 443 (calculus ovi columbini magnitudine excretus).

78) Nova acta nat. cur. T. IV. obs. L. p. 245. et T. VII. obs. XLV. p. 216 (vidua hysterica praegressa et subsequente magna symptomatum variorum caterva ,,materiam salinam terream lapideam" per anum repetita vice ejecit, quae e sale culinari, materia terrestri, oleo foetido, faecibus induratis et partibus tunicae villosae composita fuisse dicitur).

79) *Phil. transact* no 170. *Vol. X V.* p. 961.

80) Ibid. n. 181. Vol. X VI. p. 94. — Hallleri disputat. ad morb. hist. Vol. III. no. 95. p. 473.

81) Ibid. 282. Vol. XXIII. p. 1279 (*a letter concerning a Ball, extracted from a person, who had suffered by it* 30 *years, in which was a plumb stone*).

82) Ibid. no. 291. Vol. XXIV. p. 1195.

83) Ibid. no. 380. Vol. XXXII. p. 433 (a gravida excreti sunt quinque calculi).

84) Ibid. no. 458. Vol. XLI. p. 500 (,,*a hard, unequal ragged flinty stone*" ponderis ℥vjjjß).

85) *Hist. de l'acad. R. des. sc. A.* 1704. p. 14. *no.* IX (in intestinis vidit calculum, cujus diameter pollicem et longitudo pollicem $1\frac{1}{2}$ aequavit).

86) *Traité des parties, qui servent de passage à l'urine, trad. de l'Angl.* p. 195 (Bawlber *a donné le cas, dans lequel une grande quantité de substances tophacées, qui me parurent être autant de globules d'excrémens endurcis, étoit logée dans le commencement du colon, où l'iléon est inséré*).

RIG[87]), Anonymus[88]), LIEUTAUD[89]), BONTÉ[90]), JACQUINELLE et CHANDRON[91]), MARESCHAL[92]), MOREAU[93]), MECKEL[94]), MORGAGNI[95]), BIUMI[96]), MONRO I.[97]), HARMENS[98]), SCHWIND[99]), COË[100]), WHITE[101]), GRAEUWEN[102]), GAITSKELL[103]), RUBINI[104]), PENA-

87) Lithologia p. 150. 242. 428.

88) *Journn. de méd. T. III.* p. 371 („ *sur un bezoard humain*").

89) Ibid. T. IX. p. 261.

90) Ibid. T. XIII. p. 160 (*sur un bezoard humain*).

91) Ibid. T. LV. p. 245 (in intestino recto vetulae sexagenariae invenerunt duos calculos; simul intestina inflammata).

92) *Mém. de chir.* 12. *T. VII.* p. 311 (pondus ℥jj, ʒjjß, major diameter duorum pollicum et octo linearum, minor 1", 7"', peripheria 7".

93) Ibid. p. 314 („*la pierre étoit du volume de la plus grosse pomme de reinette.*" Hujus calculi chemica analysis a CADET instituta traditur in eodem volumine p. 22. no. VIII].

94) *Sur une pierre intestinale, qui bouchait le canal des intestins. Hist. de l'acad. R. des sc. à Berlin, A.* 1759. p. 35 (in jejuno intestino superius dilatato, inferius coarctato adhaesit calculus magnitudine ovi gallinacei).

95) De sedib. et caus. morb. ep. XXXVII. art. 45.

96) Observatt. anat. scholiis illustratae. Mediol. 1765. SANDIFORT thesaurus dissertatt. Vol. III. no. XV. p. 311. Observat. III. calculus insignis ilei p. 360.

97) *Sämmtl. Werke* p. 391. — *Works* p. 666. *Phys. and litt. Edinb. Ess. Vol. II. no.* 26. p. 348.

98) Acta med. Suec. T. I. p. 345.

99) SCHMUCKER *verm. chir. Schr. 2. Bd.* p. 103 (calculus magnitudine ovi gallinacei ex ano protractus est).

100) *Abh. von den Gallensteinen. A. d. Engl.* p. 114. 117.

101) *Cases in surgery* p. 27.

102) *Samml. auserles. Abh.* 14 *Bd.* p. 107.

103) *Med. facts. and observ. T. IV.* p. 31. *Samml. auser-*

NADA[104]), SANDIFORT[106]), WENDELSTADT[107]), RÜDIGER[108]), MECKEL III[109]), SM. COOPER[110]), RICHERAND[111]), HEY[112]), BOYER[113]), WICKHAM[114]), COPELAND[115]), ANDRAL[116]), SMART[117]), JAEGER[118]), EVERTS[119]), RUBEN[120]) aliique[121]).

4. Cal-

les. Abh. f. pr. Ä. 16. *Bd.* p. 135. RICHTER *chir. Bibl.* 14. *Bd.* p. 336.

104) *Mem. della soc. Italiana* T. 14. P. 2. p. 59.

105) Ibid. T. 16. P. 2. p. 141.

106) Museum anatom. Vol. 1. Sect. 2. p. 86. no. 346.

107) ARNEMANN *Magaz. f. d. W. A.* 2. *Bd.* 2. *St.* p. 168.

108) LODER *Journ. f. Chir.* 1. *Bd.* p. 588.

109) *Ueber die Concretionen im menschl. Darmkanal.* Ej. *Deutsches Archiv f. Phys.* 1. *Bd.* p. 454. Ej. *Handb. d. pathol. Anat.* 2. *Bd.* 2. *Abth.* p. 464.

110) *Handb. d. Chir. A. d. Engl. v.* FRORIEP 1. *Bd.* p. 10. art. alvinae concretiones.

111) *Grundr. d. neuern W. A. K. A. d. Franz.* 4. *Th.*

112) *Pract. observ. chap.* 18. *Chir. Beobacht. A. d. Engl.* p. 372.

113) *Abh. über d. chir. Krankh. A. d. Franz. v.* TEXTOR. 10. *Bd.*

114) *Lond. med. and phys. journ. Vol.* 58. p. 305. GERSON und JULIUS *Mag. d. ausl. Lit.* 16. *Bd.* p. 77.

115) *Med. chir. transact. Vol. III.* p. 191.

116) *Grundr. der pathol. Anat. A. d. Franz v.* BECKER. 2. *Bd.* p. 108.

117) *The american journ. of med. sc.* 1830. *Aug.* p. 337. GERSON *und* JULIUS *Mag. der ausl. Lit.* 1831. *Jan. Febr.* p. 114.

118) *Über die Darmsteine der Menschen und Thiere, Berl.* 1831 (*Abdruck des Art. Enterolithen d. Encyklopäd. Wörterb. d. med. Wissenschaft.* 11. *Bd.* p. 172, quo usus sum).

119) Diss. de enterolithiasi. Arnheim 1835.

120) Diss. de lithiasi intestinorum. Heidelb. 1840.

4. Calculi in ventriculo [122]), intestino duo-de- *Descriptio.*

121) Severinus de abscess. rec. nat. lib. III. c. 28. p. 260. — Barbette anat. pract. c. 2. p. 123. — Ballonii consil. med. lib. III. cons. 24. — Fabricii Hildani observatt. chir. cent. 1. obs. 51. — Dolaei encyclop. med. Francof. 1691. lib. III. c. 13. p. 601. — Jo. Viridetus de prima coct. P. II. c. I. p. 230. — Dom. Panarclus Pentecost. V. obs. 12. p. 148. — Fontani respons. et curatt. med. lib. 1. p. 84. — Cornari observatt. med. c. 2. p. 4. — Cardanus de rerum varietate. Norimb. 1550. lib. XIV. c. 72. — Camerarius mem. med. cent. VIII. §. 35. p. 568. — Bierling thes. theor. pract. obs. 6. p. 40. 43. — Jo. Matthaei quaest. med. obs. II. p. 129. — Plateri praxis med. T. III. c. XV. p. 818. — Stalparti van der Wiel obs. cent. 1. obs. 12. schol. 58. — Riedlini lineae med. 1695. August. obs. 16. p. 246. — Acta eruditorum Lips. 1688. April. p. 204. — Tulpii observatt. med. lib. 1. c. 59. p. 101. — Brechtfeld in act. Hafn. Vol. I. obs. 100. p. 193. — Borrichius ibid. Vol. V. obs. 65. p. 158. — Schenk obs. med. Lib. III. Sect. 1. obs. 245. p. 411. obs. 248. p. 431. — Boneti sepulchret. T. 1. p. 902. 904. — Lambsma ventris fluxus multiplex cap. XI. p. 113. — Ruysch thes. anat. II. — Wedel pathol. med. Sect. II. c. 4. — Halleri elementa phys. T. VII. p. 176. — Desportes in hist. des maladies de St. Domingue, Par. 1770. II. p. 211. — Simson in *Edinb. med. essays Vol.* 1. art. 32. *Med. Vers. e. Ges.* in *Edinb.* 1. *B.* p. 394. — Vicq-d'Azyr in *mém. de la soc. R. de méd.* 1780 et 1787. — Lieutaud hist. anat. med. lib. I. Sect. IV. obs. 316 — 324. T. I. p. 103. — *Samml. med. Wahrnehm. Bd.* 9. p. 231. — Vogel *chir. und med. Beobachtt.* p. 186. — Dietrich diss. cont. duas observ. circa calculos in c. h. inventos. Halae 1788. p. 19 *fig.* 1—4.

122) Gastrolithi. Bonet. l. c. — Lieutaud l. c. — Lanzoni in act. nat. cur. Vol. I. obs. 64. p. 117. — Har-

deno[123]), ileo[124]), coeco[125]), colo[126]), processu vermiformi[127]) et in intestino recto[128]) nati et siti, rarissime cum intestino cohaerentes[129]), ut plurimum plures[130]), magnitudine aliquot linearum ad plures digitos[131]) transversos per diametrum, rotundi, ovati, oblongi, cylindrici, convexi, plani, subinde intestini coli formam referunt[132]), ut plurimum fusci, aliove colore induti, varia textura et densitate ut plurimum nucleum habent, eorumque pondus specificum a 1,105[133]), 1,376 ad 1,540[134]), variat.

5. Sae-

MENS l. c. p. 350. — HELM in *Bull. des sc. méd. T. VIII.* — Plures casus calculorum in ventriculo repertorum collegit VOIGTEL *pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 506.

123) GRAEUWEN l. c. — ANDRAL l. c.

124) MECKEL I. l. c. (in jejuno) — RÜDIGER l. c.

125) ZACUTUS LUSITANUS l. c. — GRASS l. c. — RÜDIGER l. c. — WICKHAM l. c. — OTTO *Verzeichniss d. anat. Praep. in Breslau*, 1827. — SCHÖNLEIN et PREU apud JAEGER. l. c. aliique.

126) RUTTY l. c. — MONRO I. l. c. p. 393. — GRAHAM l. c. — TORBET l. c. — ANDRAL l. c. p. 112.

127) Cf. cap. III. §. XVII. 8.

128) JOHNSTONE l. c. — MARCET l. c. — MILLER l. c. — JACQUINELLE l. c.

129) ZACUTUS LUSITANUS l. c. — HORSTIUS observatt. lib. IV. obs. 47. — OVELGUN l. c. — MONRO l. c.

130) Attamen singuli quoque observati.

131) Calculus ovum anserinum (SEVERINUS l. c.), pugnum (WHITE l. c.) aequavit, ejus ambitus 8'' (MARESCHAL l. c. MONRO I. l. c. RÜDIGER l. c.), 8½'' (GRAHAM l. c.) et pondus ℥jj (DOLAEUS l. c.), ℥vß (GRAHAM l. c.), ℥vj (RÜDIGER l. c.), ℥xjjß (TORBET) fuit.

132) FISCHER et SEIDEL Ind. musei anat. Kiliensis no. 117.

133) TORBET l. c. 134) MECKEL III. l. c. p. 463

5. Saepenumero corpora aliena, deglutita et retenta in intestino, nuclei prunorum [135]), ossicula [136]), testa ovi [137]), lapillus siliceus [138]), frustulum ligni [139]), vel excrementa indurata [140]), vel calculus felleus [141]), vel oleosum [142]) quid, cholestearine [143]), nucleum exhibuerunt, qui postea stratis concentricis sensim obductus est, ita, ut calculus incresceret. Praeterea accidit, ut fibrae vegetabiles quodammodo rete efformarent, quod materia salina impletum, penetratum, infiltratum [144]) et crusta obductum est. Sed illa salia, calx phosphorica, ammonio-magnesia phosphorica, in quibusdam majore copia ab intestinis secerni videntur. Qua de caussa calculi intestinales simul cum calculo urinario [145]) et cum arthritide [146]) observati sunt. Praeterea MECKEL abusum spiritus vini [147]), BIUMI [148]) vitam sedentariam, moerorem et obesitatem accusant. Origo.

6. Quod-

135) YOUNG (YONGE) l. c. — HOLBROOKE l. c. — SIMSON l. c. — COË l. c. — RÜDIGER l. c. — CHILDREN l. c. — STEPHENSON apud MONRO I. l. c.

136) COË l. c. — MONRO I. l. c. — LAUGIER l. c.

137) JACQUINELLE l. c.

138) MONRO I. l. c. 139) Ibid. 140) MARESCHAL l. c. —

141) BONTÉ l. c. — *Arch. gén. T. II.* p. 432.

142) MECKEL l. c. 143) CAVENTOU l. c.

144) DUNCAN. jun. et TURNER l. c. 145) SCHOLZ l. c.

146) SCHOLZ l. c. — WILISCH l. c. — BLOCK l. c. — BONTÉ l. c. — LIEUTAUD l. c. — SCHÖNLEIN apud JAEGER l. c. p. 195. — Quicunque supra citati arenam per alvum reddiderunt, arthritici fuerunt. Praeterea novi haemorrhoidarios, quibus idem accidisse videtur.

147) L. c. 148) L. c.

Symptomata.

6. Quodsi minores calculi intestina tenent, vix symptomata excitare videntur, sed transeunt et redduntur, idque saepenumero nescio homine. Majores vero hanc intestinorum partem, quam per annos occupant, male afficiunt et tum obstruendo tum irritando symptomata efficiunt, observata a compluribus medicis; huc pertinent: dolor gravativus in ventriculo [149]), circa umbilicum [150]), circa hypochondrium [151]), in regione iliaca dextra [152]), dolores primum obtusi, sensim increscentes, ac intestinum rectum lancinantes [153]), primum vagi, dein fixi, sub diarrhoea et peditu aucti ad intestinum rectum se extendentes [154]), ardor continuus et dolor in regione iliaca dextra et umbilicali [155]), atrocissimi dolores [156]) ventris, diri cruciatus [157]), colica [158]) ipsa, infra umbilicum [159]), periodica [160]), dolores crucis [161]), dorsi a renibus ad anum usque [162]), in regione pubis et in collo vesicae [163]), alvi obstructio [164]), di-

149) Harmens l. c. 150) Horstius l. c. — Grass l. c.
151) Valther l. c. 152) Grass l. c. 153) Schroeck l. c.
154) Rüdiger l. c. — 155) Moreau l. c.
156) Schultze l. c. — Wilisch l. c. — Tudecius l. c. — Grass l. c. — Degner l. c. — Block l. c. — Threapland l. c. — Graham l. c. — Copeland l. c.
157) Beckers l. c.
158) Thoresby l. c. — Bonté l. c. — Schwind l. c. — Colica calculosa Cullen gen. 59. Spec. 7.
159) Holbrooke l. c.
160) Mareschal l. c. — Moreau l. c. — Torbet l. c.
161) Schwind l. c. 162) Martineau l. c.
163) Mackarness l. c.
164) Grass l. c. — Valther l. c. — Wilisch l. c. —

diarrhoea [165]), ventriculi languor [166]), flatus [167]), ructus [168]), saliva salsa et acida [169]), vomendi conatus [170]), vomitus [171]), iliaca passio [172]), singultus [173]), tumor circumscriptus, qui tactu percipiebatur [174]), dolens sub tactu, durus vix mobilis, supra annulum abdominalem magnitudine ovi columbini, qui ante alvum elevatur [175]), tumor subinde dolens in dextro hypochondrio [176]), in dextra regione inguinali [177]), tenesmus [178]), ischuria [179]), insessus molestus [180]), gravitas in intestino recto [181]) et vehementes nisus sub desidendo [182]), convulsiones [183]), tabes [184]) et febris hectica [185]).

7. In

Threapland l. c. — Mackarness l. c. — Mareschal l. c. — Lemery l. c. („*elle bouchait exactement le passage, de sorte qu'elle faisait refluer les matières*") — Colombot l. c. (per totam vitam). — Graham l. c. — Copeland l. c.

165) Children l. c. — Torbet l. c. — Graham l. c. (purulenta)

166) Valther l. c. 167) Ibid. — Torbet l. c.

168) Valther l. c. — Schwind l. c. 169) Valhter l. c.

170) Degner l. c. — Copeland l. c.

171) Block l. c. — Martineau l. c. — Bonté l. c. — Meckel l. c. — Torbet l. c.

172) Overgeun l. c. — Storch l. c. — Biumi l. c. — Colombot l. c. (quater rediit). — Porta l. c.

173) Block l. c. — Bonté l. c.

174) Schroeter l. c. — Monro I. l. c. — Children l. c.

175) Rüdiger l. c. 176) Torbet l. c.

177) Graham l. c. — Copeland l. c.

178) Threapland l. c. — Martineau l. c. — Schwind l. c. — Monro I. l. c.

179) Storch l. c. — Lieutaud l. c. 180) Schwind l. c.

181) Moreau l. c. (ex quadriennio). 182) Idem.

183) Martineau l. c. 184) Children l. c. 185) Graham l. c.

Necroscopia. 7. In mortuis praeter calculos intestina crassiora [186]), colon cum ventriculo connatum [187]), coecum gangraenosum, ruptum [188]), introitus ilei in coecum angustatus et induratus, deficiente processu vermifori [189]) in conspectum venerunt. Intestinum colon adscendens pus in se continuit [190]), ipsum vero crassius induratum, ulceratum in interna superficie, contractum, angustatum et perforatum [191]). Nonnumquam saccus [192]), aliàs angustatio [193]) et strictura [194]) ortae sunt. „Ventriculus ita contractus, ut tunicae omnes liquido suo spoliatae in unam densissimam membranam et corneam fere coaluissent. Magnitudine vix malum citreum ordinarium superabat" [195]).

Diagnosis. 8. Torbet [196]) quidem tumorem mobilem, circumscriptum, compressioni haud cedentem, in ulla quadam abdominis regione, irregulares doloris acuti in morbi regione accessus, alternantes cum perfecta intermissione, obstructionem et diarrhoeam alternis vicibus vigentes, anorexiam, et morbo increscente cibos solidos digerendi facultatem deletam, subinde vomitum, faeces deficientes, tumoris abdominalis universalis febrisque defectum, morbi diutius protracti decursum et maciem pro signis diagnosticis declarat; dubitamus autem, num suffici-

186) Torbet l. c. 187) Idem. 188) Rüdiger l. c.
189) Idem. 190) Graham l. c. 191) Idem.
192) Monro l. c. p. 38. pl. III et IV. intestinum coecum calculo dilatatum exhibent). — Chomel l. c.
193) Monro l. c. p. 38. 194) Monro l. c. p. 39.
195) Harbens. l. c. p. 349 (ventriculus in se continuit calculos.)
196) l. c. p. 88.

ciant ad calculum cognoscendum, qui tunc demum cognosci poterit, ubi ad intestinum rectum provenerit, ibique forte haereat [197]), vel ejectus fuerit. Quare exploratio intestini recti et excrementorum haud negligenda. — Sed ipse calculus excretus probe explorandus est, ut pateat, utrum genuinus an concretio alius [198]) generis adsit.

9. Saepissime quidem calculi intestinales per anum [199]), rarius vomitu [200]), rarissime ex abscessu [201]) formato redduntur, iisque excretis valetudo restituitur. Attamen sunt, qui vel tabe [202]), vel inflammato, gangraenescente et rupto intestino [203]) exstincti sint. Praeterea Mackarness abscessus intestini et vaginae [204]), inde nati mentionem facit et addit illam aegrotam plures infantes Prognosis.

197) Per anum calculum in intestino recto haesisse Marschal (l. c.) refert; quem Mackarness describit, is plures per annos in flexura sigmoidea haesisse videtur.

198) Vid. no. 1. — Rubini l. c. longus est in comparandis calculis felleis et intestinalibus.

199) Plerique.

200) Dobrzensky eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 181. p. 278. — Lanzoni ibid. dec. III. a. 2. obs. 30. p. 39. — Zodiacus med. Gall. a. 1. obs. 3. — White l. c. — Schurig l. c. — Helm l. c. (apud Andral l. c. p. 141, qui similem casum addit).

201) Copeland l. c. — Penada l. c. (autor ratus est, calculum ex adipecera mera (cholestearine?), quae nucleum exhibuisset et eadem cum substantia animali commista, quae plura strata efformasset, compositum inter musculos abdominis obliquos natum esse. Sed putassem, calculum in colo descendente situm abscessum produxisse).

202) Torbet l. c. Hey l. c. 203) Rüdiger l. c. 204) L. c.

tes mortuos, impressionibus in capite notatos enixam esse.

Cura. 10. Antequam calculus cognitus est, nil superest, nisi cura symptomatica et palliativa. Simulatque eum subesse constat, primum remedia purgantia exhibenda sunt, quae TORBET [205]) existimante nonnisi minores calculos amovere valent. Praeterea DUNCAN [206]) jun. suadet acida mineralia vel ore sumta, vel ano injecta, quantum ferri possunt. Contra MONRO [207]) et TORBET [208]) in casu desperato gastrotomiam suadent, quae a RÜDIGERO [209]) sine fructu instituta est. Denique accidit, ut calculus usque ad intestinum rectum perveniret ibique moram faceret; rebus sic sese habentibus vel extrahendus [210]), imo antea frangendus [211]) et ani orificium vel dilatandum [212]) vel incidendum [213]) erat.

§. LIII.

Alvi obstructio.

Definitio. 1. Ubi venter aut nihil nisi durum, idque cum difficultate et solito rarius, aut per longius temporis spatium omnino nihil reddit, *alvi obstructio* [1]) adest.

2. Quam-

205) L. c. p. 89. 206) L. c. p. 92. 207) L. c. p. 63. 208) L. c. p. 89. 209) L. c. 210) ROMMEL l. c. — MONRO l. l. c. 211) MOREAU l. c. — MILLER l. c. 212) MARESCHAL l. c. 213) MACKARNESS l. c. — Calculum ex ano cujusdam viri extraxit Vindobonae Dr. RUDTORFER. Pro scirrho intestini recti habitus fuit ab aliis hic calculus, qui ovalis figurae fuit et saccum in insestino recto formavit, ex quo prominens exscindi pro parte debuit (P. FRANCK e schedis).

2. Quamquam obstructio alvi neminem medicorum fugit, eaque ab omnibus cujusvis aevi medicis inde ab HIPPOCRATE 2) ad nostra usque tempora tangitur, rarius tamen in singulis libris, nec ab ullo, quem norim, satis pertractata est. Attamen nominasse juvabit GALENUM 3), AËTIUM 4), ACTUARIUM 5), FUMANELLUM 6), ROETENBECK 7), CRAUSE 8), SEBIZ 9), SCHENK 10), AB HARTENFELS 11), METZGER 12), SCHILLING 13), SCHMID 14), We- Literatura.

1) *Syn.* alvus adstricta, obstructa, constipata, obstipata, dura; venter suppressus, venter strictus, venter difficilis; stypsis, coprostasis MASON GOOD. GALL. *constipation, resserrement de ventre.* ITAL. *costipamento, costipazione, durezza di ventre; stitichezza, stitichexia, stiticità, riserramento, strignimento di ventre.* ANGL. *costiveness.* HISP. *constipacion, dureza di vientre, estipticidad.* LUSIT. *constipaçao.* BELG. *Hardly vigheid.* DAN. *Haardt liv; Forstoppelse i underlivet, Bindelse.* SUEC. *Hårdlif, Fröstoppning.* ISLAND. *Vollgángsteppa og tregda.* GERM. *Verstopfung. Hartleibigkeit, Trägheit des Stuhls, Stuhlverhaltung.*

2) Locis citandis.

3) De sanitate tuenda lib. I. c. XIII. XIV. Ed. KÜHN. Vol. VI. p. 68. sqq. et aliàs.

4) Tetrabibl. I. sermo IV. c. 20. Tetrabibl. III. S. I. c. 15. 26.

5) Lib. IV. c. 6.

6) Lib. de recrementorum c. h. praeternaturali retentione et evacuatione. Opera, Tiguri 1557.

7) Diss. alvi adstrictio in theses contracta. Altd. 1630.

8) Diss. de adstrictione. Jen. 1674.

9) Diss. de constipatione alvi. Argent. 1664.

10) Diss. meth. cognoscendi et curandi obstructiones. JENAE 1665.

11) Diss. de alvi adstrictione. Erf. 1678.

12) Diss. de alvi constipatione. Tub. 1678.

13) Diss. de obstructione. Basil. 1675.

Wedel et Printz [15]), Stahl et Hederich [16]), Armbrust [17]), Ludolf et Behnken [18]), Schmiedel et Schnitzer [19]), Hamberger et Becker [20]), Schmidtmann [21]), Campe [22]), Elias [23]), W... [24]), Jos. Frank [25]), Hohnbaum [26]), Lehmann [27]), Maxwell [28]), Reece [29]), Pollitzer [30]), Strahl [31]), Hamon [32]), Inkes [33]).

3. Sunt,

14) De pertinaci alvi constipatione. Eph. nat. cur. dec. II. a. 9 et 10. obs. 53. p. 136.

15) Diss. de adstrictione alvi. Jen. 1710.

16) Diss. de alvi obstructione. Erf. 1740.

17) Diss. nonnulli graviores morbi ex alvo constipata. Argent. 1749.

18) Diss. de alvi obstructione hypochondriaca. Erf. 1750.

19) Diss. de alvi obstructione. Erl. 1755.

20) Diss. de obstructione. Jen. 1753.

21) Diss. de caussis, effectibus et curatione alvi obstructionis. Harderov. 1787.

22) Diss. de obstipatione alvina. Helmstad. 1794.

23) *Geschichte einer hartnäckigen Leibesverstopfung und ihrer Heilung. Hufeland Journ.* 10. *Bd.* 1. *St.* p. 131.

24) *Von der Hartleibigkeit und Verstopfung. Leipz.* 1802.

25) *Gesundheits-Taschenbuch. Wien.* 1801—3.

26) *Von der Stuhlverstopfung als Symptom und ihren nächsten Ursachen* In *Abh. d. phys. med. Societät zu Erlangen.* 2. *Bd.* p. 213.

27) Diss. de obstructione alvi. Jen. 1820.

28) *Obs. on constipation with cases.* In *Edinb. med. and surg. Journ. Vol.* 21. 1824. *Jan.* p. 72.

29) *A pract. diss. on the means of obviating and treating the varieties of costiveness, which occur at different periods of life, and in cases of predispositions to various constitutional maladies, in peculiar temperaments of body, in disorders of the lungs, stomach, liver, rectum etc. and during pregnancy. Lond.* 1826.

3. Sunt, qui absque incommodo solito rarius tertia, quarta, quinta, octava [34]), vicesima [35]) quaque die desideant et dura reddant; robusti, rigidi iique, qui multum sudant, rariorem et sicciorem alvum reddere solent. Praeterea senibus [36]), gravidis, convalescentibus, qui excretionibus exhausti sunt, nec non compluribus aegris sine manifesto damno plures per dies alvus non descendit; aegro- Symptomata.

30) Diss. de alvi adstrictione. Vindob. 1831.

31) *Von den nachtheiligen Folgen der habituellen Leibesverstopfung.* Hufeland *Journ.* 77. *Bd.* 6. *St.* p. 48. *Ej. Enthüllung d. räthselhaften Wesens d. Unterleibskrankheit.* 3. *A. Berl.* 1838.

32) *Sur la constipation, ses causes, ses symptomes et son traitement. Par.* 1835.

33) *A treatise on indigestion and costiveness. Lond.* 1832.

34) P. Frank (in schedis) de comite E. refert, qui a prima juventute alvum nonnisi quavis septima vel octava die deponeret, quin ullum abhinc incommodum unquam persenserit, etsi jam ad aetatem circiter 60 annorum perductus sit. — Schenk (p. 397), Fernelius (pathol. lib. VI. c. 10), Henricus ab Heer (obs. 29), Stalpartus van der Wiel (cent. 1. obs. 51), Rhodius (obs. anat. med. cent. II. obs. 81), Thomas Bartholinus (acta med. et phil. Hafniensia Vol. IV. p. 461), Lanzoni (eph. nat. cur. dec. II. a. 9. obs. 42. p. 78), Stoll (*Vers. e. med. Beobachtungskunst* p. 396), Renauldin (*dict. des sc. méd. T. VI.* art. *constipation* p. 254) alios casus constipationis sine noxa protractae referunt.

35) Tommasini, *giornale della soc. med. chir. di Parma. Vol.* 1. *no.* 1. Harles *n. Journ. der ausl. med. Lit.* 10. *Bd.* 1. *St.* p. 207.

36) Listerus comment. ad Sanctorii med. stat. p. 150. — de Fischer diss. de senio. Erl. 1751. §. 114.

rum vero plures subinde per longissimum [37]) temporis spatium nihil reddiderunt. Quodsi justo diutius venter suppressus fuerit, stercora retinentur, indurescunt, eaque haud raro per integumenta abdominis tactu percipiuntur [38]), tam localia quam sympathica incommoda cient, et desidendi opus molestias, noxas et vitae pericula producit. Rebus sic sese habentibus primum sensus ponderis, pressionis, dolores in abdomine exten-

37) Sherman *philos. transact. Vol.* 24. p. 2111. — Aaskow soc. med. Hafn. collect. Vol. II. p. 9. (hysterica ad octavam usque hebdomadem obstructa). — Hendrick (*Philadelphia med. museum* 1. *Vol.* Sedillot *journ. de méd. Vol.* 52. p. 448) de viro refert, qui 14 per annos nihil per anum, sed tribus post pastum horis praeterlapsis cibos per vomitum reddidisset. — Baillie *account of the case of a man, who had no evacuations from the bowels for nearly sixteen weaks before his death. Transact. of the soc. of med. and surg. knowledge. Vol. II.* p. 172. — Stark *Handbuch zur Kenntniss und Heilung innerer Krankh.* 2. *Th.* p. 505. — Crampton *case of unusual constipation. Dublin hosp. reports Vol. IV.* p. 303. Froriep *Notizen Bd.* 19. p. 178 (aegra per 8 menses omnino nil et anno praegresso bis terve alvum dejecerat). — Müller, *Annal. f. d. ges. Heilk. unter Redaction der Mitglieder d. Bad. Sanitäts-Comm.* 3. *Jahrg.* 1. *H.* p. 76. — Thune, *ephém. méd. de Montpellier* 1828. *T. VII.* p. 161. Gerson *und* Julius *Mag. Bd.* 17. p. 510 (sex per menses alvus clausa).

38) Campe l. c. p. XIII („tactu intestinorum ingens obstipatio non solum, sed etiam visu percipi poterat.“ — — „Quinque videbantur intestinorum gyri densissime infarcti, qui in regione umbilicali prominebant, ad utraque hypochondria extensi, horrendo adspectu“).

tenso percipiuntur, respiratio laeditur, pulsatio cordis cum anxietate, cephalalgia et vertigo accedunt, animus morosus est. Deinde anorexia, vomituritio, ructus, flatulentia, tympanites, colica gravior [39]), enteritis, vomitus [40]) alimentorum, muci, bilis, faecum sequuntur; intestina dilatantur, nonnumquam febris gastrica, putrida nascitur. Faeces induratas in intestino colo coacervatas icterum [41]), in flexura sigmoidea haerentes compresso nervo ischiadico paralysin [42]) pedis sinistri effecisse legimus, eaeque ipsam diarrhoeam [43]) non sistendam excitaverunt. Praeterea obstructione perdurante apoplexia [44]), encephalitis, co-

na-

39) Barthwick in *Edinb. med. and. Surg. Journ. Vol.* 23. p. 71.

40) Montesanto *storia ragionata di paraplegia antica con fenomeni straordinarie in persona vivente* etc. *Milano* 1831. Omodei *annali universali di med. Anno* 1833. *Aug. Med. Jahrb. d. Österr. Staates* 14. *Bd.* p. 166. *Sec. appendice alla storia* etc. 1833. Ibid. 15. *Bd.* p. 323. Gerson *und* Julius *Mag. Bd.* 28. p. 243 (undecim per annos nec alvus soluta, nec urina missa, vomitus vero alimentorum quotidianus, subinde ileus et paraplegia continua aderant).

41) Marsh, *The Dublin hospital reports. Vol. III.* p. 270.

42) Dejean comment. in institutiones pathologiae Gaubii T. 1. p. 396.

43) Callisen de diarrhoeae cum obstructione alvi haud infrequente connubio. Acta R. soc. med. Havn. Vol. II. p. 94. — *Med. obs. and inquiries Vol.* IV. p. 123. — Parrish in *North-American med. and surg. journ.* Froriep *Notizen* 21. *Bd.* p. 295. Simili modo diarrhoeam a 300 nucleis cerasorum deglutitis et in intestino recto collectis observavit Kirschner (Rust *Mag.* 30. *Bd.* p. 468).

44) Mombert *Wahrnehmung eines durch jede Stuhlverstopfung wiederkehrenden epileptisch-apoplektischen Anfalles*

namina desidendi irrita, tenesmus [45]), dolores et haemorrhoea ani, hernia, prolapsus [46]), intussusceptio, ruptura intestini [47]), congestiones in capite et thorace [48]), haemorrhagiae et inflammationes inde pendentes, palpitatio cordis [49]) producuntur. Sic ipsa mors ventrem diu clausam sequi potest.

4. Ven-

(in sene septuagenario hernioso). HUFELAND *Journ.* 77. *Bd.* 3. *H.* p. 89.

45) Principisa de V. . ., Russa, 54 annorum, haemorrhoidum moliminibus colicisque doloribus hujus indolis, sic et brevi tenesmo, hinc inde subjecta, mense Januarii 1800 per quindecim jam dies hunc ultimum saepe, sed brevem, persenserat; cum illico hic tenesmus sicut in dysenteria, acriter aegram, fere omni quinto minuto, vexaret, nil fere, nisi pauca materia faecali, ac flatibus, excreto. Febris nulla, appetitus valet. Clysteres emollientes, oleosos in anum injici curavi sine levamine, et quidem per tres dies. Hi dolores acerrime continebant ita ut et febris tandem accederet. Examinatum a chirurgo rectum, nil nisi venas quidquam varicosas, nullam vero phlogosin, ostendit. Tandem praescripsi aquam laxativam Vienn. ad unc. V. et aquam menthae ad unc. j. Haec dosis nil effecerat; a clystere cum opio pejus se habuit. Post repetitum laxans, alvus tandem enormi copia secessit, ac omnis tenesmus protinus evanuit. (E schedis P. FRANK.)

46) Imprimis apud infantes.

47) FIEVÉE l. c. — Cf. cap. IV. §. XXIII. 4.

48) BORTHWICK (l. c. p. 70) a magna faecum copia coacervata symptomata, quae phthisin pulmonalem simulabant, faecibus vero ejectis silentia, observavit.

49) RICHARD *obs. sur une palpitation de coeur, occasionnée par la difficulté d'aller à la selle et guéries avec des potions huileuses musquées. Annales de la soc. de méd. pr. de Montpellier T.* 29. p. 147.

4. Ventre pertinaciter clauso in infantum corpore dissecto vitia congenita in conspectum veniunt: canalis intestinalis interceptus [50]), ejusque finis coecus [51]), exitus incongruus [52]) (in maribus praecipue in vesicam vel urethram hians) in adultis quotquot coarctationes, angustationes et obliterationem supra [53]) commemoravimus. Praeterea scybala dura, corpora aliena [54]), calculi intestinales [55]), vermium glomera [56]) intestina obstruxerunt. Supra impedimentum eadem dilatata [57]), stercoribus et aëre plena, inflammata, gangraenosa, emollita, rupta reperta sunt [58]). Necroscopia.

5. Caussa alvi obstipatae [59]) vel in tubo intestinali vel in ejusdem contentis haeret. Ille accusandus est, ubi ejus secretiones diminutae sunt aut resorbendi vis evecta est, aut status atonicus, torpidus an- Caussae.

50) Cf. cap. II. §. V. 2. p. 21. 51) Cf. ibid. no. 4.

52) Cf. ibid. no. 5.

53) Cf. cap. VI. §. XXIX. et XXX. cap. IX. §. XLIII. 2. Thune (l. c.) in virgine 24 annorum, quae sex per menses alvum non exoneraverat, in intestino recto septum transversum, tres digitos ab ano situm, invenit, cujus apertura vix digitum minimum admisit.

54) Cf. §. LI. 55) Cf. §. LII. 56) Cf. cap. VII. §. XXXIV.

57) Crampton l. c. p. 309.

58) In Hunteria societate casus constipationis ex anno aetatis 24 usque ad 73um pertinacissime perdurantis narratus est; sectio docuit diametrum capitis coli 9'', totum vero colon dilatatum stercoribus durissimis plenum fuisse. Behrend. *med. Journalistik d. Auslandes* 13 *Bd.* 1833. p. 273.

59) Ludwig et Boden de causis obstructionis alvinae. Lips. 1770. — Wilson diss. de causis obstipationis alvi. Berol. 1834.

angustusve natus est. Haec alvum claudunt vel copia diminuta vel ita aucta, ut vires intestinorum musculares ea propellere non valeant, vel indole ita mutata, ut aegrius propelli possint. Quare ad alvum obstipatam disponunt aquilonia constitutio [60]), aetas senilis [61]), sexus sequior, haereditas, temperamentum phlegmaticum et melancholicum, constitutio venosa, atrabilaria nec non nervosa, consuetudo, vita sedentaria, imprimis antrorsus flexo corpore, studia, quae animum intendunt, catamenia et graviditas [62]), cutis morbi chronici, sudores copiosi, hydrops, salivatio, vomitus chronicus, dyspepsia, hepatis, lienis, pancreatis, glandularum mesaraicarum et intestinalium, cerebri, medullae spinalis morbi iique qui nervosi appellantur, hydrocephalus, melancholia, hypochondria, hysteria [63]), haemorrhoides, arthritis, intestinorum ipsorum rigiditas, laxitas, propensio ad spasmos, status paralyticus [64]), torpidus, pituitosus,

60) Hippocratis aphorismi lib. III. ed. Kühn. T. III. p. 720 et 723.

61) „Alvi senescentibus fere resiccantur." Hippocratis aphorismi l. II. 53. ed. Kühn. T. III. p. 719.

62) *Archives gén.* 1824. Rust *Repertor.* 1825. *Bd.* 13. p. 409.

63) Aaskow l. c.

64) Callisen obstructio alvi insuperabilis a paralysi intestinorum. Acta soc. med. Hafn. Vol. II. 329 („coecum expansum omnem fere ventris cavum replebat"). — Michaëlis in Richter *chir. Bibl. Bd.* 6. p. 143 (paralysis inferiorum extremitatum, vesicae et intestinorum a laesa spina dorsali) — Idem et ego observavi in viro, qui de tecto lapsus spinam dorsalem laeserat, nec non in iis, qui spon-

sus, congestio sanguinis in ipsis, eorumque inflammatio, diarrhoea praegressa, vel sponte orta, vel purgantibus excitata, vermes intestinales [65]), sordes, scybala [66]), faeces induratae, corpora aliena deglutita [67]), calculi intestinales [68]), biliarii [69]), os cranii foetus extrauterini [70]), intestinorum imprimis recti vitia [71]), eorum dilatatio [72]), angustatio [73]), glandulae intestini jejuni et ilei tumentes [74]), situs [75]) vitia, hernia, imprimis incarcerata [76]) et interna [77]), adhaesio [78]) et obliteratio [79]) intestinorum, eorumdem compressio per

dylarthrocaces ultimo stadio affecti erant. Eamdem ob caussam qui cerebro laborant, alvum vel segnem vel nullam habere solent; nec non ii, qui studiis nimium incumbunt. — MONTESANTO l. c. — ACKERMANN in PFAFF *Mittheill.* 3. *Jahrg. H.* 9. 10.

65) LIEUTAUD hist. anat. med. lib. I. obs. 301.

66) Cf. §. L. 5. not. 5. 67) Cf. §. LI. 68) Cf. §. LII.

69) THOMAS *a case of obstruction in the large intestines, occasioned by a biliary calculus of extraordinary size. Med. chir. transact. Vol.* 6. p. 98. — GERSON *und* JULIUS *Mag. d. ausl. Lit.* 1827. *Nov. Dec. Bd.* 14. p. 448. e *Nouv. bibliothèque méd.* 1827. *Mars.*

70) KLEEFELD in STARK *Archiv.* 6. *Bd.* p. 18.

71) Cf. cap. VI. §. XXX. 72) Cf. cap. II. §. VIII. 2.

73) Cf. cap. VI. §. XXIX.

74) LITTRE in *hist. de l'acad. R. des sc. a.* 1703. *no. XV.* p. 42 („*les glandes des intestins jejunum et ileum s'étaient tellement grossies, qu'elles remplissoient entièrement en quelques endroits la cavité de ces boyaux*").

75) Cf. cap. II. §. IX. 76) Cf. cap. II. §. XII. 13.

77) Cf. cap. II. §. XIII. 78) Cf. c. VI. §. XXVIII. 1.

79) Cf. cap. VI. §. XXIX.

per aquam, tumores [80]), uterum retroversum [81]), calculos [82]) vesicae urinariae ac vestimenta, musculi recti distenti [83]). Complures harum caussarum

80) Acta med. Berol. Dec. II. Vol. 3. p. 73. — BADER obs. 39 (scirrhus uteri). — ALEXANDER in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 31. p. 220. GERSON und JULIUS *Mag. Bd.* 14. p. 177 (scirrhus et hypertrophia uteri). — BAYARD append. ad MARQUET *tr. d'hydropisie* p. 160 (pessus vaginae). — BURGGRAF *med. Fälle* p. 232 (scirrhus inter rectum et vaginam). — CRUIKSHANK *anat. of the absorbent vessels* p. 119 (glandulae sacrales tumidae). — WEPFER in eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 167. Schol. II. p. 301 (abscessus inter vaginam et rectum). — FUND in KÜHN *physik. med. journ.* 1801. p. 162. (prostatae tumor). — HAMILTON *Skrofelkrankheit.* p. 42. — JEAFRESON in KÜHN *physik. med. journ.* 1800. p. 139 (tumor inter rectum et vaginam). — LAUTH, vita HERMANNI p. 53 (steatoma internum). — BANG in act. Reg. soc. med. Hafn. Vol. 1. p. 259 (mesenterii tumor). — MÖLLER in BALDINGER *N. Mag. Bd.* 20. p. 178 (hydrops ovarii). — ODIER Manuel *de méd. pr.* p. 207 (tumor rectum comprimens). — OSIANDER *N. Denkwürdigkeiten Bd.* 1. *St.* 2. p. 130 (steatoma in pelvi). — RIEDLIN, Millenarius n. 536. (massa carnosa inter rectum et vesicam). — SCHÄFFER in *med. Nationalzeit.* 1798. p. 311 (vesicae steatoma, rectum comprimens). — DE VILDÉ, *journ. de méd. T.* 47. p. 136 (vesica expansa). — Nuper equidem vidi ovarium in fungum medullarem commutatum cavitatem pelvis quam accuratissime implens et intestinum rectum ita comprimens, ut, dum viveret aegra, alvus obstructa et tympanites orta esset.

81) HUNTER *med. chir. Beobachtt.* — WEDEL in STARK *Archiv. Bd.* 6. p. 673.

82) TULPIUS lib. III. c. 2.

83) BORDET *obs. sur une constipation opiniâtre due à un*

rum praedisponentium ita evehi possunt, ut occasionem praebeant morbo, quem insuper excitant ciborum potuumque copia diminuta, aucta, cibi difficiles concoctu, fatui, pulticula, panis albus, recens coctus, calidus, non bene fermentatus ac tostus, tubera solani, ova, caro vitulina, infusum theae et coffeae tenue, cibi potusque nimis excitantes, cibi sicciores, duri, tenaces, eorumque partes, quae digestione dissolvi non possunt, v. c. pira sylvestria [84]), furni et fumi calore indurata, castaneae, semina phaseoli communis, pisi sativi, ervi lentis et panis [85]) farina horum fructuum adulteratus, globuli farinacei, melones [86]); ciborum masticatio neglecta, deglutitio praecipitata; medicamenta opiata, excitantia, adstringentia, inter quae plumbum [87]) eminet; bilis tenuis, iners, parcius excreta vel in vesica retenta, salivae defectus; neglecta sub dio exercitatio, secretiones aliarum partium, sudoris, urinae, salivae, lactis [88]) auctae, vomitus frequens.

6. Alvum adstrictam esse, nihilve reddere, facillime patet, siquidem verbis aegri fides habenda Diagnosis.

écartement des muscles droits de l'abdomen et guérie au moyen d'un ventrière. Annuaire de la soc. de méd. du départ. de l'Eure. A. 1809. p. 123. *Annales de la soc. de méd. pr. de Montpellier T.* 20. p. 213.

84) Gerbezius in eph. nat. cur. dec. II. a. 8. obs. 72. p. 185.

85) Jonas in Loder *Journ. Bd.* 4. p. 92.

86) Gründelius constipatio alvi a melonibus comestis. etc. eph. nat. cur. dec. II. a. 5. obs. 213. p. 438.

87) Colica saturnina. Cf. cap. IX. §. XLVIII.

88) Thilenius *med. und chir. Bemerk.* p. 303.

da est. Difficillimum vero saepenumero est cognitu, quaenam caussa subsit, quive morbus alvum comprimat. Tenendum enim est, hanc labem utplurimum symptoma alius cujusdam morbi exhibere; quare sedulo alvo pertinaciter clausa et caussae et alia morbi symptomata exploranda sünt, nec negligenda accurata abdominis per tactum et per anum exploratio. Distingui meretur constipatio alvi transitoria, rebellis et habitualis, stercoralis, verminosa, a contentorum minore copia, a defectu bilis orta, spasmodica [89]), atonica, torpida, paralytica, inflammatoria, venosa et mechanica, ab hernia incarcerata, interna, aliaque angustatione perdurante producta.

Prognosis. 7. Alvum tardiorem et rariorem iis, qui exhausti sint et convalescant, nec non iis, qui careant contentis intestinalibus, melius conducere, quam liquidam, per se patet; nec ii, qui ex consuetudine rarius desident, detrimenti quid inde capere solent. Praeterea transitoria constipatio satis levem et facilem sanatu affectionem sistit, in febribus continuis vero haud negligendam. Ex altera parte [90]) ventrem difficilem varia incom-

89) Howship *pract. remarks on the discrimination and successfull tretament of spasmodic sricture in the colon. Lond.* 1830.

90) „Quicunque alvos humidas habent, ii quidem, si juvenes sunt, melius degunt quam qui siccas habent." Hippocrates aphorismi Sect. II. ed. Kühn. T. III. p. 719. — „Alvi dejectio optima est, si mollis est, et consistat, eoque tempore, quo per sanitatem dejici soleat, copia vero ciborum ingestorum rationi responderit." Ej. prognosti-

commoda et animo et corpori parare, supra monitum est et venter longius per tempus suppressus ita ut alvus non descendat, numquam non gravem, saepius curatu difficilem, subinde lethalem morbum exhibet. Quodsi enim caussae arte superiores tolli nequeunt, eaeve justo tempore haud sublatae sunt, alvus vero adstricta enteritidem[91]), gangraenam, tympanitidem excitavit, desperandum est. Quo diutius alvus adstricta fuerat, eo difficilius[92]) sanatur, quo graviora inde nata sunt symptomata, eo magis eadem timenda est.

8. „Quicunque sanus futurus est, quotidie alvum demittat"[93]). Quare ipse sanus ne moliminibus desidendi vel levioribus obsistat, contra ea ex arbitrio excitet et adjuvet[94]), eadem cujusvis diei hora, ut consuetudo oriatur. Quodsi alvus minus respondeat primum ad diaetetica[95]) confugiendum, eaque vitanda, quae alvum adstringerent, Cura.

con s. praenott. Ed. Kühn. T. I. p. 98. — Coacae praenott. Ibid. p. 338.

91) Enteritis *cum* alvo adstricta multo minus timenda, quam enteritis *ex* alvo adstricta.

92) Haud tamen desperandum esse, docet casus a Th. Briant (*North-American med. and surg. journ.* 1829. *Apr.*) relatus.

93) Hippocrates.

94) „*De se presenter à la selle regulièrement tous les jours à la même heure au sortir du repos.*" Lock *éducat. des enfans.*

95) Knolle diss. de obstructione alvina diaeteticis auxiliis tollenda. Lips. 1772.

rent, contra quae alvum ducere valeant, suadenda, vid. aqua vel frigida, vel tepida, matutino tempore, quo venter jejunus est, hausta, mel despumatum, a cera liberatum, poma, pruna, cum recentia tum exsiccata, uvae, olei olivarum, amygdalarum dulcium cochlear majus sumtum, nicotianae fumus ductus [96]). — Nisi haec sufficerent, sub constipatione accidentali et transitoria clysteres emollientes, aperientes, ex infuso florum chamomillae, radicis valerianae, e decocto seminum lini, aliisque mucilaginosis et oleosis rebus parati, additis pro re nata oleo, sapone, sale culinari, melle, aceto, oxymelide simplici, vel electuario lenitivo, vel infuso foliorum sennae aliisve remediis aperientibus injiciantur, vel suppositorium ex lardo, sapone, sebo, melle aliisque confectum ano immittatur. Praeterea laxans quoddam remedium eccoproticum s. catarthicum in usum vocatur: manna [97]), pulpa tamarindorum, cassiae, cremor tartari, sal mirabile Glauberi, tartarus vitriolatus, sal amarum, sal polychrestum de Seignette, tartarus tartarisatus, terra foliata tartari, tartarus aut cremor tartari solubilis, radix rhei, oleum Ricini, folia sennae, radix jalappae, quae quidem vario modo conjungi solent, sed simpliciter exhibita saepenumero sufficiunt. — Alvo vero pertinaciter clausa post haec medicamenta frustra exhibita, lau-

96) Qui fumo tabaci bibendo adsueverint, eo perveniunt, ut demum desideant, postquam consuetudini satisfecerint. — Grübel eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 52. p. 71.

97) *Mannite.* Froriep *Notizen Bd.* 41. *no.* 18. p. 287.

laudantur kalomel[98]) majores doses, pulpa colocynthidis, herba gratiolae[99]), oleum crotonis[100]), argentum vivum, aliaque. RIEDLIN[101]) terrore excitato obstructionem superatam esse refert. HOSACK[102]) emetica commendat eaque mercurio praefert. BRAND[103]) asa foetida et oleo terebinthinae exhibitis, NICHOLL[104]) olei terebinthinae guttis X cum mucilagine gummi arabici et aqua menthae, JONES[105]) linimento camphorato abdomini in-

98) Prae ceteris Angli.

99) Quam WENDT (*Annalen des klin. Instituts zu Erlangen* p. 6) clysmati parando addit.

100) HAMBERGER diss. de olei crotonis externe exhibiti efficacia. Berol. 1833 (nil praestitit).

101) Lin. med. a. III. Mense Aprili p. 219. — Nec minus notum est, metu alvum solvi; quare plures a tempestate diarrhoea corripiuntur. PAULI et MENTZ de animi commotionum vi medica. Lipsiae 1700.

102) *Obs. on the use of emetics in constipation of the bowels.* New-York 1822. — Vomitus secundum HIPPOCRATEM (de diaeta lib. II. ed. KÜHN. T. 1. p. 695) alvum co actam solvit, nec non PRAXAGORAS (CAELIUS AURELIANUS acut. morb. lib. 1. cap. 17. ed. HALLERI T. X. p. 280 et 281), ALEXANDER TRALLIANUS (lib. X. cap. I. ed. HALLERI T. VII. p. 55), STOLL (rat. med. P. II. p. 138) alvo clausa ipsoque ileo orto emetica exhibere ausi sunt, quos haud imitaturus essem. Sed cum SIBERGUNDI (HUFELAND *Journ. Bd.* 69. p. 77) intestino clauso, quae supra impedimentum coacervata sunt, cum emolumento per vomitum reddi, haud nego.

103) *North-American med. and surg. journ. by* HUGH 1829. *Apr.*

104) *The London med. repository Vol.* 19. *Mai.*

105) *The London med. and phys. journ.* 1827.

infricato, SPENCE[106]), FALCONER[107]) et REUSS[108]) frigida abdomini vel pedibus applicata constipationem rebellem superaverunt. COYNE[109]) laudat balnea tepida cum acido muriatico nitrico (aqua regia). Praeterea clysmata varii generis repetita sunt, quae EPP[110]) purgantibus praefert, quibusque F. HOFFMANN, WILLIAMS[111]) spiritum terebinthinae addiderunt, nec non fumus tabaci ano injici potest. Ope machinae[112]) cum vi quadam major co-

106) *Two cases of obstipated belly cured by the external application of cold water. Med. transact. Vol.* 3. p. 96.

107) *On the efficacy of the application of cold water to the extremities in a case of obstinate constipation of the bowels with remarks thereon. Mem. of the med. soc. of London Vol.* 2. p. 73.

108) HUFELAND *Journ. Bd.* 57. *St.* 1. p. 117.

109) *On the aid obtained in various diseases by the external explication of the nitro-muriatic acid in a bath. Lond.* 1822.

110) *Lond. med. and phys. Journ.* 1828. *Aug.*

111) *Lond. med. repository by* UWINS 1821. *Sept.*

112) Talem machinam MAZZONI invenit. (VIDEMAR machinae ad ileum curandum casu inventae descriptio et usus, Mediol. 1765). Ejus usum de HAËN (Rat. med. P. IX. c. 5. *versio germ. Bd.* 4. p. 305. *P. XI. c.* 3. *versio germ. Bd.* 5. p. 128) reprobat, PALLETTA vero (*della colica fecale, giorn. di Venezia* T. IX. p. 241. KÜHN *und* WEIGEL *ital. Bibl. Bd.* 2. *St.* 2. p. 66) in colica stercorea, obstructione rebelli, ileo aliisque morbis commendat, utpote qua stercora indurata solvantur. Nec non ADAIR (*mem. of the med. soc. of London Vol.*2. p. 240) ea cum fructu usus est. — JAMES BUREAU (*Mem. of the med. soc. of London Vol.* 2. p. 231) machinam hydraulicam describit, eamque delineatam tradit, cujus ope se-

copia aquae tepidae, vel aquae saponatae [113]) impulsa est. HIPPOCRATES[114]), ALEXANDER TRALLIANUS [115]), AMATUS LUSITANUS [116]), BENKÖ [117]), SCHAUFUSS [118]), MAXWELL [119]), KING et BLACKLOCK [120]), MEYER [121]), WILLIAMS [122]), JANEWAY [123]), WOOD [124]), GERLACH [125]), L... [126]) ope follis aërem in intestinum rectum impulerunt, ita ut intestina distenderentur. Contra ALEXANDER [127]), DUGUID [128]), O'BEIRNE [129]), WILLIAMS [130])

cundum leges hydraulicas aqua tepida continuo et cum vi quadam in intestina injiciatur; casum ilei refert, ubi usum tulisse videtur hoc experimentum. — Praeterea legi meretur de cauto illius machinae usu P. FRANK epit. lib. V. P. II. p. 419.

113) CHISHOLM *the London med. repository* 1824. *Jan.*

114) De morbis lib. III. ed. KÜHN. T. II. p. 305.

115) Lib. X. c. 1. ed. HALLERI T. VII. p. 57.

116) Cent. I. curat. ult. 117) Ephem. Vol. 1. p. 16.

118) HUFELAND *Journ. Bd.* 3. p. 373.

119) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 21. p. 76.

120) *The Glasgow med. journ.* 1831. *Febr.* et *Mart.* GRÄFE *und* WALTHER *Journ. Bd.* 18. p. 515. GERSON *und* JULIUS *Mag. Bd.* 25 p. 336. FRORIEP *Notizen Bd.* 31. *no.* 10. p. 157.

121) *General-Sanitätsbericht von Schlesien für* 1832.

122) *Revue méd. franç. et étrangère. Par.* 1834. T. IV.

123) *The American journ. of med. sciences. Philadelph.* 1834. *No.* 25.

124) *American journ. of med. sc. and Western journ. of the med. and phys. sc. Cincinn.* 1836. *no.* 30.

125) *Med. Zeitung vom Verein für Heilkunde in Preussen. Jahrg.* 1838. *no.* 3.

126) Ibid. 1839. *no.* 30.

127) *London med. and phys. journ.* 1827. *Dec.* HORN *Archiv* 1828. *Jan. Febr.* p. 154.

AMS [130]) siphone ut antlia usi sunt, dummodo fistulam quam altissime in intestinum rectum immittere, retracto embolo faecum partem aëremque extrahere et vacuum quoddam efformare studerent. — Jam superest, ut de obstipatione habituali curanda dicamus. Sed caput rei in eo ponenda est, ut longius per temporis spatium laxantia ita exhibeantur, ut quidem alvus quovis die solvatur, haudquaquam vero diarrhoea excitetur. Quapropter vulgari in usu sunt variae pilularum compositiones, in Italia sic dicta „*grains de santé* FRANKII" et „*pilole di* BRERA" [131]), in Anglia sapo jalappinus, illae „*blue pils* [132])," in Germania pilulae aloëticae vario modo compositae. Alii a-

128) *The Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 32. 1829. p. 339.

129) *New views of the process of defecation. Dubl.* 1833.

130) *The Lancet* 1833. *Febr.* BEHREND *Journalistik des Auslandes* 1833. *Bd.* 13. p. 193. GERSON *und* JULIUS *Mag. Bd.* 28. p. 26.

131) Jesuitis, non Professori BRERA originem debent.

132) Quarum quotidianus usus damnandus, quoniam Kalomel in se continent. Minus nocet oleum Ricini, quod plures Anglos peregrinantes secum portavisse compertus sum. Sed vidi Angli uxorem, quae quum dysenteria laborare coepisset, pilulas cum pulpa colocynthidis sumsit, indeque tantum detrimenti cepit, ut postea obiret. Novi virum, qui quotidie sali mirabili GLAUBERI in aqua soluto uti solebat, unde intestina melanosi correpta sunt. — Praeterea damnum, quod ex abusu carminativorum et purgantium emergit, tangunt BALLONIUS ephem. lib. I; TIMAEUS casu smed. p. 144; SENNERT, MERCURIALIS, SYDENHAM aliique.

aquas salinas, Saidschüzenses, Sedlizenses, Püllnavienses praeferunt. ELLIOTSON [133]) extractum colocynthidis cum oleo crotonis conjunctum, GRAVES [134]) electuarium cum ferro carbonico, hoc solum, acidum nitricum, oleum Ricini et linimentum purgans [135]) commendat. Alii ad clysmata [136]) confugiunt, vel domestica, vel KAEMPFIANA, vel alia [137]). FLEURY [138]) adipe vel oleo obducta lintea carpta ano immitti jubet. Sed cum in habituali tum in quavis alia constipatione curanda, praestat ejus caussas in animum revocare easque, quantum fieri potest, tollere. Quodsi copia contentorum, quae excerni possint, deficit, nutrientibus opus est. Secretionibus abdominalibus diminutis, hae adjuvandae sunt, imprimis bilis. Latente nimia sordium, faecum copia, purgatio valida non raro sufficit ad curam, simili modo mucus, vermes, corpora peregrina, scybala indu-

 ra-

133) GRAVES loco citando.

134) *Dublin journ. of med. science Vol.* 1. p. 289. (℞. Electuarii sennae ℥jj, pulv. supertart. potassae ℥ß, Carbonatis ferri ʒjj, Syr. zyngiberis q. s. Fiat elect. Ab initio addit florum sulfuris ʒjj.)

135) ℞. Olei Ricini P. IV, tinct. Jalapp. P. 1. S. Infricetur regioni stomachi antequam aeger lectum relinquit.

136) SCOTT *commentaries of the use and necessity of lavements in the correction of habitual constipation through the sympathetic relations of the lower bowels. Lond.* 1830.

137) KOPP (*Denkwürdigkeiten in der ärztl. Praxis. Frankf. a. M.* 1830. *no. XI*) aegro quotidie, antequam lectum petit, aquam frigidam in anum injici jubet. Nec non SCOTT l. c. enemata frigida commendat.

138) *Arch. gén.* 1838. *Mars. trois. série T.* 1 p. 336.

rata [139]), calculi intestinales educenda sunt. Ubi faeces siccitate excellunt, opus est, ut aeger plus bibat, alimentis fluidis utatur, contra mucilaginosa, farinacea, adstringentia evitet, id quod non raro feminis et infantibus suadendum est. Si faeces durae intestinum rectum occupant, eaedem vel digitis vel instrumentorum ope extrahendae [140]) sunt, sin autem altius intestinis inhaerent, argentum vivum commendatur. Nec non corpora aliena, quae pervenerint usque ad intestinum rectum, aut ei immissa fuerint, sicuti calculi intestinales nonnumquam mechanico auxilio indigent. Ubi vel spasmus vel inflammatio alvum adstringunt, sal amarum in mucilaginosis et oleosis solutum et oleum Ricini commendanda sunt; praeterea antiphlogistica et antispasmodica tam interne quam externe ut clysmata et infrictiones in auxilium vocantur. — Statu intestinorum atonico, torpido, venoso alvum adstringente primum vivendi modus, bene respiciendus est, siquidem aeger, nisi vitam sedentariam cum alio vitae genere commutare pot-

139) Maxwell (l. c. p. 74) commendat clysmata ex olei lini ℞jjj repetita, quae retineri debent in intestino ope linteorum, quae comprimunt anum.

140) Warren l. c. *Samml. auserles. Abh.* l. c. p. 666. 667. sq. — Bishoprik *med. commentaries for the year* 1795. *coll. by* Duncan Dec. II. Vol. X. p. 340. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä. Bd.* 17. p. 41. — Baro quidam (eph. nat. cur. dec. 1. a. 1. obs. 98. p. 229) usus est cochleari ligneo, a famulo vi in anum intruso. Lecheverel l. c. — Rossi l. c. — Lewi in *Heidelb. med. Annalen Bd.* 4. *H.* 4. *p.* 551.

potest, saltem corpus sub dio exercere debet; praeterea aeger sponte sua, licet non excitatus, desidendi stimulo, certo diei tempore latrinam adeat et alvum dejicere studeat[141]); praeterea remedia evacuantia et tonica (quae vero principio adstringente prorsus carere debent) apto modo conjungenda et conjuncta aut alternis vicibus exhibenda sunt. Quare salia neutra cum Extracto quodam amaro resolvente (Extracto taraxaci, graminis, saponariae) conjuncta, infusum foliorum sennae, in quo Extractum amarum et sal quoddam neutrum soluta sunt, rheum, sapo, aloë, oleum crotonis, radix jalappae aliaque id genus exhibentur, ita tamen, ut alvum quidem ducant, diarrhoeam vero haud excitent, eorumque usus diutius protrahatur. Eamdem ob caussam aquae minerales, Carolinae, Mariabadenses, Egeranae, Kissingenses, Homburgenses, Rippoltsavienses, Selteranae[142]) (cum mellagine taraxaci et graminis) commendantur, quid quod aqua fontana matutino tempore vel frigida vel tepida hausta compluribus conducat. Quod remedia tonica attinet, Extracta supra laudata, deinde Extractum gentianae rubrae, centaurei minoris, fumariae, quassiae et similia, nec non

141) Consuetudo, certo diei tempore desidendi etiam valetudine vigente multum praestat.

142) Becker in Hufeland *Journ. Bd.* 41. *St.* 6. *Dec.* 1815. p. 15. Nota. (Capiat aeger interjecto spatio decem minutorum 1) congium dimidium aquae Selteranae, 2) cochlear majus mellaginis graminis et taraxaci et aquam Selteranam, 3) uti no. 1, 4) uti no. 2, 5) uti no. 1, 6) post quadrantem horam vasculum Infusi coffeae).

non martialia leviora, in aquis medicatis contenta, laude digna sunt. — In constipatione paralytica, a morbo cerebri aut medullae spinalis orta, hujusce morbi cura sola opem [143]) ferre potest. — Denique si mechanica [144]) impedimenta adsunt, haec si fieri potest removeantur, id quod chirurgi auxilio nonnumquam fieri potest. Monuisse juvabit, intestino perfecte clauso purgantia nil [145]) proficere posse, contra vero intestino angustato ea propterea, quod faeces liquidiores reddant, commendari.

CAPUT XI.

143) GRAPENGIESSER *Versuche* p. 100. — FESTEGGIANO (*osservatore medico di Napoli, Aprile* 1829. FRORIEP *Notizen* 25. *Bd. no.* 10. p. 141) tali in casu cum fructu electricitate Galvanica usus est, ita ut alter polus ano, alter spinae dorsali applicaretur. — CLARKSON (ABERCROMBIE l. c. p. 173) et LE ROY D'ETIOLLE (*arch. gén.* 1826. *no.* 10. HECKER *literar. Annalen Bd.* 10. p. 105) vi galvanica adhibita alvum diutius clausam solutam esse observarunt. — Nec non MAXWELL l. c. p. 77. ictus electricos per tubum intestinalem commendat.

144) MAXWELL (l. c. p. 76) intestina aëre inflato dilatari putat, et MITCHELL (*the Lancet. London* 1838. *Febr.*) intussusceptionem infantis eo sanasse sibi videtur.

145) HARDOUYN: non ergo adstrictis alvo cathartica. Par. 1635. — SCHMID progr. de alvi adstrictione purgantibus non reseranda. Helmst. 1724.

Caput XI.
D e i l e o.

§. LIV.
Definitio. Literatura.

1. Morbus, quo stercora parum, non satis aut omnino non per anum, contra per vomitum simul cum doloribus et anxietate redduntur, *ileus* [1]) dicitur. Definitio.

2. Hippocrates [2]) stercus evomi docuit, nec non in compluribus [3]) ejusdem scriptis ilei vox le- Literatura.

1) Morbus ita appellari videtur, quoniam in intestino ileo ejus sedes a veteribus ponebatur (Celsus lib. IV. cap. 13). Vox ipsa a graeco εἰλέω s. ἐλλέω volvo derivatur. *Synon.*: iliaca passio, iliacus morbus, intestinorum inflammatio, copremesia, coproëmesis, chordapsus, miserere mei, volvulus, vomitus stercoris. Ital. *ileo*, *passione iliaca*, *volvolo*, *male del miserere*. Gall. *passion iliaque*, *miseréré*. Hisp. *dolor iliaco*, *pasion iliaca*, *miserere*, *colico cerrado*, *mal de iliada*, *volvo*, *volvulo*. Lusit. *miserere*, *colica*, *dos iliaca*, *crespatura de tripas*, *encrespatura de tripas*, *Nó nà tripa*, *Volta na tripa*, *volvulo*, *volvo*. Angl. *iliac passion*. Germ. *Darmgicht*, *Darmwinde*, *Miserere*, *Kothbrechen*. Belg. *Darmjigt*, *Darmpyn*, *Darmkrunkel*, *Drekbraking*, *Lankeuvel*, *Ontfermt u myner*. Dan. *Tarmegigt*, *Tarmevrid*, *Tarmesling*. Suec. *Tarmvred*, *Tarmvridning*. Island. *Garnengia*.

2) De victus ratione lib. III. ed. Kühn. T. 1. p. 733.

3) Coacae praenott. ed. Kühn. I. p. 313. De flatibus. Ibid. p. 578. De morbis lib. III. Ibid. T. II. p. 304. De internis affectionibus. Ibid. p. 506 (descriptio ilei vero lienteriam refert). Epid. lib. III. aeger nonus. Ibid. T. III. p. 478. et alibi.

legitur, quam GALENUS [4]) tamquam inflammationem intestinorum definit, hic aliis locis [5]) vomitum stercoris inter symptomata ilei refert. Nec non ARETAEUS [6]) sub nomine ilei inflammationem intestinorum describit et commemorat inter ejusdem signa „vomitum stercoris" [7]). Idem valet de CAELIO AURELIANO [8]) et AËTIO [9]). CELSUS [10]) vero omnes omnino morbos intestini tenuis ileum dixerat. Postea alii [11]) illos sequuti sunt, alii vomitum stercoris pro specifico et peculiari ilei signo acceperunt. Nostris vero temporibus cognitum est, inflammationem intestinorum tum caussam ilei sistere, tum ab alia ejusdem caussa excitari eumque concomitari. De ileo quidem agunt, quicunque [12]) de

4) Definit. med. no. 273. ed. KÜHN. T. XIX. p. 423.

5) De symptom. caussis lib. III. ed. KÜHN. T. VII. p. 219. De locis affectis lib. VI. cap. 2. Ibid. T. VIII. p. 387. De compositione medicamentorum sec. locos lib. VIII. Ibid. T. XIII. p. 148. Comment. sec. in HIPPOCRATIS lib. III. epidem. Ibid. T. XVII. P. 1. p. 628. — Comment. in HIPPOCR. aphorismos. Ibid. T. XVIII. P. 1. p. 68.

6) De c. et s. acut. lib. II. cap. VI. edit. KÜHN. p. 45. — De curat. acut. lib. II. c. V. p. 271.

7) L. c. p. 47.

8) Acut. morb. lib. III. c. 17. ed. HALLERI T. X. p. 272, ubi stercorum vomitus commemoratur.

9) Tetrabibl. III. Serm. I. c. 28. 10) De re med. lib. IV. c. 13.

11) GORCY (*journ. de méd. T.* 86. p. 374. 1791) sub titulo: „*Iliaque compliquée, à la suite d'un accouchement des plus heureux*" casum inflammationis abdominalis suppuratione finitae describit. Item et alii, et PLOUCQUET libros, qui ileum et enteritidem pertractant, in uno eodemque articulo collegit.

12) Nominasse sufficiat: SAL. DIVRSUM de affectionibus particu-

de morbis omnibus ac singulis scripserint, praeterea de eodem quam plurimae dissertationes [13]) con-

lar. cap. II; SYLVIUM praxis med. lib. I. cap. 15, FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. II. Sect. II. c. 4. p. 285, BALLONIUM consilia med. lib. I. cons. 31. Opera T. II. p. 63. lib. II. cons. 24. Opera T. III. p. 163. MORGAGNI de c. et s. morbor. ep. 34, SAUVAGES nosol. method. ed. DANIEL T. IV. p. 557, BURSERIUM Institutt. Vol. IV. P. II. cap. IV. §. 106. ed. Lips. p. 140, RICHTER *spec. Therapie Bd.* 4. p. 203, MASON GOOD *the study of medicine Vol.* 1. p. 191, JAHN *chron. Krankhh.* 4. *Bds.* 1. *Th.* p. 572., ABERKROMBIE *über die Krankhh. des Magens, Darmkanals u. s. w. A. d. Engl. v. Gh. v. d.* BUSCH p. 138, NAUMANN *med. Klinik* 4. *Bd.* 1. *Abth.* p. 755, MONFALKON in *dict. des sc. méd. T.* 23: art. *ileus* p. 541, VETTER *encykl. Wörterb. d. med. Wissensch. Bd.* 17. art. *ileus* p. 689.

13) CAPPEL diss. ergo intestinorum ileus morbus acutissimus. Par. 1576. — BUNIUS diss. de iliaco affectu cognoscendo et curando. Bas. 1611. — PERRAULT ergo ileus lethalis. Par. 1616. — SENNERTUS de ileo. Viteb. 1622. Ej. colici et iliaci doloris aetiologia, diagnosis, prognosis et therapia. Ib. 1630. — ZEIDLER de ileo, quem miserere mei vocant. Lips. 1623. — GOCLENIUS de gravissimo intestinorum affectu, ileo. Marp. 1632. — ULOTUS de volvulo s. iliaca passione. Argent. 1632. — SLEGEL et WINDDORFERUS de ileo. Jenae 1642. — SEILER de gravissimo morbo, chordapso seu ileo. Regiom. 1644. — FAUSIUS de passione iliaca. Heidelb. 1657. — WEDEL de ileo. Jen. 1660. Ej. de passione iliaca. Ib. 1681. Ej. de morte Judae proditoris. Ib. 1686. Id. et STIEFFELIUS de ileo. Ib. 1689. Id. et SCHLICHTEWEG de ileo. Ib. 1718. — DEUSING de ileo. Gron. 1663. — TAPPIUS de ileo. Helmst. 1664. — MOGEN affect. miserere mei s. ileum dictum. Giess. 1665. — FRIDERICUS et STEMPEL ordo et methodus cognoscendi et curandi gravissimum intestini tenuioris affectum ileum. Jen. 1666. —

conscriptae et singulae observationes imprimis in diari-

Schäffer de ileo. Altd. 1667. — Sulzberger de iliaca passione Lips. 1667. — Cosson de ileo. Lugd. Bat. 1669. — Rolfink ordo et meth. cogn. et cur. ileum. Jen. 1669. Diss. patholog. no. XV. Jen. 1737. — Künzli de passione iliaca. Basil. 1671. — Schmidt de ileo. Lugd. Bat. 1677. Strauss et Schunk de ileo vulgo miserere mei. Giess. 1677. — Bauhinus περι χορδαψου. Basil. 1678. — Darneddini de ileo. Basil. 1681. — Ebel de ileo. Ultraj. 1680. — Lossius de iliaca passione. Viteb. 1682. — de Hartenfels de volvulo s. passione iliaca. Erf. 1688. — Otto περι ειλεου s. passione iliaca. Argent. 1690. — Davis de iliaca passione. Ultraj. 1692. — de Muralto de passione iliaca. Basil. 1693. — Gabrielis de ileo L. B. 1696. — Nebel de passione iliaca. Marb. 1696. — Schmedes de chordapso et in specie de subjecto ex hoc malo mortuo ac hicce locorum per anatomiam publicam examinato. Duisb. 1697. — van der Dussen de ileo s. iliaca passione. Lugd. Bat. 1699. — Kuhnius de ileo. L. B. 1702. Halleri disputat. ad m. hist. et c. fac. T. III. no. 87. p. 347. — Rivinus de volvulo. Lips. 1710. — Johrenius et Schulze de passione iliaca. Francof. ad V. 1714. — Winther de passione iliaca. Marb. 1715. — F. Hoffmann et Conradi de passione iliaca. Hal. 1716. Opera Suppl. II. 2. — J. Adolph Wedel et Raab de ileo. Jen. 1720. — Kupfer diss. sist. volvulum sanguineum ejusque curat. Regiom. 1720. Halleri diss. ad morb. hist. T. III. no. 89. p. 369. — Vater diss. de passionibus iliacis et colicis prudenter avertendis et curandis. Vit. 1726. Id. de ileo. Ib. — Weickmann de ileo. Viteb. 1735. — Luther et Frobenius diss. s. passionem iliacam. Erf. 1737. — Gundlich de ileo s. passione iliaca. Lugd. Bat. 1738. — Schulze et Mohsen de passionis iliacae caussis et curatione. Halae 1742. — Alberti casuum biga. Hal. 1746. Id. de colica haemorrhoidali in passionem iliacam in-

riis [14]) communicatae sunt, monographia [15]) completa non nota.

§. LV.

clinante. Hal. 1739. — Kaltschmidt de ileo in hernia incarcerata, gangraena affecta, aegra tamen superstite. Jen. 1747. Id. et Haybach de ileo. Jen. 1753. — Scheffelius de passione iliaca. Gryphisw. 1748. — Rob. Jones de ileo. Edinb. 1753. — Hebenstreit pr. Aëtii Amideni ἀνεκδότων lib. IX. c. 28. exhibens tenuioris intest. morbum, quem ileon et chordapsum dicunt. Lips. 1757. — Schmid de ileo. Vienn. 1759. — Boot de ileo. Edinb. 1761. — Groll de volvulo. L. B. 1765. — Guerard de caussis repentinae mortis ex morbo iliaco. Duisb. 1767. — Baldinger *Auszüge I.* p. 24. — Beucke de ileo. Argent. 1768. — Gadolla de vomitu intestinorum s. volvulo. Vienn. 1771. — Schroeter de passione iliaca. Rintel. 1775. — Sidren de passione iliaca. Upsal. 1775. — Seysiriat de passione iliaca. Monspell. 1776. — Hartmann et Wittchow de ileo cognosc. et cur. Francof. ad V. 1780. — Heyne de ileo Gott. 1783. Doering I. p. 127. — Mosch de iliaca passione. Ultraj. 1782. — Snyders de morbo iliaco. Giess. 1788. — Thiel de ileo inflammato. Colon. 1790. — Rahn de passionis iliacae pathol. cum fig. Hal. 1791. — Harsleben de ileo maxime propter spasmum. Traj. ad V. 1798. — van der Belen de iliaca passione. Lovan. Doering I. p. 127. — Perroteau *thèse. Journ. de méd. cont. III.* p. 151. — Afzelius casus morbi ilei. Upsal. 1804. — Raisin *diss. sur. l'ileus. Par.* 1808. — Grimmel de ileo ejusdemque diversis speciebus et earum curatione, observationibus illustrata. Mogunt. 1815. — Schütte diss. de volvulo. Hal. 1821. — Rauch de ileo. Berol. 1824. — Crailsheim de ileo morbo. Berol. 1830. — Bononi diss. de ileo. Paviae 1835.

11) Ephem. nat. cur. variis locis infra citandis, et in Kellneri indice hujus operis p. 661. indicatis. — Selecta med. Francofurt. T. 1. p. 321. — *Journ. de méd. T.* 4. p.

§. LV.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata. 1. Plerumque passionem iliacam ipsam alia symptomata, eaque subinde per longius temporis spa-

110 (aut. HAZON), T. 5. p. 427 (MAJAULT), T. 25. p. 206 (GUINDART), T. 32, p. 140 (BUREL), p. 327 (MARTEAU), T. 68. p. 268. 277 (DUPONT), T. 86. p. 374 (GORRY). — Collectanea soc. med. Havn. Vol. 2. p. 73. Acta R. soc. med. Havn. T. I. p. 77 (AASHEIM), T. II. p. 348 (RANOË), T. V. p. 27 (BRANDIS), *Auszug* in HUFELAND *Journ. Bd.* 50. *St.* 4. p. 122. — *Memoirs of the med. soc. of London Vol. II.* p. 231 (BUREAU), Vol. V. p. 6 (WICKENS HODGES, *Samml. auserles. Abhh. f. pr. Ä. Bd.* 19. p. 529). — HORN *Archiv* 1. *Bd.* 1. *H.* (THOMANN), 6. *Bd.* 1807. p. 223 (FLEISCH). — HUFELAND *Journ.* 1. *Bd.* 3. *St.* p. 404 (SCHRÖER), 6. *Bd.* 3. *St.* p. 492 (CONRADI), 10. *Bd.* 2. *St.* p. 21 (KORTUM), 31. *Bd.* 6. *St.* p. 30 (SCHÄFFER), 35. *Bd.* 2. *St.* p. 25 (SCHÄFFER), 38. *Bd.* 3. *St.* p. 31 (WOLF), 50. *Bd.* 4. *St.* p. 122 (BRANDIS), 53. *Bd.* 5. *St.* p. 95 (KRUSCH), p. 111. (HUFELAND), 68. *Bd.* 5. *St.* p. 34. 6. *St.* p. 3 (EBERS), 80. *Bd.* 2. *St.* p. 3. 3. *St.* p. 45 (HAUFF), 82 *Bd.* p. 3 (HANIUS), 83. *Bd.* p. 62 (EBERS), p. 90 (WAGNER), 90. *Bd.* 4. *St.* p. 3 (EBERS). — *Giornale di chir. prat.* 1827. *Apr.* (MALAGO).— GRÄFE *und* WALTHER *Journ.* 17. *Bd.* 3. *H.* p. 432 (BASEDOW). — *Heidelb. klin. Annalen* 7. *Bd.* p. 632 (KAISER), 8. *Bd.* p. 579 (DORFMILLER). — *Med. Zeitung vom Verein für Heilk. in Preussen*, 1837. *no.* 27 (BÖHR). — FORESTI curat. med. lib. XXI. obs. 16 et sq. p. 332. — BONETI sepulchretum lib. III. Sect. XIV. obs. 19 et seq. T. II. p. 907. — DE HAËN rat. med. P. XI. cap. 3. Vers. germ. 5. *Bd.* p. 81. et aliis locis infra citandis. — BD. CH. VOGEL *Samml. schwieriger med. und chir. Fälle*, 2. *Lief.* *Altd.* 1805.

15) BARNSTEINIUS *von der Darmsucht. Erf.* 1651. — GALLESKY *Abh. vom Miserere oder von der Darmgicht, nebst ein.*

spatium antecedunt; vid. colici dolores, repetita vice reduces, vomitu, obstructa alvo, abdomine tumente insignes, vitio diaetetico excitati, vel sponte et sine caussa manifesta redeuntes; sunt, qui dolores fere periodicos per plures dies senserint, postea longius per tempus silentes; alii molestiam quamdam obscuram persentiunt, ac si venter flatulentia affectus sit; alii diarrhoea rebelli, saepius redeunte, vel cholera affecti fuerunt. Rarius accidit, ut sanus et bene constitutus homo inopinato ilei symptomatibus corripiatur[1]). Morbus ipse a diarrhoea initium cepit, quae vomitu accedente silet, frequentius alvus ab initio pertinaciter clausa est, et dolores, vomitus aliaque symptomata subinde accedunt et increscunt. Dolor in certo quodam abdominis loco, in umbilicali vel iliaca regione sedem habet fixam ibique manet, vel extenditur supra abdomen, vel continuus, vel remittens vel periodicus, non raro summa vi aegrum corripit extemplo, vel pedetentim ad summum gradum evehitur, ita ut aeger desperabundus ejulare soleat; tactu vel augetur, vel diminuitur, vel non mutatur; subinde deficit, vel solito tardius incipit[2]). Vomitu[3]) primum cibi et po-

Bemerkk. von den heilsamen Kräften des Leinöls in dieser Krankheit. Mietau und Riga. 1767. — Melli *sulla passione iliaca ricerchi patologiche e terapeutiche. Milano* 1819. — Dobrowolski *über die Krankheit* Ileus (lingua rossica), *St Petersburg* 1838.

1) Abercrombie l. c. tales casus refert sub nomine ilei simplicis.

2) Kleinstein *med. Jahrb. des österreich. Staats. N. F. Bd.* 1. *St.* 4. p. 111.

potus, dein materies biliosa et mucosa, tandem stercorea, quid quod clysteres[4]) ipsi ejiciuntur. Materia stercoralis plus minusve stercus aequat et redolet, ejusque copia nunc minor, nunc major et maxima est, vel latice fusco et acri constat, ex qua materia nigra fundum petit. Vomitum nonnumquam antecedunt ructus et dolores colici[5]), accedunt singultus et anxietas, meteorismus. Pulsus frequentes, parvi, duriusculi, dein irregulares, intermittentes, minimi, filiformes; calor cutis vel auctus vel diminutus; sitis ingens, debilitas ad syncopem usque, collapsus, facies pallida, livida, defigurata; extrema frigida, foetor halitus et cutis, urina subinde pallida. Nonnumquam convulsiones, syncope et extrema debilitas sequuntur; quo facto dolores et vomitus saepe silent, excrementa cadaverosa dejiciuntur, et aeger aut brevi aut diebus aliquot praeterlapsis perit.

Necroscopia.

2. Necroscopia eorum, qui ileo extincti sunt, vario et diverso modo intestina mutata esse docet. Primum nil nisi dilatatio[6]) majoris minorisve in-

3) Ex ore et naribus infantis duas hebd. nati Judaei. Jos. Frank in schedis.

4) Galenus de sympt. caussis l. c. („et clysteres ita nonnullis adscenderunt, ut vomuerint et stercus per lethales volvulos"). — Sennertus opera T. III. p. 428. (ipsa suppositoria per vomitum ejecta esse, narrat). — Sydenham Opera Genev. 1757. T. 1. p. 44. 45. 128. — Thomann in Horn *n. Archiv* 1. *Bd.* p. 16. Nota.

5) Abercrombie l. c. passim.

6) Abercrombie l. c. p. 139.

intestinorum partis in conspectum venit; ex altera parte major minorve intestinorum portio concreta [7]) cum alia erat sine manifesta angustatione aut contracta album colorem referebat, superior vero plus minusve dilatata [8]), pellucida, aëre et latice seroso repleta. Signa inflammationis in aliis [9]) reperiuntur, in aliis [10]) deficiunt, idem valet de gangraena, ulceratione et perforatione intestini, quae non minus in intestino tenui, quam in crasso obveniunt. Exsudatio autem rarissima. Praeterea atresiam ani [11]), canalem intestinalem interceptum [12]), ejusdem situs vitia [13]), intussusceptionem [14]), herniam incarceratam [15]), internam strangulationem [16]), indurationes [17]) et scirrhos [18]) cum angustatione conjunctos, adhaesiones, pancreatis [19]) et glandularum mesaraicarum tumores, hepatis, uteri, ovariorum vitia [20]) ileum fecisse, cadavere dissecto compertum est.

§. LVI.

7) Abercrombie p. 147. 8) Wickens Hodges l. c.

9) De castro (*phil. transact. Vol.* 47. p. 125) intestinum coecum inflammatum, gangraenosum et perforatum, praeterea idem et colon summo gradu dilatatum invenit, ut ne vestigium quidem valvulae superesset.

10) Abercrombie l. c. 11) Cf. cap. II. §. V. 4.

12) Cf. cap. II. §. V. 2. 13) Cf. cap. II. §. IX.

14) Cf. cap. II. §. X. 15) Cf. cap. II. §. XII. 13.

16) Cf. cap. II. §. XIII. 17) Cf. cap. V. §. XXIV.

18) Cf. cap. V. §. XXVI. XXVII.

19) Cf. cap. VI. §. XXVIII. 1. Abercrombie l. c. p. 147. 149. 151.

20) Cf. cap. X. §. LIII. 4. Nota.

§. LVI.

C a u s s a e.

Caussae praedisponentes. 1. Quidquid alvum constrinxerit, vel morbum alvi segnitie insignem fecerit, quodammodo ad ileum disponit. Id quidem valet de constitutione torpida, venosa, atonica, de vita sedentaria, de cibis farinaceis, de nimio ciborum siccorum usu, potus vero defectu. Contra MONFALCON [1]) accusat constitutionem nervosam nimiamque intestinorum mobilitatem. Praeterea herniosi valdopere periclitantur, magis vero ii, quibus intestini pars quomodocunque coarctata est. — Tandem SYDENHAM [2]) ilei, ut symptomatis febris acutae epidemicae, ETTMÜLLER [3]) et DODONAEUS ilei periodici, BORRICHIUS [4]) et SIMS [5]) in Jamaica endemici mentionem faciunt.

Causae excitantes. 2. Morbum ipsum vero excitant cibi nimii [6]), imprimis difficiles concoctu, lardum [7]), caro tenax [8]), ova dura [9]), fungi [10]), esus amarillorum [11]) una

1) *Dict. des sc. méd. T.* 23. p. 547.

2) L. c. p. 44 („Forsan etiam inter symptomata, febribus supervenientia recenseri potest iliaca passio, eo quod vomitus enormes, qui initio febrium accidere solent, huic occassionem quandoque subministrent").

3) Opera p. 134.

4) BARTHOLINUS ep. med. cent. IV. ep. 92. p. 473.

5) *Bemerkk. über epidem. Krankh. A. d. Engl. von* MÜLLER. *Hamb.* 1775. p. 12.

6) F. HOFFMANN l. c. p. 290. — HENRICUS AB HEER l. c. p. 318. — HAUFF l. c. p. 55.

7) DORFMÜLLER l. c. p. 581.

8) Idem l. c. p. 583.

9) LAMARTINIÈRE *Dict. des sc. méd. T.* 23. p. 568.

una cum lapillis, pirorum [12]), ribium [13]), nummi 48 aurei deglutiti [14]), nuclei cerasorum [15]), nucleus persicorum [16]), magnesia devorata [17]), faeces induratae [18]), vermes [19]), calculi biliarii [20]), intestinales [21]), purgantia drastica [22]), venena acria, perfrictio abdominis pedumve [23]), metasta-

10) Caelius Aurelianus l. c. — Nic. Piso de cognoscendis et curandis morbis lib. III. c. 21. p. 241.

11) Behr in act. nat. cur. Vol. V. obs. 46. p. 173.

12) Grübel in eph. nat. cur. dec. III. a. IV. p. 201.

13) Ibid. p. 199.

14) Khern iliaca passio aurea. Eph. nat. cur. cent. I. II. obs. 154. p. 318.

15) Helm *zwei Krankengesch.* p. 24. (295 nuclei ante valvulam coli).

16) Malacarne *mem. di matem. e fisica T. X.* p. 18.

17) Schenk *merkw. Krankengesch. no.* 9.

18) Sennert opera T. III. p. 428. — F. Hoffmann l. c. §. XIII. p. 290. — Hautesierck *recueil d'observat. T. II.* p. 628. — Guérin l. c. p. 385. — Krusch in Hufeland *Journ.* 53. *Bd.* 5. *St.* p. 108. — Hufeland ibid. p. 111. — Lamartinière *mém. de l'acad. de chir. Vol. IV. mém.* p. 226. — Ebers l. c. — Hauff l. c. p. 55.

19) Muralto eph. nat. cur. dec. II. a. 1. obs. 118. p. 300. — Hünerwolf ibid. dec. II. a. 5. obs. 19. p. 32. — F. Hoffmann l. c. §. X. p. 289. et obs. VII. p. 314. — Morgagni ep. 30. art. 32. — Carresi selectus e praxi quindena in nosocomio S. Sabini dec. 7 — 10. Senis. 1830. (Hufeland *Bibliothek* 66. *Bd.* p. 213).

20) Morgagni ep. 35. art. 35. — Abercrombie l. c. p. 166. — Craigie, *Edinb. med. and surg. journ. Vol* 22. p. 235.

21) Oelgün, acta nat. cur. Vol. V. obs. 81. p. 301. — Storch ibid. Vol. VII. obs. 100. p. 357.

22) Thom *Erfahr. und Bemerkk.* p. 93.

23) Brandis l. c. p. 37. 47.

stasis rheumatica[24]) et arthritica, odontalgia suppressa[25]), febris intermittens suppressa, animi commotiones[26]), ira[27]), terror, moeror[28]), hysteria[29]), enteritis[30]), colica[31]), obstructio alvi rebellis[32]), hernia incarcerata[33]), strangulatio interna[34]), intussusceptio[35]), atresia ani[36]), vulnera ventriculi, intestini.

Caussa proxima.

3. Jam veteres proximam morbi caussam in antiperistaltico intestinorum motu quaesiverunt, nec-

24) Dorfmüller l. c. p. 580. 25) Brandis l. c. p. 39.

26) Janzion, *annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* VI. *P. I.* p. 119.

27) Boblet in *journ. de méd. T.* 69. p. 63. F. Hoffmann l. c. § XIV. p. 291. et obs. V. p. 309.

28) Howitz, acta R. soc. med. Havn. Vol. VI. p. 167.

29) Schäffer in Hufeland *Journ.* 5. *Bd.* 2. *St.* p. 25.

30) Cf. cap. III. Hippocrates l. c. — Galenus l. c. — Stoll aphor. p. 100. — P. Frank epit. lib. II. p. 252. — Quarin de cur. febrib. et inflammat. p. 372.

31) Sydenham l. c. p. 128 (colica biliosa, quae fortasse majore cum jure enteritis dicenda foret). — Hauff l. c. p. 58.

32) Cf. cap. X. §. LIII.

33) Cf. cap. II. §. XII. 13. — Wedel diss. aeger passione iliaca ex hernia laborans. Jen. 1681. - Gölicke diss. de ileo ex hernia. Francof. 1735. — Quelmalz pr. de ileo ex hernia eaque demum cum intestino suppurata. Lips. 1750. — F. Hoffmann l. c. obs. 3. p. 305. — Heberden commentar. Lond. 1802. p. 228. — Morgagni ep. 34. art. 13. — Köhler in Hufeland *Journ.* 31. *Bd.* 1. *St.* p. 138. — Ebers l. c.

34) Cf. cap. II. §. XIII.

35) Cf. cap. II. §. X. — Kehr diss. de ileo per introsusceptionem Leid. 1702.

36) Cf. cap II. §. V. 4.

nec sine jure; ubi enim vel spasmo, vel inflammatione, vel mechanico modo impeditur, quo minus contenta promoveri possint, inverso modo ea propelli solent, ut redeant, unde venerint [37]).

§. LVII.

Diagnosis.

1. Materiam stercoream vomitu ejici, omnium facillime cognosci potest eâdem in oculos et nares cadente. Haudquaquam vero in eo consentiunt medici, utrum vomitus stercoreus necesse sit ad notionem ilei constituendam, an sufficiant obstructio (quae neutiquam constanter observatur) et vomitus cujuscunque rei. Quare fieri potest, ut alii medicorum morbum ileum dicant, quem alii alio nomine insigniunt, et veteres frequentissimum ileum haberent, qui nobis rarior morbus est. Namque eos tantum morbos huc retulimus, in quibus ad vomitum stercoreum ventum est; hunc vero cognoscere haud sufficit, contra praestat, Generatim.

L l 2

37) Multum actum est de valvula ileocaecali, quippe quae impediat, quo minus contenta ab intestinis crassis ad tenuia redire possint. Utut in statu naturali id ita se habeat, tamen res mutatur aegritudine, qua eadem vel relaxari vel simul cum intestinis distendi potest; nec in crassis solis stercora formari videntur. — Praeterea tenendum est, caussas ilei supra commemoratas et ipsas coarctationes intestinorum per gangraenam, perforationem vel per tympanitidem subinde mortem facere, quin vomitus frequens, nedum stercoreus, accedat. Unde sequi videtur, ileum proprium sistere morbum, qui neque enteritidi (Veteres, Galenus) neque colicae (Cullen, Purcell, Barthez, Abercrombie), neque vomitui, neque obstructioni tribuendus sit.

stat, caussam eruere, quae varia et diversa est, et intestinorum statum recte dijudicare. Quod ut melius fiat, veteres ileum inflammatorium, spasticum et ab obstructo intestino ortum distinguere solebant, quibus NAUMANN [1]) ileum paralyticum minus recte adjecit. SAUVAGESIUS vero tot species quot caussas admisit. Quod nos attinet, ileum spasmodicum, inflammatorium, ab obstructo et angustato intestino ortum distinguimus. Morbus rarissime primarius, saepius secundarius (a SYDENHAMIO [2]) nothus dictus), observatur.

Ileus spasmodicus. 2. Ileus spasmodicus [3]) aeque simpliciorem ac rariorem sistit morbum, quem ex SENNERTO [4]) constituit SAUVAGESIUS [5]), quique proxime accedit ad colicam [6]), praecipue hystericam, nec non teste EBERS [7]) arthriticos invadit. SENNERTUS clysteres per os ejici vidit; idque forte locum non nisi habere potest, ubi caussa ilei in spasmo solo la-

1) L. c. p. 770. ARETAEUS quidem optimo jure propter paralysin intestina faecibus impleri contendit, dubito vero, num paralysis intestinorum vomitum et ileum excitare possit, quem nosmet ipsi sub simili conditione nunquam observavimus. Attamen DE CASTRO (*phil. transact. Year.* 1751. *Vol.* 47. p. 123) exhibet „*an account of iliac passion from a palsy of the arge intestines.*"

2) L. c. p. 44.

3) RANOË ileus spasmodicus. Acta R. soc. med. Havn. Vol. II. p. 348. — BARTHEZ *mém. sur le traitement méthodique des fluxions et sur les coliques iliaques. Montp.* 1816. p. 63. — MONFALCON l. c. — HARSLEBEN diss. de ileo maxime propter spasmum. Francof. 1798. — ABERCROMBIE l. c.

4) Opera T. III. p. 428. 5) L. c. p. 560. spec. 3.

6) BARTHEZ l. c. — ABERCROMBIE l. c. aliique. 7) L. c.

latet. Perdurante morbo inflammatio accedere solet.

3. „Ileus frequentissime ab inflammatione [8]) intestini tenuis oriundus, cognoscitur 1) ex mali acutie seu celeritate progressus, 2) ex febri et vehementissimis doloribus, 3) virium prostratio magna est, 4) nec cibus nec potus contineri potest, 5) graves singultus cum sudore, 6) quandoque convulsio, 7) in loco dolente tumor quandoque apparet renitens, oblongus, chordae tensae ad instar, 8) urina supprimitur, 9) abdomen inflatur, 10) respiratio anhelosa, velox [9]).“

Ileus inflammatorius

4. Ad ileum ab angustato vel prorsus clauso tubo intestinali pertinet: a) ileus imperforatorum Sauv., b) ileus ab intestino compresso Sauv., c) ileus herniosus, d) ileus a strangulatione interna, e) ileus volvulus Sauv. ab intussusceptione, f) ileus a callosa intestini structura, g) ileus scirrhosus et cancrosus. Illi vero morbi, supra descripti, antequam ad ileum ventum sit, rite cognosci debent; eorum enim symptomata ileum praecedunt, quem vel spasmus, vel inflammatio, vel uterque concomitatur.

Ileus ab angustato tubo intestinali.

5. Ad ileum ab obstructo tubo intestinali pertinet: 1) ileus a faecibus induratis, 2) ileus a colo pituita infarcto [10]), 3) ileus physodes Rol-

Ileus ab obstructo tubo intestinali.

FIN-

8) Ranoë diss. enteritis iliaca, Havn. 1775.

9) Sauvagesius ed. Daniel T. IV. p. 559.

10) Boneti sepulchretum lib. III. sect. XIV. de dolore iliaco obs. 25. p. 919.

VINCII [11]), 4) ileus calculosus, 5) ileus verminosus, 6) ileus a corporibus alienis deglutitis.

§. LVIII.

P r o g n o s i s.

Prognosis. Prognosis ilei funesta, ita ut GALENUS [1]) fateatur, se neminem sanasse, qui stercus evomuerit. Sed recentiorum medicina plus praestitit multosque iliacos restituit; id maxime contigit, ubi faeces induratae, vermes, calculi, corpora peregrina intestinum obstruxerint, aut spasmus praevaluerit. Sin autem intestinum coarctatum fuerit, nec caussa tolli potuerit, inflammatione praevalente, gangraenaque exorta vix quid sperare licet. Itidem mali praesagii est, si dolor ad summum gradum adscenderit, si vomitus continui, materiae ejectae stercoreae, nigri coloris fuerint, si inopinato sub vehementi ileo venter descenderit, flatusque sine levamine redditi fuerint, aliave [2]) symptomata mali moris accesserint. Nihilo tamen secius accidit, ut ii servarentur, de quibus jam desperatum fuit. Hi vero saepenumero vel recidivo [3]) vel alio morbo sequente, v. c. ascitide, enecantur.

§. LIX.

11) FORESTUS lib. 21. obs. 18.

1) De locis affectis l. c. („a quo affectu vix unquam aliquis evasit"). „Horrida haec affectio est hucusque omnium fere judicio lethalis." SYDENHAM.

2) Huc pertinent singultus, tympanites, tremor artuum, convulsiones, frigus extremorum, ischuria, sudores frigidi, foetidi, facies Hippocratica, pulsus minimi, exiles, vacui, intermittentes.

3) MORGAGNI adversar. anat. Lib. III. 16.

§. LIX.

C u r a.

1. In curando ileo caussas respiciendas et si fieri potest, tollendas esse, per se patet, praeterea inflammatio compescenda, spasmus et dolor [1]) sedandi, alvus ducenda est; id ita fiat necesse est, ut vel diversae medendi rationes secum conjungantur, vel ea prae caeteris eligatur, quae et caussis et symptomatibus prae aliis indicata est. Generatim.

2. Caussarum cura maxime necessaria est in ileo secundario, qui vel prohiberi vel sanari eo tantum potest, ut caussa in tempore removeatur. Id maxime valet de hernia [2]) incarcerata, quae toties ileum excitavit, ut quam accuratissime, utrum adsit nec ne inquirendum sit, de strangulatione interna, intussusceptione et angustatione [3]) intestini; nec minus, quae forte obstruxerint tubum intestinalem, faeces induratae, calculi, corpora aliena deglutita rite eliminanda sunt, quod quomodo fieri possit, supra demonstratum est. — Qui vero ex ulla quadam caussa producta obstructione laborat, studeat in tempore eamdem curare eaque se- Caussae.

1) Haudquaquam vero vomitus prohibendus et coërcendus, potius adjuvandus est, monentibus Maxwell (l. c.) et Michaëlis (Gräfe und Walther *Journ. Bd.* 6. p. 369).

2) Vogel *sichere und leichte Methode, den Ileus von eingeklemmten Darmbrüchen zu heilen. Nürnberg* 1797.

3) Meirelles ileum, qui 26 per dies perduraverat, eo superavit, ut impedimentum, quod in flexura sigmoidea haerebat, in anum immisso specillo superaret. *Revista medica fluminense publicada pela sociedade de med. do Rio Janeiro.* 1835. no. 7—9. Hufeland *Bibl.* 76. *Bd.* p. 322.

sedulo prohibeat, quae vel colicam vel indigestionem ciere possint.

V. S. 3. Venaesectio a plurimis medicis [4]) vel ob inflammationem natam, vel ob metum [5]) inflammationis commendatur, eaque non minus intestinum spasmo rigidum relaxare valet. Imprimis initio morbi venaesectio instituatur et repetatur, ubi signa inflammationis eminent, ulterius progrediente morbo sanguis mittatur ope scarificationis [6]) vel hirudinum, abdomini applicatarum.

Anodyna et antispasmodica. 4. Spasmo et dolore nervoso eminentibus anodyna et antispasmodica exhibenda sunt, imprimis opium [7]), hyoscyamus [8]), belladonna [9]). Huc aër

4) Aretaeus cur. acut. lib. II. c. 5. — Celsus l. c. — Paulus Aegin. lib. III. c. 44. — Sydenham l. c. p. 128. 365. de Haën *Bd.* 5. p. 88. — Pringle *Krankhh. e. Armee* p. 176. — Abercrombie l. c. p. 190.

5) Quarin l. c. p. 390.

6) Celsus l. c. — Aretaeus l. c. — Paulus l. c.

7) Barlet in *journ. de méd. T.* 69. p. 63. — Conradi l. c. — Lagavan, *Journ. de méd. T.* 64. p. 213. — Mead monita et praecepta. Lugd. Bat. 1773. p. 70. (Extr. thebaici gr. j simul cum Extr. cathartici scr. uno laudat). — Kleinstein l. c. — Schaeffer, Hufeland *Journ. Bd.* 35. p. 26 (Kalomel et Opium). — Kaiser *Heidelb. klin. Annalen Bd.* 7. *H.* 4. p. 638. (℞. Opii puri gr. j. Ipecac. gr. ¼, Kali tartarici gr. vj, sacch. alb. gr. vjjj. M. dentur tales doses no. VI. S. Capiatur quavis hora pulvis). — Abercrombie l. c. p. 192.

8) Kortum l. c. p. 22 (emulsio ex seminibus).

9) Rosati, *osservatore medico di Napoli, Nap.* 1830. *Jun.* (interne et externe).

aër quoque fixus et mixtura Riverii a compluribus [10]) commendata pertinet.

5. Rarius accidit, ut tonica et excitantia indicentur, nec vero deficiunt casus, in quibus vinum [11]), cortex peruvianus [12]) proficerent. Tonica et excitantia.

6. Purgantia, quicquid Nic. Piso [13]) et Richter [14]) contradixerint, jure tamen laudantur, imprimis, ubi faeces induratae, calculi, corpora aliena, vermes etc. intestina obstruxerint. Cavendum vero est, ne inflammatio, spasmus aut vomitus inde augeantur. Quare vigente inflammatione sola oleosa, oleum amygdalarum dulcium, oleum lini [15]), oleum Ricini [16]) in usum vocanda sunt; ut spasmus Purgantia.

10) Sydenham l. c. p. 45. — Pringle *Krankhh. e. Armee* p. 180.

11) Arktaeus l. c. — Abercrombie l. c. p. 193. — Ulrich *Ileus durch Champagner geheilt.* Casper *Wochenschrift* 1837. no. 25.

12) Burel in *journ. de méd. T.* 32 p. 146. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä. Bd.* 1. *St.* 3. p 89.

13) L. c. p. 247 („quod vero quidam stercore duro intestinis inhaerente medicamenta purgantia propinant, non laudandum est, magnam enim inferunt violentiam, aliunde trahentia humores, qui valde implent intestina ac perinde valentius vomere cogunt").

14) *Therapie Bd.* 4. p. 215.

15) Gallesky l. c. — van Swieten comment. §. 608. 690. — Kortum *Beiträge zur prakt. Arzneiwissenschaft. Göttingen* 1795. Idem in Hufeland *Journ.* 10. *Bd.* 2. *St.* p. 21. — de Haën 5. *Bd.* p. 88.

16) Quarin l. c. p. 400 (℞ Olei Ricini ℥iij cum vitello ovi in mortario lapideo mixtis adde syr. alth. ℥ij. Aq. communis ℥x. D. S. Quavis dimidia hora duo cochlearia capiantur).

mus leniatur, purgantibus opiatum praemittere conducit. Sin autem vomitu purgantia rejiciuntur, vix amplius exhiberi possunt. Praeter oleosa commendantur manna [17]), mercurius dulcis [18]), qui pro re nata cum opio, extracto hyoscyami aut belladonnae conjungi potest, bolus [19]) e mercurio dulci et rheo compositus, potio Viennensis, cui aqua laurocerasi [20]) cum emolumento additur. Minus conducunt salia neutra, licet a pluribus [21]) commendata; quid quod confugerunt medici ad oleum crotonis [22]), colocynthides, aloëm, scammoneum, jalappam aliaque drastica, rarissime admittenda.

Argentum vivum.

7. Quodsi vero haec remedia nil praestiterint, veteres confugerunt ad globulos [23]) metallicos; aureos vel plumbeos, qui deglutirentur, quique nostris temporibus prorsus obsoleverunt, dein

17) HILDEBRAND de admirando mannae effectu in passione iliaca. Nova acta nat. cur. T. II. obs. 96. p. 382.

18) SCHÄFFER in HUFELAND *Journ.* 31. *Bd.* 6. *St.* p. 30 (merc. dulc. gr. v et opii gr. ¼).

19) KORTUM l. c.

20) NAUMANN l. c. p. 804.

21) PRINGLE l. c. p. 178. Sal amarum laudat.

22) DORFMÜLLER l. c. p. 585. id cum fructu, alii sine emolumento exhibuerunt. — SUSEWIND (CASPER *Wochenschr.* 1837. p. 404) ol. crotonis gtt. IX et ol. amygd. dulc. ℥ß abdomini cum fructu infricari jussit ita, ut quavis sexta hora tertia pars infricaretur.

23) VAN HELMONT opera p. 261. eos commendat, CAELIUS AURELIANUS l. c., QUARIN l. c. p. 393. eorum usum rejiciunt. — CHIRAC non ergo passioni iliacae globuli plumbei hydrargyro praeferendi. Monsp. 1694.

dein ad argentum vivum [24]), cujus vel puri vel cum

24) PARAEUS opera chir. lib. 20. cap. 38. ed. Francof. 1594. p. 602. — JOANNES RHODIUS observatt. med. cent. II. obs. 80. — HENRICUS AB HEER observatt. med. lib. 1. obs. 2. — ZACUTUS LUSITANUS de med. princ. historia lib. 2. obs. 97. — LAZARUS RIVERIUS opera med. univ. ed. HORSTII Venet. 1668. p. 299 et 561. — SYLVIUS DE LE BOË opera med. ed. 2. Amstel. 1680. p. 194. — F. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. II. Sect. II. cap. IV. §. VIII. Enarrat. morbor. obs. III. Fundamenta praxeos med. Hal. 1748. sect. IV. cap. IV. §. VII. — MEAD monita et praec. Lugd. Bat. 1773. cap. VI. sect. II. p. 71. — MORGAGNI de sed. et c. m. Ep. 34. art. 13. — DE HAËN rat. med. P. XI. §. 1. p. 138. §. 3. p. 175. §. 4. p. 182. §. 5. p. 186. et seq. PLATNERI versio *Bd.* 5. p. 83. 119. — NEVINSON *obs. on the use of crude mercury in obstructions of the bowels arising from inflammation or other causes. Lond.* 1788. *journ. de méd. T.* 82. p. 468. — BLANCHINI *lett. V. intorno olle febbre mal.* p. 240. — GHISI *lettere med. I.* p. 65. — BURSERIUS institutt. Vol. IV. P. II. c. VIII. ed. Lips. p. 413. — MURALTO, eph. nat. cur. dec. II. a. 7. obs. 119. p. 214. — JAEGERSCHMIDT ibid. dec. III. a. 2. obs. 153. p. 213. — KHONIUS Ibid. dec. III. a. 9. et 10. obs. 79. p. 147 (in ileo ab hernia incarcerata). — WOENSEL, act. nat. cur. Vol. 5. obs. 105. p. 518. — RAU, nova acta nat. cur. T. III. obs. 37. p. 147. — WICKENS HODGES l. c. — WILLAN, *Lond. med. journ. Vol. V.* p. 403. *Samml. auserles. Abh. Bd.* 15. p. 19. — PERRY, *med. comment. dec. II. Vol. VII.* p. 331. *Auserles. Abh. Bd.* 15. p. 580. — MILLAN, *London med. journ. Vol. V.* p. 401. *Samml. auserles. Abh. Bd.* 10. p. 392. — PANZONI *Beschreib. der Krankh. von Italien no.* 6. p. 60. — VALDAMBRINI *uso del mercurio crudo. Firenze* 1744. — WEIKARD *verm. Schrift. St.* 2. p. 52. — MOSCATI, *mem. della soc. Ital. T. IV.* p. 153. — HUFELAND et KRUSCH in HUFELAND *Journ.* 53. *Bd.* 5.

cum melle aut oleo amygdalarum commisti unciae plures, imo libra deglutirentur. Complures vomitum et tormina inde placari, brevique alvum dejici observarunt, alii[25]) argenti vivi usum prorsus rejiciunt, alii [26]) jure restringunt ad eos casus, ubi ileus stercoribus induratis tribuendus est.

Clysteres. 8. Praeterea clysteres repetita vice injiciuntur vel modo consueto ex infuso florum chamomillae, decocto seminum lini, additis oleo lini [27]), sale culinari, oxymele simplici, aceto[28]), asa foetida[29]), ipe-

St. p. 95 et 111. — Ebers Ibid. 68. *Bd* 5. *St.* p. 34. et 6. *St.* p. 3. 83. *Bd.* 2. *St.* p. 62. — Rolland et Nicolaison, *Bibl. for Laeger* 1825. 1. *H.* p. 17. Froriep *Notizen* 1825. *Sept.* p. 249. *Arch. gén.* 1824. *Juin.* — Eckström, *Jahresbericht der Arbeiten d. schwed. med. Ges.* Rust *Repertor.* 21. *Bd. H.* 1. — Oberstaedt in Hufeland *Journ.* 1832. 74. *Bd.* 5. *St.* p. 134. — Hauff in Hufeland *Journ.* 80. *Bd.* p. 9. — *Bulletin* 1828. *no.* 8. p. 352 — Bellucci in *Esculapio Napoli* 1828. — Löwenhardt *diagnost. prakt. Abhandll. aus dem Gebiete der Med., Chir. u. s. w.* 2. *Th.* p. 250.

25) Morgagni ep. 34. art. 13. („nam si sphacelo fracida intestina ne materiae quidem resistunt, quam continent, cavendum hoc ipsum est, ne rebus gravissimis deglutitis, aliam quam quae oporteat, viam aperientes, interitum acceleremus"). — Sydenham l. c. p. 45. — Hanius l. c.

26) Schmidt in *med. Zeit. herausg. vom Verein f. Heilk. in Preussen.* 1835. no. 11.

27) Celsus l. c. („in alvum ex parte inferiore tres aut quatuor cyathos calidi olei dare").

28) M. Herz *Briefe an Ärzte*, 1. *Samml.* 2. *A.* p. 12. — Fleisch in Horn *Archiv* 6. *Bd.* p. 230.

29) Joerdens in Hufeland *Journ.* 17. *Bd.* 2. *St.* p. 87.

ipecacuanha [30]) parati, vel aqua calida [31]), frigidave [32]) pura injecta est. Praeterea fumus [33]) et infusum [34]) aut decoctum herbae nicotianae, decoctum herbae cicutae [35]), hyoscyami et belladonnae [36]) in usum vocata et machina [37]) commen-

30) Michel *Journ. de méd. T.* 71. p. 250. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä.* 13. *Bd.* p. 530.

31) Hippocrates de morbis lib. III. c. 15. ed. Kühn. T. II. p. 305.

32) Basedow l. c. — Smith *Edinb. med. and surg. journ. Vol. IX.* — Abercrombie l. c. p. 192.

33) Sydenham l. c. p. 365. — Behr in act. nat. cur. Vol. VI. obs. 53. p. 297. — de Haën rat. med. P. I. p. 113. P. IX. cap. 5. P. XI. cap. 3. *Heilungsmeth.* 1. *Bd.* p. 149. 4. *Bd.* p. 300. 5. *Bd.* p. 88. — Fowler *med. reports of the effects of Tabacco etc. Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä.* 11. *Bd.* p. 383. — Conradi in Hufeland *Journ.* 6. *Bd.* p. 492. — Kortum ibid. 10. *Bd.* 2. *St.* p. 22. — Abercrombie l. c. p. 191.

34) Vicat, delect. obs. pract. app. p. 31. — Heberden commentar. Lond. 1802. p. 225. — Hufeland in Ejus *Journ.* 29. *Bd.* 5. *St.* p. 133. Nota. — Wolf ibid. 38. *Bd.* 3. *St.* p. 31. — Moll in Rust *Repertor. Bd.* 28. *H.* 1. (clysma cum fructu injici jussit hoc: ℞. Hb. nicotianae ʒj. Infunde ad Col. ℥v add. Gi. mimosae ʒjß, olei crotonis gtt. jjj). — Craigie l. c.

35) Ebers l. c. p. 13.

36) Köhler in Hufeland *Journ.* 31. *Bd.* 1. *St.* p. 138. — Hanius Ibid. 82. *Bd.* 2. *St.* p. 3. (℞. Rad. belladonnae ʒj infunde c. Aq. ferv. s. q. dig. in vase bene clauso per hor. ad Col. ℥jj. D. S. Injiciatur simul cum eadem copia infusi florum chamomillae). — Wagner Ibid. 83. *Bd.* 2. *St.* p. 90. — Wotraba ibid. 84. *Bd.* 3. *St.*

37) Vid. cap. X. §. LI. 8.

mendata est, cujus ope aquae urgerentur in intestina. Quodsi vero ipsi clysteres ad os adscendunt et vomitu rejiciuntur vix continuari possunt. Denique aërem vel impulsum [38]) vel extractum [39]) esse cum emolumento supra docuimus.

Externa. 9. Curam adjuvare studuerunt rebus externis abdomini applicatis, sinapismo et vesicatorio[40]), quae rheumatica morbi origine indicantur, catulo vivo [41]) abdomini imposito, frictionibus linimenti volatilis, opii, olei hyoscyami cocti[42]), fomentis abdomini impositis, balneis [43]) exhibitis, tandem frigida [44]) et abdomini imposita, ex-

38) Ibidem. 39) Ibidem.

40) Pringle *Beobachtt. über Krankheit. e. Armee* p. 176. — Wilmer *cases and remarks in surgery Lond.* 1779. p. 127. *Samml. auserles. Abh. f. pr. Ä.* 5. *Bd.* p. 708. — Abercrombie l. c. p. 195.

41) Sydenham l. c. p. 45.

42) Ricotti (*ripertorio med. chir. per l'anno* 1822. *Torino* 1822. *no.* 25—30. *Jan.—Jun*). oleum digestis seminibus hyoscyami et pulpa colocynthidis cum oleo Ricini paratum cum fructu exhibuit. Hufeland *Biblioth.* 50. *Bd.* p. 344.

43) de François ergo ileo balneum. Par. 1625. — Perreau ergo volvulo balneum. Par. 1659. — Tournay diss. an passioni iliacae balneum. Nanciji 1783. — Hazon in *journ. de méd. T. IV.* p. 110. — Gorcy ibid. T. 86. p. 374. — Kortum l. c.

44) F. Hoffmann (l. c. T. IV. P. II. Sect. II. c. V. p. 349.) usum aquae frigidae in colica curanda a Naboth, medico Lipsiensi, edoctus est, ejusque in ileo curando utilitatem testantur de Haën (rat. med. P. IX. c. V. p. 203. P. XI. c. III. versio Germ. 4. *Th.* p. 295. 5. *Th.* p. 123). Ste-

extremitatibus inferioribus adspersa, et hausta[45]), qua alvus ducatur. DOBROWOLSKI [46]) ollam, in qua aër calore rarior redditus sit, applicari jubet.

10. Denique rebus desperatis ad gastrotomiam [47]) confugerunt medici, eamque cum fructu interdum, intussusceptione remota factam esse, supra [48]) retulimus. Eamdem tubo intestinali in regione flexurae sigmoideae clauso, propterea ut fae- Gastrotomia.

VENSON (*Edinb. med. essays Vol. V. P. II.* p. 398). J. SPENCE (*med. transact. by the college of phys. in London Vol. III.*). BUREAU et ADAIR (*memoirs of the med. soc. of London. Vol. II. art.* 20. 21). KITE (*phys. and med. essays. Lond.* 1795. p. 351). SMITH (*Edinb. med. and surg. journ. Vol. IX*). RANOË (l. c. p. 350). CONRADI (l. c.). — Uberius ea de re agunt BRANDIS (acta R. soc. med. Havn. Vol. V. p. 27.) et HOWITZ (Ibid. Vol. VI. p. 164. „praestantia aquae frigidae in ileo morbo novo exemplo evicta"). — Praeterea fomenta frigida commendant HARLES (*neues Jahrb. d. deutsch. Med. u. Chir.* 12. *Bd.* 1. *St.* p. 121.), REUSS (HUFELAND *Journ.* 57. 1. *St.* p. 117.), ABERCROMBIE (l. c. p. 192.), BÜLCKE (RUST *Mag.* 22. *Bd.* p. 394. nives imposuit abdomini), MOLL (*General-Sanitätsbericht des med. Collegii der Rheinprovinzen für* 1832), LUCAS (CASPER *Wochenschr.* 1838. *no.* 11.).

45) STRIDELE P. FRANKIO (ex schedis) retulit, se feminam 44 annos natam, quarto mense uterum gerentem, et gravissimo ileo affectam, aliumque aegrotum eo sanavisse, ut balneo tepido immissi multum glaciei arte parati (*Gefrornes*) comederent. — Sed frigidam haustam damnum tulisse LEDELIUS testatus est in eph. nat. cur. dec. III. a. I. obs. 98. p. 155.

46) L. c. 47) SWITZER adnott. ad coletomiam. Havn. 1826.

48) Cap. II. §. X.

faeces emitterentur, PILLORE [49]) in regione coeci, SPANGENBERG [50]), MARTLAND [51]), BERNDT [52]), DUCLOS [53]) in règione coli descendentis perfecerunt, quo facto anus artificialis efformatus est.

CAPUT XII.
De diarrhoeis.

§. LX.
Definitio. Literatura.

Definitio. 1. Diarrhoea [1]) dicitur crebra et copiosa materiae utplurimum liquidae, varioque modo a faecibus discrepantis dejectio.

2. Vix

49) Gazette *des hôpit.* 14. *Janv.* 1840. *no.* 6. FRICKE *und* OPPENHEIM *Zeitschr.* 14. *Bd.* 4. *H.* p. 552. (opus a. 1776. factum).

50) HORN *Archiv* 1812. 1. *Bd.* p. 261 (casus memoria dignissimus!)

51) *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 24. 1825. *Oct.* p. 271.

52) *Med. Zeitung von dem Verein für Heilk. in Preussen* 1838. *no.* 20.

53) *Arch. gén.* 1838. *Août.*

1) Vox graeca a διαῤῥέω perfluo. *Synonyma:* Alvi fluxus s. profluvium; perfluxus; alvus fusa; catacoria; catatropha, coprorrhoea; coeliorrhoea; defluxus; defluxio CAEL. AUR. ITAL. *diarrea; diarria; flusso di ventre; flusso di corpo; andata, andata di corpo; cocajuola; cagarola, soccorrenza.* GALL. *diarrhée; devoiement; courante; flux de ventre; cours de ventre sereux; foire.* ANGL. *diarrhea; looseness; flux;*

2. Vix datur liber de rebus medicis conscriptus, in quo diarrhoea silentio praetermittatur; cujus HIPPOCRATES [2]), GALENUS [3]), CELSUS [4]), CAELIUS AURELIANUS [5]), AËTIUS [6]), ALEXANDER TRALLIANUS [7]), ACTUARIUS [8]) non minus mentionem faciunt, quam autores cujuscunque aevi. Nec non magna dissertationum [9]) farrago edita, singulique li-

lask, laxity of the belly, thorough go nimble. HISP. *diarrea, cursos, chamberga, camaros, fluxo di vientre, correnzia, escurribanda.* LUSIT. *diarrhea, curso do corpo, correnza, camaros, fluxo do ventre, fruxo do ventre.* GERM. *Diarrhoe, Durchfall, Durchbruch, Durchlauf, Abweichen, Bauchfluss.* BELG. *buikloop, Doorloop, Achtergang.* DAN. *Durklöp, Durchlöb, Durchflod, Bugflod, Buglob.* SUEC. *Durchlopp, Durklopp, Vät, Skiaton.* ISL. *Búkhlaup.*

2) Opera passim locis citandis.

3) Definit. med. no. 268. ed. KÜHN. T. 19. p. 421. et passim aliis locis.

4) Lib. IV. c. 19. ed. RITTER et ALBERS p. 141.

5) De morbis acutis lib. III. c. 22. ed. HALLERI T. X. p. 306.

6) Tetrabibl. I Serm. IV. c. 19. Tetr. II. S. I. c. 90. Tetr. III. S. I. c. 35. 37. 38.

7) Lib. VIII. c. 7. ed. HALLERI T. VI. p. 331.

8) Lib. VI. cap. 6.

9) GALEACEI DE ST. SOPHIA de febribus et omnimodo ventris fluxu. Lugd. 1517. — ZEIGER, ep. inquirens in paginas LONERI, an hae ἐξέτασιν μεθοδικὴν trium alvi fluxuum contineant. 1584. — LONER diss. obs. de fluxu diarrhoeae, lienteriae et dysenteriae a. 1588. Naumburgi observato. Lips. 1589. — BERGER de infecto et ulceroso profluvio intestinorum. Basil. 1616. — SCHENKIUS diss. de diarrhoea. Jen. 1621. — VARUS de alvi profluvio in genere. Jen. 1629. Ej. de fluxu colliquativo. Jen. 1636. — ROLFINK diss. pathol. no. XV. Jen. 1637. — MEILSNER diss.

libri [10]) publici juris facti sunt, haudquaquam vero opus

de diarrhoea. Lips. 1646. — BAUHINUS de diarrhoea. Basil. 1663. — A NEUERHAUS de alvi fluxus variis speciebus. Lugd. Bat. 1663. — MINDINGER diss. de diarrhoea. Argent. 1664. — SCHIKART diss. de diarrhoea. Argent. 1671. — WEDEL et DÖRNER de diarrhoea. Jen. 1673. — CRAUSE de alvi fluxu ex HIPPOCRATIS aphor. I. 5. 6. Jen. 1674. — BURG diss. de diarrhoea. Lugd. Bat. 1676. — LEICHNER de diarrhoea quadam epidemica Erf. 1676. — RAVELLY diss. *sur la nature des cours de ventre et sur les remédes, qu'on y peut apporter. Par.* 1677. — VESTI diss. de diarrhoea. Erf. 1682. Ej. et ERLSFEDT de diarrhoea lochiis supervenient. Erf. 1773. — FASCH de diarrhoea. Jen. 1682. — GORIS de diarrhoea. Leid. 1685. — PETRI AB HARTENFELS diss. de diarrhoea. Jen. 1693. — CATE de diarrhoea. Leid. 1694. — GUILLERMET de diarrhoea. Lugd. Bat. 1699. — F. HOFFMANN et HIENLIN de diarrhoea in febribus malignis aliisque acutis morbis salutari. Hal. 1700. — COCKBURNE profluvia ventris. Lond. 1702. Ej. *cure of loosenesses. Lond.* 1721. — WEDEL diss. de diarrhoea. Jen. 1713. — CAMERARIUS et HOFFMANN de diarrhoea et febre ardente. Tub. 1717. Ej. de diarrhoea Parisiensi. Tub. 1717. — A BERGEN diss. de diarrhoea puerperarum. Fr. 1721. — DE MOOR de fluxu alvi in genere. Harderov. 1723. — VINCQUEDES diss. de diarrhoea. Lugd. Bat. 1726. — VAN LAECK diss. de diarrhoea. Lugd. Bat. 1730. — MÜLLER diss. de diarrhoea puerperarum. Altd. 1745. — JUNCKER et KÖHLER diss. de diarrhoea plurium annorum. Hal. 1745. — HILSCHER et STEDING diss. de diarrhoea. Jen. 1746. — JUNCKER et GRISCHARIUS de diarrhoeis abstergentibus tam simplicibus, quam cruentis. Hal. 1748. — HAMBERGER et MEIER diss. sist. diarrhoeae pathologiam. Jen. 1752. — JUNCKER et LEINER de alvina excretione ut signo. Hal. 1756. — BUTTER diss. de diarrhoea. Edinb. 1761. — ADDIE diss. de diarrhoea. Edinb.

opus in manus incidit, quod monographiae perfectae laude dignum sit.

§. LXI.

Symptomata. Necroscopia.

1. Symptomata diarrhoeae generalia a P. FRANKIO[1]) composita haec sunt: „languor, oppressio ventriculi, appetitus deletus, inflatio, tensio abdominis, obstructio alvi plerumque, pulsuum intermissio interdum praecedunt. Sequitur mox dolor ventris, per vices invadens, nunc hanc istius partem nunc il- Symptomata.

Mm 2

1786. — GILLIAM de diarrhoea. Edinb. 1876. — MANGOR de diarrhoea. Havn. 1786. — BETHAM de diarrhoea. Edinb. 1787. — RATH diss. de diarrhoea. Erl. 1787. — ROTH diss. de diarrhoea. Colon. 1787. — GLASER de incontinentia alvi. Jen. 1788. — DIEDERICHS de diarrhoea. Erf. 1793. — DE BARENBURG diss. de diarrhoea, ex principiis theoriae incitationis. Erl. 1802. — HERRMANN de diarrhoea ex principiis theoriae incitationis. Erl. 1804. — COLSUN *essay sur la diarrhée. Par.* 1808. — FRITSCH diss. de quibusdam alvi fluxibus eorumque discrimine Bresl. 1822.

10) NOVENIANI *von den bösen Bauchflüssen und Durchfall. Wittenb.* 1558. — LAMBSMA ventris fluxus multiplex. Amstelod. 1756. — NEDEL *Bemerkungen über den Durchfall. Leipz.* 1804. Ej. *neue Bemerkungen über Diarrhoe. Magdeb.* 1806. — DEWAR *observations on diarrhoea and dysentery as hose diseases appeared in the British army during the campaign in Egypt. Lond.* 1803. — BAILLIE *some observations on a particular species of purging. Med. transact. Vol.* 5. p. 166. — X . . *Erfahrungen über die Erkenntniss und Heilung der Bauchflüsse.* HORN *Archiv* 1816. 1. *Bd.* p. 498. — VIGNES *traité complet de la dysenterie et de la diarrhée etc. Par.* 1825.

1) Epit. lib. V. P. II. p 450.

illam quasi discindens, perterebrans, nauseam, vomendi conatum breves inducens, ab alvo primum faecali excreta remittens, mox iterum eadem fluidiore instante rediturus. Saepe satis vix dolor diarrhoeam comitatur, sed praeviis modo turbis abdominis, flatibus hinc inde divagantibus sonoris, alvus denuo excernitur liquidior, copiosa. Sub hoc vero profluvio abdominis moles ac tensio minuuntur quidem in multis, in aliis vero redeunt, et quo major copia humorum ano excernitur, eo magis augentur, meteorismus subnascitur. Urinae interea parcius secedunt; cutis plerumque sicca est. Rarius tenesmus ad anum hic premit; post frequentes tamen alvi excretiones ardor in recto intestino percipitur incommodus. Continuato per dies aut ultra hoc fluxu, vel eodem, licet breviter, sed magna sub humorum jactura absoluto, facies mirum collabitur, pallescit, mutatur; torositas, pinguedo corporis vel si quis praecesserit, tumor aquosus, subcutaneus, disparent, cutis exsicca flaccescit; ulcera fonticuli exsiccantur, crura vacillant, pedes tumere incipiunt, febricula accedit, capilli decidunt, lipothymiae sequuntur; et vel tabes vel hydrops, vel novo atque diro, ardente, fixo abdominis in cavo suborto dolore, praevio singultu, vomituve intestinorum inflammatio, gangraena succedunt."

Necroscopia. 2. Qui diarrhoea consumti sunt, eorum corpora dissecta exhibent maciem, serum in tela cellulosa, in cavo[2]) peritonaei congestum, gangraenam in-

2 Bang, acta R. soc. med. Havn. Vol. 1. p. 243.

intestini [3]), tunicam mucosam intestini, imprimis coli et recti inflammatam, glandulis tumentibus [4]), ulceribus occupatam, carcinomate notatam, telam submucosam et muscularem membranam hyperthrophia induratas et incrassatas [5]); telam cellularem submucosam intestini crassi nigram et ulcera mucosae [6]), ventriculum in media parte callosum, constrictum et quasi bifidum [7]). Praeterea glandulae mesaraicae, hepar [8]), lien, pancreas [9]), inflammationis, ulcerationis aut degenerationis signa exhibuerunt, nec non pulmo, pleura inflammati. — HOPFENGÄRTNER [10]) in corpore eodem hepar magnum, intestina attenuata, mucosam intestini crassi ero-

3) Quam BANG (act. reg. soc. Havn. Vol. 3. p. 144.) nigritiem pro gangraena habet, eam potius ad melanosin referrem.

4) STARK *klin. und anat. Bemerk. A. d. Engl. v.* MICHAELIS *Leipz.* 1789. §. 4. p. 7.

5) Ante plures annos et hoc ipso quo degimus (1839) cadavera dissecui in nosocomio, quae hunc intestini coli totius statum exhibuerunt; membrana mucosa in altero rubra, in altero nigra, submucosa crassior et durior, nec non muscularis. Uterque aeger vehementi diarrhoea correptus fuerat, quae remediis quibuscunque compesci non potuit. Alter propter pollicis laesionem in nosocomio versabatur, alter phthisi pulmonali laboravit; ille diarrhoea sola consumtus, hic simul et phthisi. Similes casus refert ALEXANDER (HUFELAND *Journ.* 89. *Bd.* 6. *St.* p. 3). — BANG (l. c. Vol. 1. p. 243) intestina omnia imprimis tenuia enormiter coarctata vidit.

6) STARK l. c. §. 3. p. 5.

7) BANG l. c. p. 243.

8) BANG l. c. p. 243.

9) BANG l. c. p. 243 (pancreas magnum et induratum).

10) HUFELAND *Journ.* 6. *Bd.* p. 535.

rosam, valvulam ileocaecalem fere deletam, colon descendens varicibus plenum, appendiculis induratis obsessum, mucosam intestini recti rubentem vidit. ERDMANN[11]) in fatuo, qui diarrhoea consumtus fuerat, hepar magnum et dislocatum, ventriculi curvaturam minorem scirrhosam, omentum cum intestinis vicinis coalitum, intestina crassa cinerea, collapsa et tam fracida, ut pultis instar solverentur, curvaturam sigmoideam ad partes vicinas adnatam conspexit.

§. LXII.

Caussae.

Caussae praedisponentes. 1. Quamquam neque aetas, nec temperamentum, nec ulla quaedam conditio a diarrhoea tueantur, ea tamen frequentius infantes[1]) et eos, quorum intestina facilius excitari solent, corripit; eadem aestate[2]) et autumno frequentior, subinde epidemica, in India orientali endemica[3]) occurrit, et eos corripere solet, qui in regionibus calidioribus itinera faciunt[4]).

Caussae excitantes. 2. Excitant diarrhoeam ciborum major copia, imprimis fructus horraei, fungi, cucumeres, melones, pruna, juglandes[5]), cibi fermentantes, contra-

11) HORN *neues Archiv* 3. *Bd.* p. 76.

1) HIPPOCRATES aphor. Sect. tert. ed. KÜHN Vol. III. p. 725.

2) HIPPOCRATES ibid. p. 724.

3) TYTLER, *transact. of the med. and phys. soc. of Calcutta Vol. III.*

4) LINK *über die Diarrhöen in warmen Ländern.* HUFELAND *Journ.* 82. *Bd.* 3. *St.* p. 3.

5) GAHRLIEP eph. nat. cur. dec. II. a. 9. obs. 68. p. 111.

trarii, pingues, semicorrupti, potus nimis copiosus, vina alba, aquae soteriae, salibus plenae, quaevis saburra, bilis, pituita, succus pancreaticus, acor primarum viarum, cruor, pus, ichor, vermes, purgantia [6]), imprimis drastica [7]), venena, galvanismus [8]). Praeterea ea sequitur dysenteriam, comitatur enteritidem, imprimis mucosam [9]), ulcera intestinalia [10]), cancrum intestinorum, eorumque gangraenam. Nec non corporis labores [11]) animique commotiones [12]), ira, terror [13]), timor, an-

6) Hypercatharsis purgantium nimis vehemens effectus dicitur, cujus exempla leguntur in Ephemeridibus nat. cur. passim (cf. Reuss. XIII. p. 29).

7) *Samml. d. Petersb. Ärzte* 4. p. 256 (Jalappa iufantibus nociva). — Kleinert *Repertor. VI.* 4. p. 162 (cerevisia aloë adulterata).

8) Grimm *Supplem. zu d. Handb. der Phys.* 1. *Bd.* p. 218. Id in *Archiv der pr. Heilk. für Schlesien* 3. *Bd.* 1. *St.* no. 5. — Quensel in Hufeland *Journ.* 13. *Bd.* 4. *St.* p. 130. — Ritter ibid. 17. *Bd.* 3. *St.* p. 35.

9) Vid. cap. III. §. XVII. 14. — Jackson (*Med. and phys. journ. by* Fothergill. 1815. *Jul. Aug.*) diarrhoeam chronicam ab inflammatione membranae mucosae intestinorum in ileo crassiore et a lympha coagulabili obducto, ortam describit, simul vero ulcuscula et ad rectum eruptio parva, alba aderant.

10) Iisdem utplurimum diarrhoeam colliquativam phthisicorum tribuendam esse, jure contendit Himly (Hufeland *Journ.* 63. *Bd.* 4. *St.* p. 99).

11) Jos. Frank feminam diarrhoea corripi vidit, quam primum fortiores labores susciperet.

12) Jos. Frank feminam vidit diarrhoea correptam, quam primum bibliothecam adiret.

13) Seger, eph. nat. cur. dec. I. a. 9. 10. obs. 94. p. 244.

anxietas, aerumnae, imaginatio [14]) eam provocant eaque ex consuetudine [15]) perdurat. Deinde suppressa perspiratio cutanea, ex perfrictione corporis, sudor matutinus suppressus [16]), menses obstructi [17]), suppressa vel retenta arthritis [18]), morbique cutanei [19]) suppressi per antagonismum secretiones abdominales ita evehunt, ut diarrhoea oriatur. Eadem tandem per sympathiam a dentitione, ab omnibus et singulis febribus, inflammationibus, exanthematibus, imprimis variola et morbillis, ab hypochondria [20]), phthisi pulmonali, carie vertebrarum [21]) aliisque morbis hecticis producitur et istos morbos ut symptoma comitatur.

Caussa proxima.

3. Caussa proxima cernitur in nimia copia eorum, quae intestinis continentur, sive assumta si-

14) Schmid, eph. nat. cur. dec. I. a. 4. 5. obs. 160. p. 203. — Paullini ibid. a. 6 et 7. obs. 238. p. 345.

15) Piorry in *journ. gén. de méd. T.* 72. 1820. *Sept.*

16) Götz, acta nat. cur. Vol. 2. obs. 188. p. 430.

17) Ovelgün, acta nat. cur. Vol. 5. p. 309. obs. 86.

18) Musgrave de arthritide anomala c. 4. Sydenham opusc. p. 599.

19) Loder *Journal* 3. *Bd.* p. 37 (suppressa tinea et scabie). — Beauvais in *journ. de méd. T.* 47. p. 47 (herpes repulsus). — In Insubria crebrius obvenire diarrhoeam ex affectionibus herpeticis ad cutem non satis evolutis Jos. Frank in schedis monet. Idem die 2. Dec. 1827 vidit virum 40 annos natum, qui quum herpetica affectio antiqua evanuisset, diarrhoea cum ardore ab ore per oesophagum usque ad abdomen se extendente, cum faucium et linguae rubore et aphthis conjuncta correptus fuit.

20) Senger diss. de diarrhoea hypochondriaca. Erf. 1752.

21) Himly, Hufeland *Journ.* 63. *Bd.* 4. *St.* p. 103.

sive secreta sint, in prava eorum conditione, in accelerato motu peristaltico, tandem in atonia sphincteris, intestini recti et coli, qua fit, ut contenta retineri non possint.

§. LXIII.

Diagnosis[1]).

1. Diarrhoeam adesse, sine ulla difficultate cognoscitur, eadem vero pro caussa excitante, pro materia excreta, pro symptomatibus morbisve concomitantibus varios et diversos sistit morbos, deinceps uberius describendos. Praeterea ea non raro symptoma vel essentiale vel accidentale aliorum supra dictorum morborum (diarrhoea symptomatica), modo epidemica, modo sporadica, periodica, acuta, chronica, habitualis, vel salutifera (diarrhoea critica) vel colliquativa est. Varietas.

2. Diarrhoea stercoralis [2]) ingluviem, crapulas et indigestionem sequitur et saburra insignitur, quae praeviis oppressione, inflatione, tensione ventriculi, abdominis, anorexia, nausea, ructu, vomituritione, vomitu non sufficiente, borborygmis, doloribus divagantibus, lancinantibus, flatibus foetidis, sub ardore ani tandem cum levamine redditur, dummodo faeces liquidae, pultaceae, corruptae, foetidissimae iterata vice per anum ejiciantur. — Nonnumquam faeces indura- Diarrhoea stercoralis.

tae

1) Fr. Bennati diss. sist. diagnosin diarrhoeae. Paduae 1826.

2) *Synon.*: diarrhoea stercoracea, saburralis, crapulosa, cibalis. *Kothdurchfall.*

tae retinentur in intestino recto et diarrhoeam continuam excitant [3]).

Diarrhoea a drasticis et venenis. 3. Drastica et venena acria excitant diarrhoeam [4]), qua sub gravioribus doloribus, aliisque veneficii signis tenuia, aquosa, saniosa, cruenta excernuntur; non raro simul tenesmus et ipse vomitus adsunt; brevi manifestae inflammationis signa sequuntur.

Diarrhoea verminosa. 4. Diarrhoea verminosa utplurimum a lumbricis excitata eo insignis est, ut pituitosa, grisea, cruenta frequentissime excernantur, donec vermium glomer excretum fuerit, quo facto brevi diarrhoea silere solet.

Diarrhoea adiposa. 5. Adipem, qui quidem deglutitus fuerit, dejectum esse, observarunt Riverius [5]) aliique [6]), materiam vero adiposam, in abdomine ipso natam, dejectam esse, observarunt Tulpius [7]), Fabricius Hildanus [8]), Moebius [9]), Moellenbroch [10]), Al-

3) Callisen obs. diarrhoeae cum obstructione haud infrequenti connubio. Act. R. soc. med. Havn. Vol. 2. p. 94. — *Med. obs. and inquiries Vol.* IV. p. 123. — Parrish *Northamer. med. and surg. journ.* Froriep *Notizen* 21. *Bd.* no. 19. p. 291.

4) Hypercatharsis.

5) Observatt. med. cent. II. obs. 23. p. 118 (oleum magna copia sumtum in faecibus sub forma globulorum cognovisse sibi videtur).

6) Lentilius in eph. nat cur. dec. II. a. 2. obs. 152. p. 340. — Elliotson l. infra citando p. 68. — Babington l. citando globulos excretos teste Brande ex oleo olivarum ante sumto et muco intestinali compositos refert.

7) Observatt. med. lib. III. c. 18. 19.

8) Opera. Francof. 1747. cent. IV. obs. 47. p. 321.

Albrecht [11]), Clauderus [12]), Stalpartus van der Wiel [13]), Arnot [14]), Scott [15]), Babington [16]), Howship [17]), Kuntzmann [18]), Hufeland [19]), Bright [20]), Lloyd [21]), Elliotson [22]), Turner [23]), Pearson [24]), Prout [25]), idque Stokes [26]) tangit. — Unde haec pinguia redundent, utrum in intestinis formentur [27]), an ab illis, ab hepate [28]), vel a pancreate secernantur, haud liquet; analysi vero chemica instituta Bergemann [29]) probavit, pinguia re

9) Fundam. physiol. p. 226.

10) Eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 20. p. 35.

11) Acta nat. cur. Vol. III. obs. 57. p. 184 (de hypochondrii dextri dolore vehementi, excretis per alvum globulis veluti saponaceis, confestim sublato).

12) Eph. nat. cur. dec. I. a. 7. obs. 183. Schol. p. 347.

13) Observ. cent. 1. obs. 61.

14) *Edinb. med. essays.* Vers. germ. 5. *Bd.* 2. *Th.* p. 353.

15) Duncan med. communicat. Vol. IV. p. 334. — *Med. Comment. v. Edinb.* 4. *Bd.* p. 335.

16) *Philos. transact.* 1813. P. 2. p. 150. 152.

17) *Pract. observat. in surgery and morbid anatomy* p. 283.

18) Hufeland *Journ.* 53. *Bd.* 1. *St.* p. 106. 59. *Bd.* 3. *St.* p. 45.

19) Ibid. nota (morbum *stearrhoeam* dici jubet).

20) *Med. chir. transact. Vol.* 18. p. 1. — *Samml. auserles. Abhh.* 41. *Bd.* p. 1.

21) Ibid. p. 57. — ibid. p. 67. 22) Ibid. p. 67. — ibid. p. 79.

23) Ibid. apud Elliotson obs. 9. p. 73. 24) Ibid. 25) Ibid.

26) *Ueber die Heilung der innern Krankhh. Deutsch bearb. von* Behrend p. 100.

27) Everard Home *on the formation of fat in the intestines of living animals. Phil. transact.* 1813. P. II. p. 146. — Albrecht l. c.

28) Kuntzmann l. c. 53. *Bd.* p. 120. — Lloyd l. c. p. 62.

29) Apud Kuntzmann l. c. 53. *Bd.* p. 112.

revera excreta fuisse, BOSTOCK[30]) adipoceram cognovisse sibi visus est, BRANDES[31]) vero evicit, materiam adiposam ab infante dejectam Elaine, Stearine et materia flava constare. — Quae vero pinguia dejecta sunt vel fluida[32]), oleo similia, frigore solidescunt, vel solida[33]), sebo similia, calore liquefiunt; illa subinde invito aegro[34]), magna copia[35]), haec simul cum faecibus, sed ab istis distincta[36]), sub forma globulorum[37]) reddita sunt, vel una tantum vice[38]), vel saepius praegressis torminibus[39]), vel longius per tempo-

30) Apud BRIGHT l. c. p. 2.

31) *Archiv des Apothekervereins im nördl. Deutschland.* 36. *Bd.* p. 243.

32) TULPIUS l. c. („instar butyri liquefacti"). — BABINGTON l. c. — KUNTZMANN l. c. 53. *Bd.* p. 110. — BRIGHT l. c. cas. I. — LLOYD l. c. — SCOTT l. c. — ELLIOTSON *obs.* 12. p. 77. — PEARSON l. c.

33) MÖLLENBROCH l. c. („pinguedini carnis bubulae non absimilis"). — MOEBIUS l. c. — FABRICIUS HILDANUS l. c. — STALPARTUS l. c. — ALBRECHT l. c. — ARNOT l. c. — HOWSHIP l. c. — TURNER l. c.

34) KUNTZMANN l. c. 53. *Bd.* p. 110. — ELLIOTSON l. c. obs. 12. p. 77.

35) TULPIUS l. c.

36) FABRICIUS HILDANUS l. c. („erat autem pinguedo illa alba purissima, pelliculis inclusa et in frustula divisa; nihil excrementorum admixtum erat").

37) ALBRECHT l. c. — ARNOT l. c. — SCOTT l. c. — BABINGTON l. c. — TURNER l. c.

38) FABRICIUS HILDANUS l. c.

39) ALBRECHT l. c. — FABRICIUS HILDANUS l. c. — ELLIOTSON l.c. obs. 12. p. 77.

poris spatium [40]). Alii sub hac excretione eaque peracta bene valuerunt [41]), alii emaciati tandem exstincti sunt [42]), et necroscopia instituta pancreatis [43]), duodeni [44]), hepatis [45]) vitia, tunica intestinorum emollita [46]), ejusque ulcera [47]), eaque quasi oleo obducta [48]), in conspectum venerunt. — Bright [49]) diarrhoeam cum diabete conjunctam vidit. Elliotson [50]) aegrum vidit, insimul phthisi pulmonali, diabete mellito et diarrhoea adiposa laborantem. Kuntzmanni [51]) aeger silente diarrhoea adiposa incidit in hydropem anasarcam lethalem. Tulpius [52]) et Pearson [53])

40) Tulpius l. c. (quatuordecim amplius menses). — Kuntzmann l. c. 53. *Bd.* p. 110. 59. *Bd.* p. 46 (tredecim per annos).

41) Tulpius l. c. — Albrecht l. c. — Fabricius Hildanus l. c. — Scott l. c. — Howship l. c. — Turner l. c.

42) Möllenbroch l. c. — Moebius l. c.

43) Kuntzmann 59. *Bd.* p. 49 (pancreas induratum, ductus excretorius clausus). — Bright l. c. cas. I. II. III. — Lloyd l. c. — Elliotson l. c. p. 79 („*the pancreatic duct and the larger lateral branches were crammed with white calculi*").

44) Bright l. c. cas. I. II. III. (ulcera) — Lloyd l. c. (contractum).

45) Bright l. c. cas. I. (ductus choledochus pancreate premente clausus). — Lloyd l. c. (ductus choledochi orificium clausum).

46) Kuntzmann 59. *Bd.* p. 48.

47) Prout apud Elliotson l. c. obs. 14. p. 80 (coeci et coli).

48) Elliotson l. c. p. 78.

49) L. c. cas. I. p. 3.

50) L. c. obs. 12. p. 76.

51) L. c. 59. *Bd.* p. 46.

52) L. c. cap. 19.

SON [53]) pinguia ex ano et vesica urinaria excreta viderunt. — Subinde icterus [54]) antecessit et pinguedinis excretae copia esu carnium [55]) aucta est.

Diarrhoea biliosa.

6. Praegressis oris amarore, linguae flavedine, anorexia, nausea, vomitu, sub doloribus plus minus vehementibus magna copia bilis, nonnumquam fere purae et integrae, per alvum dejicitur [56]). Id accidit infantibus sub dentitione, adultis ex animi commotionibus, aestivo tempore, in regionibus tropicis, ex perfrictione, post ductus biliferos obstructos.

Diarrhoea acida.

7. Acor primarum viarum, infantibus, qui lacte nutriuntur, et dentitione laborant, infestus, efficit diarrhoeam acidam, qua viridia, spumosa, lacti coagulato vel albumini dissecto similia, acidum olentia sub doloribus colicis ejiciuntur, sine manifesta hepatis labe.

D. pancreatica.

8. Pancreate indurato et hypertrophia affecto magna copia materiae salivalis [57]) et per anum dejicitur et in os adscendit et eructatur.

D. scrofulosa.

9. Nec minus tumor glandularum mesaraicarum earumque tubercula diarrhoeae favent, itidem diathesis scrofulosa, illorum morborum caussa. Sub hac diarrhoea scrófulosa, quae signis diatheseos et dictorum morborum localium excellit, venter mu-

53) Apud ELLIOTSON l. c.

54) KUNTZMANN l. c. 53. *Bd.* p. 107. — BRIGHT l. c. cas. I. II. III. — LLOYD l. c.

55) KUNTZMANN p. 120.

56) COSCHWITZ diss. de diarrhoea biliosa. Hal. 1729.

57) LAMBSMA l. c. p. 69.

mucosa reddere solet. Diarrhoea ipsa diutius protrahitur.

10. Diarrhoea serosa [58]), ex perfrictione corporis, imprimis pedum ac abdominis, vere et autumno frequentius oriunda, membrana mucosa intestini crassi instar catarrhi pulmonalis leviter inflammata multumque serosi fluidi exhalante [59]), in eo cernitur, ut sub torminibus et febricitatione aquosa, tenuia, vix bile tincta, parum olentia cum impetu, calore et ardore ani copiose et frequenter dejiciantur. Vix faecum vestigia comparent. Crisi, quam sudor adjuvat, facta, mucosa, sputis coctis similia cum salutis sensu eduntur. — Ejusdem originis et indolis diarrhoea est, quae variolas, morbillos, miliaria et aphthas concomitatur, utpote quae pendeat a sympathica membranae mucosae irritatione inflammatoria [60]). Diarrhoea serosa.

11. Diarrhoea aquosa in morbis hydropicis vel sponte vel remediis drasticis exhibitis occurrit, eorumque curam non raro adjuvat. Diarrhoea aquosa.

12. Ip-

58) *Synon.*: diarrhoea catarrhalis, rheumatica, catarrhus intestinorum. — Piso de morbis ex serosa colluvie. p. 234. — Coschwitz et Münnich diss. de diarrhoea serosa. Hal. 1729. — Lambsma l. c. cap. IV. p. 67 (de ventris fluxu aquoso). — Thomson *med. consultations on various diseases. Lond.* 1773. *Samml. auserles. Abhh.* 3. *Bd.* p. 43.

59) „Suntque haec alvi profluvia quasi sudores intestinorum, qui suppressa transspiratione moventur, fitque quasi inversa transspiratio." Lambsma l. c. cap. IV. p. 68.

60) Jam supra cap. III. §. XVII. no. 14. diarrhoeam satis constans enteritidis mucosae symptoma esse, ex Abercrombio cognovimus.

Diarrhoea urinalis.

12. Ipsum lotium per anum emittitur, ubi ulcere et vesicae et intestini recti parietes perforati fuerint [61]).

Diarrhoea pituitosa.

13. Diarrhoea pituitosa[62]), mucosa sequitur statum pituitosum [63]), aut sponte aut arte excitata, qua alba, gelatinosa [64]), vitrea, vel flavescentia vel viridescentia, vel foetida vel parum olentia, vel pura, vel cum faecibus commixta, cruore tincta redduntur, quod ubi sufficiente modo acciderit, nec postea mucus denuo accumuletur, salutem secum fert, contra vero diutius perdurans, vires exhaurit, maciemque et atrophiam facit. — Hic vero morbus, subinde epidemicus, utplurimum et scrofulosis et venosis accidit, rarius cibi, muco, glutine, albumine, amylo, saccharo abundantes, sine praevia fermentatione parati, nec non ipsi in fermentationem proni, nimia copia assumti, et in intestinis collecti proximam morbi caussam exhibent.

Diarrhoea haemorrhoidalis.

14. Diarrhoea haemorrhoidalis [65]) variis haemorrhoidum signis stipata, per periodos redire so-

61) P. Frank epit. lib. V. P. II. p. 455.

62) Stalpartus van der Wiel cent. I. obs. 62. — Lambsma l. c. p. 76 (de dejectionibus glutinosis). — Poitevin *diss. sur la diarrhée muqueuse. Par.* 1810. — Reil *Erk. und Kur der Fieber.* 3. *Bd.* p. 518.

63) Cf. cap. X. §. L. 6.

64) „Quidam gulo humorem glutinosum, limi instar, ano excrevit ad crassitudinem pedis.“ Lambsma l. c. p. 77. ex Dureto.

65) Schrader diss. de diarrhoea haemorrhoidibus fluentibus juncta, Lugd. Bat. 1728.

redire solet; redduntur vero non raro cum tenesmo mucosa et cruenta.

15. Diarrhoea, ab arthritide vel retenta, vel suppressa oriunda, aut paroxysmum arthriticum concomitans similia reddit ac diarrhoea haemorrhoidalis, attamen graviorem dolorem excitat. Diarrhoea arthritica.

16. Diarrhoea cruenta [66]) dicitur, quando minor [67]) cruoris copia, qui nec haemorrhoidibus, nec dysenteriae, nec melaenae tribuendus est, simul cum faecibus, muco, sero, pure, ichore per anum rejicitur. Tali diarrhoea cruenta infantes recens nati[68]), ex dentitione difficili, vermibus acrive materia in intestinis contenta, vel sine manifesta caussa, adulti ex neglectu diarrhoeae serosae [69]), ex ulceribus intestinalibus, laesione intestini, statu scorbutico[70]) putrido corripiuntur, nec raro in vitae discrimen conjiciuntur. Diarrhoea cruenta.

17. Quam-

66) Diarrhoea sanguinea. — PETRI AB HARTENFELS diss. fluxus alvi cruentus. Erf. 1605. — ZEISING diss. de morbo nigro HIPPOCR., vomitu cruento et diarrhoea cruenta. Jen. 1824.

67) Major cruoris copia ex ulla quadam caussa per anum reddita, jure haemorrhagiis, de quibus infra, tribuitur.

68) REICHEL in LUDWIGII adversar. med. pr. Vol. III. P. 3. p. 567.

69) HORN in ipsius *neuem Archiv f. med. Erfahr.* 6. *Bd.* p. 242 (sectio docuit colon gangraenosum et perforatum, tenuia hic illic inflammata esse).

70) *Report from the select committee on the state of the penitentiary at Milbank. Ordered by the house of commons to be printed* 8. *Jul.* 1823. — *The Edinb. med. and surg. journ.* 1824. *Jul.* p. 97 („*we examined by dissections the*

Diarrhoea periodica.

17. Quamquam diarrhoea continua utplurimum est, tamen accidit, ut eadem subinde singulos accessus haberet. LANZONI[71]) diarrhoeam annuam, idem[72]) menstruam in puello 9 annorum post dysenteriam quovis mense crescente luna redeuntem, ROMMELIUS[73]) menstruam, mensium defectum supplentem, idemque[74]) menstruam in gravida, quae inde nil detrimenti cepit, DEGNER[75]) tertianam, LIMPRECHT[76]) quotidianam observarunt. KÖHLER[77]) diarrhoeam cum torminibus febris intermittentis tertianae paroxysmos comitantem vidit.

Fluxus coeliacus.

18. Fluxus coeliacus[78]) inde ab antiquissimis[79])

bodies of two prisoners, who died dysenteric and found in various parts of the intestines the morbid appearances called in medical language ecchymosis — we found in fact an absolute scurvy of the bowels, of which diarrhoea and dysentery was only a symptome and consequence." p. 388).

71) Eph. nat. cur. dec. II. a. 8. obs. 201. p. 504.

72) Ibid. cent. I. II. obs. 63. p. 135.

73) Ibid. dec. II. a. 10. obs. 193. p. 374.

74) Ibid. dec. II. a. 5. obs. 149. p. 303.

75) *Bresl. Samml.* 1723. II. p. 570.

76) Acta nat. cur. Vol. II. obs. 137. p. 313.

77) Commerc. lit. Norimb. 1742. hebd. 37. p. 295.

78) A *κοιλία*, venter, alvus. *Synon.:* fluxus chylosus, passio coeliaca, ventriculosa; diarrhoea chymosa, chylosa, lactea, chymochezia, chymorrhoea, chylorrhoea, fluor albus intestinorum, blennorrhoea intestini recti. ITAL. *flusso coeliaco, flusso di corpo.* GALL. *passion céliaque, flux des alimens, flux chyleux, céliaque.* ANGL. *celiac passion.* HISP. *fluxo celiaco, pasion celiaca.* LUSIT. *fluxo celiaco.* GERM. *Milchruhr, weisse Ruhr, weisser Bauchfluss.* BELG. *Graauwe loop, rauwe Gylvloed.* DAN. *Buglöb, bugflod.* SUEC. *Bukflöd, Näringssot, utsot.*

mis [79]) temporibus dicitur morbus, quo alba, lacti

 si-

79) Hippocrates quidem hujus morbi mentionem non facit, jam vero Celsus (lib. IV. c. 12) morbum quemdam nominat κοιλίακον vix huc, sed potius ad colicam pertinentem (Triller et Löscher diss. de morbo coeliaco singulari a Corn. Celso descripto. Viteb. 1765. et in Opusc. med. Vol. I. p. 281). Majore jure locus cap. 18 („descendunt pituitae mucisque similia") ad nostrum morbum referri potest. Uberrimi sunt Coelius Aurelianus (de morbis chronicis lib. IV. c. 3. ed. Halleri T. XI. p. 290, cujus passio ventriculosa parum similis est hodiernae coeliacae, et vix non omnes ac singulas diarrhoeas chronicas in se comprehendit) et Aretaeus (de signis et causis morbor. diuturn. lib. II. c. 7. ed. Kühn p. 149, de curat. morb. chron. lib. II. c. 7. Ibid. p. 336, cujus κοιλιακὴ propius ad nostrum accedit). Galenus (defin. med. no. 267. ed. Kühn T. XIX. p. 421. et de locis affect. lib. VI. c. 2. Ibid. T. VIII. p. 383) morbum tangit, plura vero ad eum remedia (passim) commendat. Nec non Alexander Trallianus (lib. VIII. c. 5. ed. Halleri T. 6. p. 326), Aëtius (Tetrabibl. III. Serm. 1. c. 37. ex Archigene), Paulus Aegineta (lib. III. c. 40) et Actuarius (meth. med. lib. I. c. 20.) morbum coeliacum describunt. — Deinde P. Forestus (observ. lib. XVIII. obs. 51. p. 200. lib. XXII. 7. p. m. 371. obs. 26. p. 394), de Diemerbroeck (opera anat. et med. T. I. lib. 1. c. 8. p. 58), Smetius (miscell. med. lib. X. p. 528), Bierling (eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 152. p. 237), Amatus Lusitanus (observ. med. cent. III. 87. p. 289), Sim. Schulze (eph. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. obs. 76. p. 63), Verzascha (observatt. med. 1), Ballonius (epid. I. p. 13. et II. p. 218), Fel. Plater (observ. lib. III. p. 857) casus morbi ab ipsis observatos describunt. Seorsim morbum pertractaverunt Eglinger diss. de lienteria et fluxu coeliaco. Basil. 1667. — Rufine diss. de passione coeliaca. Lugd. Bat. 1671. — Frybrabend de affe-

similia (rarius alio colore tincta cinerea, cruentis striis notata) per anum redduntur. Haec diu pro chymo [80]) chylove non absorpto habita, a recentioribus [81]) autem medicis majore jure perversae se-

ctione coeliaca. Argent. 1681. — DE BERGER et JACOBI de fluxione ventris chylosa. Viteb. 1699. — SIEBENKEES diss. de lienteria et coeliaco fluxu. L. B. 1705. — CRAUSIUS et THÜMMEL de coeliaca. Jen. 1710. — IBBS diss. de morbo coeliaco. Hal. 1766. — VOGEL et SOTHEN diss. fluxus coeliaci genuina notio atque ratio expos. Gott. 1768. Ej. praelect. ed. II. §. 333. — UHTHOFF diss. de morbo coeliaco ejusque genuina notione. Gott. 1787. DOERING l. c. p. 193. — KUMMER diss. de passione coeliaca. Berol. 1789. — FLIES diss. de morbo coeliaco. Hal. 1791. — NICOLAI et HEINIGKE diss. de fluxu coeliaco. Jen. 1794. — MEYER diss. de affectione coeliaca ex viscerum abdominalium infarctu oriunda. Traj. ad V. 1794. — RICHTER *med. u. chir. Bemerk.* p. 70. — THILENIUS *med. u. chir. Bemerk.* p. 116. — LUND in act. reg. soc. med. Havn. T. IV. p. 423. *Samml. auserles. Abh.* 21. *Bd.* 2. *St.* p. 3. — DREISSIG in HUFELAND *Journ.* 43. *Bd.* 2. *St.* p. 3. — SCHWARZ ibid. 55. *Bd.* 5. *St.* p. 18. — BUMMEL ibid. 60. *Bd.* 6. *St.* p. 3. — GRAVES *Dublin hospital reports Vol. IV.* p. 46 (*whitish stools*). — REINTZSCH diss. de fluxu coeliaco. Berol. 1826. — RASCHE diss. de fluxu coeliaco syphilitico. Berol. 1829. — LIPPE diss. de fluxu coeliaco. Gott. 1830. — SEBREGONDI in *Heidelb. klin. Annalen* 10. *Bd.* p. 401.

80) ARETAEUS l. c. — VOGELIUS jam a. 1768 l. c. hanc opinionem argumentis validissimis refutavit, quem secuti sunt RICHTER l. c. — P. FRANK l. citando. — REIL *Erkenntn. u. Kur der Fieber. Bd.* 3. p. 526. — WEDEKIND *Aufsätze über versch. wichtige Gegenstände der Arzneik.* p. 345. — SÖMMERRING de morb. vas. absorbent. c. IV. §. 63. — DREISSIG l. c. p. 11 (qui chemico experimento instituto sibi persuasit, materiam ejectam non esse chylum).

81) BALLONIUS l. c. — FORESTUS l. c. — RICHTER *med. u.*

secretioni membranae mucosae intestini imprimis recti tribuuntur. Morbum infantes [82]) et senes [83]) frequentius invadere veteres contendunt, recentiores [84]) refutant, qui contendunt, morbum sequi diarrhoeas rebelles, dysenteriam [85]), choleram, lienteriam, colicam; praeterea accusantur dyscrasia quaedam (a VOGELIO), arthritis [86]), haemorrhoides [87]), scrofula [88]), syphilis [89]), status pituitosus, vermes, seminis jactura [90]), purgantia drastica, clysteres excitantes, equitatio diuturna [91]), suppressio mensium [92]), lactis, morbi cutanei [93]), vitia viscerum abdominalium [94]), imprimis glandularum cum intestinalium tum mesaraicarum. Morbum ipsum antecedere solent: ventriculi oppressio, dolor obtusus, inflatio, dolores vel leniores vel ipsi colici, per ab-

chir. Bemerkk. 1. *Th.* p. 70. — LUND l. c. — UHTHOFF l. c. p. 14. 32. — P. FRANK epit. L. V. P. 1. p. 460. — SÖMMERRING de morb. vas. absorb. p. 153. — DREISSIG l. c. p. 11. — RUMMEL l. c. — GRAVES l. c.

82) ROSENSTEIN *Kinderkrankh.* p. 137. — DREISSIG l. c.

83) DREISSIG l. c. p. 4. 8.

84) RICHTER *med. u. chir. Bemerkk.* 1. *Bd.* p. 70. — SAM. GL. VOGEL *Handb. d. pr. A. W.* 6. *Bd.* p. 90. — Ipse quidem vidi materiam lacti simillimam faecibus infantum interjectam, attamen sine damno.

85) BRENDEL l. c. — HUFELAND in ipsius *Journ.* 1. *Bd.* p. 130.

86) VERZASCHA l. c. — DREISSIG l. c. p. 23.

87) RICHTER et THILENIUS l. c.

88) KORTUM de vitio scrof. Vol. I. p. 141.

89) RASCHE l. c. 90) RICHTER l. c. 91) DREISSIG l. c. p. 10.

92) HUFELAND in ipsius *Journ.* 32. *Bd.* 6. *St.* p. 19.

93) THILENIUS l. c. 94) SEBREGONDI l. c.

abdomen divagantes, anorexia, bulimus, ructus, flatus, sitis, anxietas, quae symptomata cibis assumtis augentur. Deinde, plerumque sub tenesmo, albida, vel albocinerea, lacti simillima, initio faeces obducentia, aut naturales aut liquidiores per anum redduntur; postea morbo increscente eadem materia sincera, subinde cinereo, flavo, viridi colore tincta, striisque cruentis notata vel foetens vel inodora repetita vice evacuatur, et faeces integrae plerumque matutino tempore redduntur, sed solito rarius. Copia muci excreti varia, nunc vix cochlear implet, nunc major est, et animi deliquium vel debilitatis sensus producitur. Excretio praeternaturalis non raro sequitur esum ciborum quorumdam, qui simul anxietatem, flatus et pressionem ventriculi excitare solent. (Cohausen [95]) hunc fluxum cum diabete complicatum sanavit). Sic morbus per menses et annos protrahitur, subinde remittit [96]) et exacerbatur. Denique nutritio laeditur, vires consumuntur et febris hectica supervenit, qua extinguitur aeger vel sola, vel accedentibus symptomatibus nervosis et hydropicis. Necroscopia docuit, intestina, imprimis in-

95) Nova acta nat. cur. T. 2. obs. XI. p. 37.

96) P. Frank (l. c.) tractavit senem, hoc morbo laborantem, „qui saepe per octo et quindecim per dies sat bene valere, cibos appetere videbatur, cum illico borborygmis praecedentibus copiosis, ventre turgente ac tenso, nec sine aliqua instantis deliquii sensatione, quam plurima ex ventre egereret pultacea, fluidiora, cinerei vel et albidioris coloris excrementa spumantia foetidissima.“

inferiora dilatata, eorum vero glandulas [97]) non minus quam mesaraicas [98]), tumidas, induratas, ulceratas [99]), in mesenterio fungos medullares [100]), intestinum colon et rectum melanosi destructa [101]), hoc perforatum [102]), ejusque tunicam mucosam emollitam [103]), epithelio orbatam [104]) esse. Praeterea hepar et lien magna et scirrhosa [105]) comparuerunt.

Diarrhoea purulenta.

19. Diarrhoea purulenta ea est, qua verum pus separatum a faecibus redditur. Id quidem accidit, ubi apostema mesenterii [106]), hepatis [107]), lienis [108]), pancreatis [109]), omnium frequentissime in regione iliaca dextra ex perityphlitide ortum [110]) in intestinum, maxime crassum, apertum fuerit. Contra ulcera membranae mucosae tantam puris copiam haud effundunt, quae in recrementis conspici possit, diarrhoea vero inde nata ulcerosa dicenda esset.

Fluxus hepaticus.

20. Fluxus hepaticus [111]), quem diarrhoeam icho-

97) Dreissig l. c. p. 12. — Rasche l. c. p. 22 (recti).

98) Diemerbroeck anat. lib. 1. c. 8. p. 58. — Bierling l. c.

99) Reintzsch l. c. p. 26. 100) Sebregondi l. c. p. 414.

101) Ibid. 102) Ibid. 103) Rasche l. c. p. 22. 104) Ibid.

105) Bierling l. c.

106) F. Hoffmann opera T. II. p. 174. obs. 3. — Ben. Sylvaticus cent. 2. obs. 86. — Lambsma l. c. c. 7. — Stupanus in act. Helvet. Vol. 1. p. 78.

107) König in eph. nat. cur. dec. II. a. 10. obs. 117. p. 211.

108) Lambsma l. c. 109) Lambsma l. c.

110) Egometipse verissimum pus tali sub casu conspexi ter quaterve.

111) *Synon*: hepatirrhoea, diarrhoea s. dysenteria hepatica,

ichorosam dicere mallem, haec diarrhoeae species est,

atonia s. catarrhus hepatis, hepatorrhagia, aimatera. ITAL. *flusso epatico.* GALL. *flux hépatique.* HISP. et LUSIT. *fluxo hepatico.* ANGL. *hepatick flux, the flux of the liver.* GERM. *Leberfluss, Leberruhr.* BELG. *Leverloop. Levervloed.* DAN. *Leverflod.* SUEC. *Lefverflöd.* — Hunc affectum jam nosse dicitur HIPPOCRATES, ejusque mentionem faciunt GALENUS (de sympt. caussis lib. III. c. 7. ed. KÜHN T. VII. p. 244; de locis affectis lib. V. c. 8. Ibid. T. VIII. p. 359. lib. VI. c. 2. Ibid. p. 383), AËTIUS (lib. X. c. 1.), ALEXANDER TRALLIANUS (lib. VIII. c. 3. ed. HALLERI T. VI. p. 315.); PAULUS AEGINETA (lib. III. c. 42); ACTUARIUS (lib. IV. c. 6). Postea seorsim de nostro morbo egerunt SCHROEDER (diss. de fluxu hepatico. Jen. 1602). SEILER (diss. de fluxu hepatico, Basil. 1626); METZGER (diss. de fluxu hepatico, Tub. 1671); CORCEUS (diss. de fluxu hepatico, Lugd. Bat. 1672); STARKE et STADLANDER (diss. de fluxu hepatico, Regiom. 1681); CRÜGER (eph. nat. cur. dec. II. a. 9. obs. 140. p. 142); FEHR (ibid. a. 3. obs. 17. p. 17); LANZONI (ibid. a. 9. obs. 48. p. 82); DÜRR (ibid. a. 10. obs. 178. p. 352); SCHRÖCK (ibid. dec. III. a. 1. obs. 165. p. 305); OVELGÜN (acta nat. cur. Vol. VII. obs. 29. p. 77); BÖNNEKEN (nova acta N. C. T. II. obs. 21. p. 80); BIANCHI (hist. hepatis P. II. c. 9. p. 172); F. HOFFMANN (diss. de morbis ex vitio hep. Hal. 1723. p. 13); BRENDEL et MERCKEL (diss. de fluxu hepatis, Viteb. 1715); FISCHER (diss. de fluxu hepatico, Erf. 1728); KEST (diss. de fluxu hepatico, Basil. 1729); BOURDIER (*Journ. de méd. T.* 38. p. 44); ELLER (*med. u. chir. Bemerk.* p. 118); RICHTER (*med. u. chir. Bemerk.* 1. *Bd.* p. 144); ANDREAE (cogitata quaedam de fluxu hepatico, Jen. 1795); LUTZ (diss. de hepatirrhoea, Gott. 1796); ABR. (*Journal der Erfind.* 4. *St.* p. 58. 5. *St.* p. 22); DUESTERBERG (diss. de fluxu hepatico, Berol. 1818); TILING (diss. de haemorrhoidibus, melaena et fluxu hepatico ex eodem fonte profluentibus, Dorp. 1827).

est, qua materia aquosa, saniosa, loturae carnis similis per alvum dejicitur. Cujus quidem morbi sedes olim in hepate quaerebatur solo ejusque aut ulcere [112]) aut alio vitio aut perversa secretione (imbecillitate GALENO dicta); praeterea et alia organa accusabantur, uti lien, pancreas, mesenterium; omnium frequentissime me [113]) quoque teste fluxus hepatici caussa latet in carcinomate intestinorum, imprimis recti, cujus fistula[114]) eamdem vim habet; RICHTER [115]) hunc fluxum cum melaena componit; idem denique stasibus [116]) venosis, abdominis plethorae, haemorrhoidibus[117]), scorbuto, febri putridae, intermittenti [118]) perniciosae, acori primarum viarum in infantibus obvio, tribuitur, et dysenteriam [119]) sequitur. Pro varia, quae morbum excitaverit caussa, varia symptomata fluxum ipsum antecedunt et comitantur. Hic ipse ita se habet, ut saepius per diem intervallis haud fixis et regularibus vel sub tenesmo et colica vel sine illis, parca copia materiae supra descriptae ejiciatur, contra faeces retinentur, eaeque alternis diebus rariusque, rubicundae, al-

112) BONTIUS, JORDANUS et BALLONIUS l. citandis. — LUTZ l. c. p. 29.

113) Quae fluxus hepatici exempla vidi cum cancro vel caeci vel recti intestini conjuncta erant.

114) *Journ. der Erfind.* 5. *St.* p. 33.

115) L. c. (refert casum morbi nigri, qui nil fere commune habet cum fluxu hepatico).

116) LUTZ l. c. p. 21 (hunc solum pro genuino declarat).

117) OVELGÜN l. c.

118) TORTI p. 126.

119) CRÜGER l. c. — DÜRR l. c.

albae, decolores redduntur. Morbo vero diutius protracto symptomata antecedentia increscunt, simul nutritio corporis laeditur, atrophia vel hydrops finem imponunt morbo et vitae. Necroscopia docuit hepar permagnum, molle, destructum et fere consumtum [120]); vesica fellea loco fellis cruorem vel laticem cruentum in se continuit.

Lienteria. 21. Lienteria [121]), antiquitus [122]) bene nota, et nostris temporibus a complurimis [123]) pertracta-

120) Bontius med. Indorum lib. VII. obs. 19. — Jordanus de pestis phaenom. c. 19. — Ballonius consilia, med. lib. I. p. 53. — Bourdier l. c.

121) Gr. λειεντερία a λεῖον laeve et ἔντερον intestinum. *Synon.*: laevitas s. laxitas intestinorum; diarrhoea dyspeptica, ingestorum. Ital. *lienteria*. Gall. *lienterie*, *flux des alimens*, *foiblesse d'intestins*. Angl. *lientery*. Hisp. *lienteria*, *fluxo de viandos*. Lus. *lienteria*, *fluxo de alimentos indigestos*. Germ. *Lienterie*, *Speisefluss*, *der rohe Bauchfluss*, *Durchfall*, *Darmruhr*, *Magenruhr*. Belg. *Spysloop*, *Loslyvigheid*, *Afgang van onverteerde spys*. Dan. *Buglöb*, *Bugflod*, *Madlöb*. Suec. *Matsot*, *Tarmrönna*, *Durchlopp med osmält spis*. Isl. *Mergruna syki*.

122) Hippocrates de affectionibus lib. ed. Kühn Vol. II. p. 401. Prorrhet. lib. II. Ibid. Vol. I. p. 217. Aphorismi. Ibid. Vol. III. p. 726. 750. 755. 766. — Aretaeus de s. et c. morb. chron. lib. II. c. 10. ed. Kühn p. 161. — Celsus lib. IV. c. 16. — Galenus passim in operibus, imprimis in commentar. ad Hippocratis aphorismos. — Paulus Aegineta lib. III. c. 40. — Aëtius Tetrabibl. III. Serm. 1. c. 51.

123) Thomas Erastus diss. de lienteria. Basil. 1583. —Mercklin diss. de lienteria. Basil. 1621. — Eglinger de lienteria et coel. affect. Basil. 1667. — Friderici et Wallich diss. de lienteria. Jen. . 670. — Brunnzell diss. de lienteria. Traj. ad Rh. 1688. — Mugowyk diss. de lienteria. Lugd. Bat.

ctata et observata [124]), eo insignis est, ut cibi potusque assumti vel crudi et omnino non, vel parum mutati brevi tempore per anum reddantur. Id quidem non raro ipsis sanis accidit, quippe qui duriores, tenaciores et difficiliores concoctu cibos, v. c. daucum carotam, tubera solani tuberosi, ervilia, lentes aliaque legumina, olus conditum, semina integra, ligamentosa et tendinosa parum mutata sine damno rejiciant. — Praeterea datur levior et transitoria lienteria, quae parum damni secum fert. — Vera autem lienteria ea est, qua omnes ac singuli cibi

1676. — ROSE diss. de lienteria. Harderov. 1692. — SCHMITZ diss. de lienteria. Duisb. ad Rh. 1694. — DE LA PLANQUE diss. de lienteria. Lugd. Bat. 1699. — DE BERGER diss. de lienteria. Viteb. 1699. — SIEBENKEES diss. de lienteria et fluxu coeliaco. Lugd. Bat. 1703. — RIVINUS diss. de lienteria. Lips. 1710. — JACOBI diss. de lienteria. Erfurt. 1711. — VAN MEGEN diss. de lienteria. Lugd. Bat. 1714. — DE PRÉ diss. de lienteria. Erf. 1720. — COSCHWITZ et STORCH diss. de leienteria. Hal. 1727. — HEUMANN diss. de lienteria. Altd. 1732. — WEIDMANN diss. de leienteria. Giess. 1745. — BÜCHNER et LIEBEROTH diss. casum de lienteria in puero observata et curata sist. Hal. 1750. — VOGEL et BIEL diss. de lienteria. Gott. 1770. — RENSING diss. de lienteria. Giess. 1786. — FICK diss. de lienteria. Jen. 1794. — AUTENRIETH in *Tübinger Blättern.* 1. *Th.* p. 157. — FRIEDREICH *über die Lienterie. Ein Programm. Würzb.* 1824. *Verhandl. der med. chir. Gesellsch. des Kanton Zurich im J.* 1826. p. 30. FRIEDREICH *Analekten zur Natur- und Heilk. Würzb.* 1831. p. 67. — LIEBESKIND de lienteria. Berol. 1832. — GANS diss. de lienteria. Berol. 1837. — WEINTRAUB diss. de lienteria. Pavia 1837.

124) JOD. LOMMIUS observ. med. p. 156. — THOMSON *med. consultat. on various diseases. Lond.* 1773. *Samml. auserles. Abh.* 3. *Bd.* p. 107.

bi potusque[125]) longius per temporis spatium tanta celeritate[126]) per tubum intestinalem transeunt, ut vix aliquot minutis praeterlapsis denuo in conspectum veniant. Hunc vero affectum praecedunt bulimus, pica, dein anorexia, inappetentia vel omnium ciborum, vel certi cujusdam, sapor vappidus, tensio, inflatio ventriculi, quae symptomata assumtis cibis valdopere evehuntur; hi praeterea perdurante morbo cardialgiam et colicam[127]) subinde excitant, ejectis demum cibis cedentes. Qui excernuntur cibi vel non mutati et inodori, vel arrosi[128]) nonnihil mutati simul cum muco, bile, vel cruore tincti ejiciuntur; aegri dysuriam accusant et urinae minorem copiam mittunt; praeterea sitis urget, somnus turbatur, artus debilitate corripiuntur; abdomen aëre inflatum, flatus iique inodori rarius ex-

125) Büchner et Lieberoth l. c. („referebant parentes, solidos cibos, si quos assumsisset (puer aegrotus) crudos per alvum rejectos fuisse. Jam vero fastidiebat omnem cibum et sola potulenta appetebat; vix autem illa deglutiverat, cum murmura ventris et borborygmi oriebantur, atque brevi unius circiter minuti spatio, per alvum ea reddebat prorsus immutata, nisi quod post factam illorum excretionem exigua muci quantitas prodiret"). — Pechlinus observatt. physico- med. lib. I. c. 53. p. 122.

126) Pechlinus l. c. — Laubius acta nat. cur. Vol. II. obs. 108. p. 242.

127) Hippocrates autem (de affect. l. c. T. II. p. 401), Lentilius (iatromnem. theoret. pract. cap. 76. p. 312), Rulandus (curat. empir. lib. III. p. 246) expressis verbis dolores adesse negant.

128) Bontius de med. Indor. c. XII. — Lentilius iatromnem. med. pr. c. 76. p. 312. — Amatus Lusitanus cent. II. curat. 56. — Grülingius observatt. med. cent. V. 24.

excernuntur; cutis arida; morbo diutius protracto tandem summa debilitas, macies, sudores colliquativi, febris hectica, lapsus capillorum, aphthae, oedema, hydrops superveniunt. Necroscopia pylorum laxum et dilatatum [129]), contractum [130]), ventriculum et colon transversum concreta et perforata, ita ut cibi proxime ex illo in hoc transirent [131]), mesenterium et intestinum caecum indurata, reliqua intestina et ventriculum papyri instar attenuata [132]), tunicam internam ventriculi et intestinorum flaccidorum et tenuissimorum prorsus absumtam, nec rugas nec valvulas conniventes relictas [133]), ulcerosam intestini coli dispositionem [134]), ulcus [135]) in postremo intestino, scirrhum intestinorum [136]), mesenterii abscessum steatomatosum [137]) ante oculos posuit. — Caussae praedisponen-

129) Ruyschius observat. anat. chir. no. 74. — At teste Morgagni (de sed. et caus. morb. ep. XXI. art. 15. et ep. XXXI. art. 4) pylorus dilatatus sine lienteria praegressa deprehensus est.

130) Stark *Handb. zur Kenntniss u. Heil. inn. Krankh.* 2. *Th.* p. 291.

131) Vogel *Handb.* 6. *Bd.* p. 79. — Friedreich l. c. p. 28 — Huc fortasse Foresti obs. 33. libri VIII. pertinet.

132) Göckelius eph. nat. cur. cent. VI. obs. 94. p. 396. Tab. VIII. fig. 1. 2. Heister *Wahrnehmungen no.* 433.

133) Vater in eph. nat. cur. dec. III. a. 2. obs. 16. p. 23.

134) Brunner pancr. secund. c. 7.

135) Schenkius obs. med. lib. 3. p. m. 376.

136) Grassius in act. nat. cur. Vol. II. obs. 65. p. 164.

137) Laubius acta nat. cur. Vol. II. obs. 108. p. 242 (hic sic dictus abscessus ad tumores retroperitonaeales Lobsteinii referendus videtur).

nentes sunt aetas infantilis, senilis [138]), hypochondria, hysteria, rheumatismus, arthritis, spirituosorum abusus, onania, dysenteria [139]), colica, diarrhoea rebellis [140]), cholera, ulcera intestinalia [141]), aphthae [142]), metrorrhagia [143]). Excitant lienteriam animi commotiones, anxietas, curae, metus, drastica, venena acria, nitrum [144]), poma immatura [145]), acida, cerevisia acida, perfrictio [146]) abdominis, suppressio arthritidis, exanthematum [147]), febris hectica. Caussa proxima cernitur tum in accelerato motu [148]) peristaltico, tum in pravitate succorum, qui cibos dissolvere deberent, his accedit pylori atonia et dilatatio, nec non perfo-

138) Attamen HIPPOCRATES (aphor. p. 726.) morbum aetati constanti tribuit.

139) HIPPOCRATIS aphor. ed. KÜHN Vol. III. p. 766. — RICHTER *med. u. chir. Bemerk.* 1. *Bd.* p. 104. — SCHÄFER HUFELAND *Journ.* 35. *Bd.* 4. *St.* p. 69.

140) THOMSON l. c. — BÜCHNER et LIEBEROTH l. c. — NICOLAI *Fortszg. d. Pathol.* 1. *Bd.* p. 651.

141) Subinde cibos, parum mutatos, ab iis redditos vidi, qui febrem nervosam, utplurimum cum ulceribus intestinalibus conjunctam superaverant.

142) ROSENSTEIN *Kinderkrankh. Uebers. v.* MURRAY. *Gött.* 1798. p. 134. — HERM. BOERHAAVE et VAN SWIETEN *T. III.* §. 991.

143) HORN *Archiv f. pr. Med. u. Klinik.* 5. *Bd.* p. 102.

144) WENDELSTADT in HUFELAND *Journ.* 35. *Bd.* 4. p. 54.

145) AUTENRIETH in *Tübinger Blättern.* 1. *Bd.* p. 159.

146) FRIEDREICH l. c. p. 22. — BONTIUS med. Indorum lib. III. c. 12.

147) FICK l. c. p. 23.

148) HORN *Archiv* 1816. *Mai, Juni.* p. 522.

foratio ventriculi et intestini coli, secum cohaerentium et concretorum. Quare cum Büchner et Lieberoth [149]), ac Friedreich[150]) tres lienteriae species constitui: 1) a depravatis succis, qui coctioni inserviunt, in qua cibi non tam cito, sed subinde sequente demum die abire solent, 2) lienteria spastica, quam dicit Friedreich, ab accelerato motu peristaltico, eo insignis, ut cibi brevi tempore praeterlapso dolore colico praegresso abeant, et 3) a vitio organico, aut pylori dilatatione aut a perforatis ventriculo et intestino colo concretis. Sub hoc casu nunc faeces bene formatae nunc cibi non concocti excernebantur.

22. Vest [151]) morbum militibus in nosocomiis, praecipue bellicis versantibus proprium describit, quem *diarrhoeam bellicam* dicerem. Ea vel ii, qui febre intermittente, vèl scabie laborarunt, quive ab alio morbo convaluerunt correpti sunt. Aegri, eorumque pauci cum tenesmo, sexies ad quadragesies vel saepius nycthemero desidebant et tenuia, aquosa varii coloris reddebant; brevi emaciabantur, ita ut pulsus celeres, parvi, debiles, in hydropicis filiformes redderentur; facies ab initio morbi pallebat; alii stupore, alii erethismo affecti erant, decubitus, erosiones ani cru- Diarrhoea bellica.

rum-

149) L. c. Quos a Friedreich praetermissos esse, miratus sum.

150) L. c.

151) *Beobacht. u. Abhandl. aus d. Gebiete d. ges. pr. Heilk. von österreich. Ärzten. Herausg. von den Prof. zu Wien* 1. *Bd.* p. 231.

rumque accedebant. Compluribus pedes tumebant, vesicae in dorso pedum oboriebantur, flavo vel fusco sero plenae, postea gangraenescentes; nonnulli erysipelate vel phlegmone faciei, brachiorumque correpti; alii petechias et epistaxin habebant; plurimi viribus exhaustis moriebantur, et plures dies ante mortem odorem cadaverosum spargebant. Subinde diarrhoea cessabat, ejusque locum hydrops anasarca tenebat. — Necroscopia constanter docuit, laticis aquosi minorem majoremve copiam in cavitate abdominis haerere, tunicas intestinorum flaccidas, emollitas, friabiles, villosam intestini crassi a parte transversa usque ad anum maculis gangraenosis notatam, alii in vesicula fellea laticem decolorem habebant, alii loca inflammata in intestinis tenuibus exhibebant. Caussa morbi in scorbuto ponitur.

Diarrhoea infantum. 23. Quum quam plurimae species diarrhoeae infantes invadunt, vix singularis diarrhoea infantilis [152]) constitui potest. Juvabit vero ea commemorasse, quae eamdem in infantibus prae caeteris excitant. Primum ipsi recens nati, quibus ubera omnino non praebentur, quive ex iisdem lac minus salutiferum hauriunt, diarrhoea [153]), qua

152) Armstrong *an account of the diseases most incident to children. Lond.* 1777. p. 32. *Samml. auserles. Abh.* 4. *Bd.* p. 58. — Fischer *prakt. Bemerk. über den langwierigen Durchfall bei Kindern.* Hufeland *Journ.* 16. *Bd.* 1. *St.* p. 107. — Bastassich diss. de diarrhoea infant. Pesth 1819.

153) Diarrhoea lactantium. Zugenbühler *über den vielfarbigen*

qua flava, tenuiora, mucosa redduntur, corripiuntur et exhauriuntur. Deinde ablactatio [154]) et dentitio [155]) haud raro diarrhoeam excitant, qua viridia, coacta, lacti coacto similia excernuntur; quid quod ab eadem forte, sed non sola caussa diarrhoea cruenta producitur, ad quam dysenteria [156]) a dentitione accedere videtur. Simul cum cruore mucosa redduntur. Praeterea diarrhoea stercoralis, a drasticis et venenis, diarrhoea verminosa, biliosa (rarius), acida, scrofulosa, serosa, fluxus coeliacus et lienteria non minus infantes quam adultos invadunt. Postremo diarrhoea symptomatica, variolosa, morbillosa, aphthosa infantes frequentius quam adultos afficit.

24. Denique et senes alvi profluvio corripiuntur, quod nullo pacto sedari potest; vox acuta, humilis, extrema frigida [157]). Diarrhoea senum.

§. LXIV.

P r o g n o s i s.

1. Haud raro diarrhoea saluti est, quippe qua materiae nocentes vel in sanguine latentes et Diarrhoea salutaris.

Durchfall junger Kinder c'est à dire de la diarrhée bigarrée des enfans. SEDILLOT *Journ. de méd. T.* 57. p. 246.

154) HIRSCH *Bemerk. über* diarrhoea ablactatorum, *Gastromalacie und den Gebrauch des Höllensteins.* HUFELAND *Journ* 90. *Bd.* 4. *St.* p. 36.

155) Diarrhoea dentitionis. GULFELD *obs. sur la diarrhée de la dentition. Annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* 20. p. 416.

156) Cf. cap. XIII. de dysenteria §. LXIX. I.

157) Jos. FRANK in schedis.

et ab intestinis secretae, vel in intestinis ipsis haerentes ejiciuntur; haec vero critica [1]) dicitur. — Jam CELSUS [2]), „sed uno, inquit, die fluere alvum saepe pro valetudine est, atque etiam pluribus, dum febris absit et intra septimum diem id conquiescat. Purgatur enim corpus et quod intus laesurum erat, utiliter effunditur." Et HIPPOCRATES [3]) „in alvi perturbationibus et vomitionibus, quae sponte eveniunt, si qualia oportet purgentur, conducit et facile tolerant." — Salutem ferunt diarrhoeae stercorales, venenosae, verminosae, biliosae, acidae, pituitosae, haemorrhoidales, purulentae, siquidem materiae in intestinis haerentes ejiciuntur, quare quae sequitur obstructiones, jure laudatur. Hydropem diarrhoea accedente sanari, jam HIPPOCRATI [4]) notum erat. Praeterea eadem curam aliarum dyscrasiarum et cachexiarum adjuvari, ideoque in iis curandis purgantia medicamina exhiberi, nemo nescit. Sed etiam febribus [5]), iisque malignis, inflammationibus [6])

1) WERKSHAGEN diss. de valore criticae diarrhoeae. Hal. 1795. — FAUCHIER *réflexions et observations pratiques sur la diarrhée qui n'est ni produite ni accompagnée par la foiblesse.* SEDILLOT *Journ. de méd. T.* 49. p. 168.

2) Lib IV. c. 19.

3) Aphor. Sect. I. 2. ed. KÜHN T. III. p. 706.

4) Coac. praenot. ed. KÜHN T. 1. p. 310. 314. — Aphor. Sect. VI. 14. Ibid. T. III. p. 751.

5) F. HOFFMANN de diarrhoea in febribus malignis aliisque morbis acutis salutari. Hal. 1700. In ej. oper. Suppl. T. II. — LUDWIG diss. de diarrhoea in morbis acutis. Lips. 1754. — JUCH diss. de diarrhoeis in morbis acutis saluta-

bus [6]) et morbis cutaneis, imprimis variolae superveniens salutaris et critica est; et infantes, quibus alvus sub dentitione modice fluit, rarius gravioribus et convulsivis symptomatibus corripi solent teste WEISSIO [7]). Quodsi nonnisi materiae nocentes evacuantur, diarrhoea modica est, nec nimis protrahitur, nec dolores eminent, et caussae sine difficultate tolli possunt, aut ipsa diarrhoea opem fert, sensumque euphoriae relinquit, abdominis symptomata diminuuntur, fausta prognosis constituenda est.

2. Diarrhoea [8]) intempestive suppressa, quae ejicienda fuissent, retinentur in intestinis, eaque male afficiunt; praeterea suppressa secretione intestinali, et resorptione earum rerum, quae in intestinis retinentur, aliae corporis partes laedi possunt. Quare cum tormina [9]) et tensiones hypochondriorum, praecordiorum anxietates [10]), suf- Diarrhoea suppressa.

O o 2 fo-

ribus. Erf. 1756. — BUCHNER diss. de diarrhoeae in febribus exanthematicis salute et noxa. Hal. 1765. — LAMBSMA l. c. p. 148. c. XIV. „quando venter fusus febricitantibus conveniat."

6) Pneumonia, pleuritis, metritis.

7) Diss. citanda p. 8. — HIPPOCRATES lib. de dentitione, ed. KÜHN. T. 1. p. 482. — Nec ego umquam infantem diarrhoea sub dentitione affectum, convulsionibus correptum vidi, quae quidem constanter fere cum alvo segniore conjunctae sunt.

8) WEISSIUS et MÜLLER diss. de damnis e diarrhoea intempestive suppressa oriundis. Altorf. 1742.

9) CARLIUS in commerc. lit. Norimb. a. 1735. hebd. 31. p. 243.

10) *Bresl. Samml. XV. Vers.* p. 193.

focationes[11]), singultus[12]), cardialgia, nausea, vomitus, colica, enteritis, obstructio lethalis[13]), ileus[14]), lumbago et tenesmus[15]), dyspepsia, infarctus[16]), icterus, tympanites, tum erysipelas[17]), arthritis[18]), rheumatismus, pleuritis, nephritis, ophthalmia[19]), coecitas, angina, abscessus et ulcera, dolor capitis, insania, phrenitis, epilepsia[20]), convulsio[21]) et paralysis diarrhoeam suppressam sequuti sunt. Quodsi denique in morbis acutis critica diarrhoea intempestive et praepostere cohibetur, decursum morbi perturbari, eumque in pejus ruere, indolem nervosam aut putridam in conspectum venire, et metastaticas inflammationes exoriri compertum est. Cohibita diarrhoea utut symptomatica in febribus continuis cum ulceribus inte-

11) Vicat, nova acta Helvet. Vol. I. p. 136.

12) Schuchmann, eph. nat. cur. dec. II. a. 8. obs. 212. p. 529. et Lanzoni ibid. dec. III. a. 1. obs. 33. p. 53. — Ledel ibid. dec. III. a. 5. 6. obs. 267. p. 618.

13) Bonetus p. 413. — Hollerius p. 204.

14) Ballonius paradigm. 42. — Bonet pharus med. lib. VIII. p. 413.

15) Forestus obs. lib. XXII. obs. 40.

16) Baglivius prax. lib. I. c. 9.

17) Sennert praxis lib. 3. P. 2. Sect. 2. cap. 6. p. 306.

18) Acta erud. Lips. a. 1723. p. 137. — Baglivius l. c. — Horstius l. citando. — Lentilius miscell. med. pr. P. I. p. 251. — Weissius l. c. — Lanzoni in eph. nat. cur. cent. 9. 10. obs. 10. p. 14.

19) Horstius obs. P. II. lib. III. obs. 10. p. 269.

20) Crumme, eph. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 85. p. 203.

21) Riedlinus lin. med. A. 3. mens. Nov. obs. 15. p. 778.

testinalibus conjunctis, perforatum intestinum esse, mihi persuasum est.

3. Quaecunque vero diarrhoea justo diutius protrahitur, vel limites excedit, deinde ea, qua utilia redduntur, omnium maxime ea, quae morbos hecticos comitatur, colliquativa dicta, quaeve ulceribus intestinalibus, aut carcinomati aliisve caussis vix tollendis originem debet, lienteria, fluxus coeliacus et hepaticus nihil salutis ferunt, et nisi arte, utplurimum multum valente, superantur, vires exhauriunt, nutritionem laedunt. Huc accedit, caussam diarrhoeae subinde ita constitutam esse, ut per se damnum ferat. Quae quum ita sint, diarrhoea haudquaquam vilipendenda aut negligenda est. — Accedente vomitu, diarrhoea saepenumero silet [22]), sin autem praeter vomitum febris et dolor eminent, gangraena timenda est. Diarrhoea, quae nescio aegro evenit, vel summam debilitatem [23]) vel deliria indicat; ad diarrhoe-

Diarrhoea nociva.

22) Hippocrates aphor. Sect. VI. 15. ed. Kühn T. III. p. 751 („longo alvi profluvio detento spontanea accedens vomitio profluvium alvi solvit"). Similia habet in libr. I. de morbis T. II. p. 174.

23) Haec vero debilitas subinde in solo intestino crasso conquiescit, quare ii, qui ulceribus intestinalibus laborant, non raro alvum inscii reddunt, quin id etiam in urinam cadat. Praeterea Dec. 1835 curavi puellam septennem, quae per quatriduum multa, magna, dura, nigra scybala nescia excrevit, licet satis bene valeret. Illa in colo intestino antea per tactum percipi potuerunt, et postquam excreta sunt, perfecte restituta est aegra.

rhoeam accedens meteorismus malum, pejus vero portendunt singultus et vomitus.

Prognosis singularum specierum.

4. Quae quum dicta sint de prognosi dirrhoeae in genere, videamus, quid singulae species portendant. — *Diarrhoea* vero *stercoralis* utplurimum fausta, nec nisi debilibus, literatis et senibus anceps est, ubi per nimis longum tempus, sub insigni virium languore perduraverit [24]. — Quae a *drasticis* excitatur diarrhoea, brevi tempore ad finem perduci solet; quae *venenis* originem debet, per se nil nocet, sed alia veneficii signa in censum vocanda. Diarrhoea *verminosa* nullum, *adiposa* et *biliosa* paullo majorem timorem injiciunt, *acida* in infantibus subinde gastromalaciam futuram indicat, *pancreatica* pro indole pancreatis taxanda. Diarrhoea *scrofulosa* vel atrophiam concomitare, vel phthisin scrofulosam indicare potest. Diarrhoea *serosa* per se leviorem sistit morbum, qui vero neglectus in dysenteriam aut chronicam diarrhoeam abire potest. — Diarrhoea *variolosa* a plurimis laudatur, *morbillosam* [25]) timeo, item *aphthosam* et *miliariam*. Quid de diarrhoea *aquosa* et *urinali* judicandum sit, supra jam dictum est. Diarrhoea *pituitosa* transitoria salutaris et critica, diutius protracta anceps. — Diarrhoea *haemorrhoidalis* plerumque bona, *arthritica* vero anceps et dubia, item *cruenta*, minus *periodica*. *Fluxus coeliacus* „interdum quidem aegros trahit, sed

24) P. Frank l. c. p. 452.

25) Saepius morbillos, ad quos diarrhoea accesserit, perniciosos et malignos observavi.

diss. de dysenteria. Jen. 1740. — Ferkel diss. de dysenteria. Argent. 1742. — H. G. Lichte praes. G. Richter: diss. de fluxu ventris dysenterico. Gotting. 1742. — Jo. Mayer de intestinorum difficultate. Prag. 1743. — Stahl diss. de dysenteria. Erf. 1743. — M. Visser diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1743. — Good diss. de dysenteriae curatione et praeservatione. Basil. 1743. — Juch diss. de vera dysenteriae indole ac curatione. Erf. 1744. — Schotanus diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1744. — Gruber diss. de febre acuta epidemica exanthematico-dysenterica. Basil. 1747 (Halleri disp. ad m. hist. Vol. III. no. 90. p. 384). — Costa diss. de diarrhoea et dysenteria epidemica, quae grassabatur Pucclavii Rhaetorum 1747. — J. G. Vogel praes. Vatero: diss. de dysenteria epidemica maligna, maxime contagiosa et maligna superiori anno patriam devastante. Viteb. 1747 (Haller l. c. no. 91. p. 399). — Chr. Weberus praes. M. Alberti diss. de dysenteria, epidemia quasi pannonica, turbulenta empiricorum cura, fere contagiosa et maligna, superiori anno vicina devastante loca. Hal. 1747. — Vordanck praes. E. Kaltschmied: diss. de dysenteria. Jen. 1748. — Macmichan diss. de dysenteria. Edinb. 1748. — J. A. Raimann praes. Büchner: diss. de origine dysenteriarum cautoque in his passi hungarici usu. Hal. 1750. — S. Th. Laurich praes. Büchner: diss. de singulari quadam Indorum orientalium dysenteria ejusdemque praecipua a nostrate differentia. Hal. 1752. — Hartwick diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1753. — Macfarlan diss. de dysenteria. Edinb. 1755. — Donckermann de dysenteria epidemica annorum 1757 et 1758. Teutob. ad Rhen. 1759. — Bruns diss. observationes quasdam anatomicas et chirurgicas exhibens. Gott. 1760. — Cartheuser diss. de profluviis alvi cruentis. Francof. 1760. — Eberhard diss. de dysenteria. Traj. ad Rhen. 1762. — Baker diss. de catarrho et dysenteria Londinensi epidemicis 1762. Lond. 1764 (cf. Sandifort thesaur, II. n. 17). — Chr. G. Müller praes. Büchnero: diss. dysenteriam ex principiis chemiae sublimioris perlustratam. Hal. 1764 —

1764. — Brought diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1765. — O. F. Meier praes. Vogel: diss. de dysenteriae curationibus antiquis. Gott. 1765. — Chr. Roth praes. Isenflamm: diss. de dysenteriae affinitate. Erlang. 1766. — Matthis diss. de dysenteria. Viennae 1766. — Mertens diss. dysenteriam Viennae 1763 observatam. Vienn. 1766. — Douglas diss. de dysenteria putrida. Edinb. 1766. — de Rycke diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1767. — A. J. Goetze praes. Schroeder: diss. de dysenteria analect. practica. Gotting. 1768 (v. Opusc. I. p. 319). — H. C. Reich praes. Chr. Rickmann: diss. de dysenteriae epidemicae vera indole atque curatione. Jen. 1768. — J. B. Funk pracs. Trillero: de sordidis et lascivis remediis antidysentericis vitandis. Viteb. 1770. — D. Zenner praes. Trillero: diss. de tumoribus subitis a dysenteria intempestive suppressa obortis. Viteb. 1771. — Rodtsperger diss. de dysenteria Tyrnaviensi anno 1775 epidemica. Tyrnav. 1775. — Tournay resp. Martin: quaest. med. an omni dysenteriae unica medendi methodus. Nancey 1779. — Nierenberger diss. de dysenteria. Argent. 1779. — van Ghert de dysenteria, quae grassata fuit Bredae 1780. Roterod. 1781. — Kniking (Leidenfrost) diss. de dysenteria, quae anno 1779 late grassata est. Duisb. 1780. — J. D. Boehme praes. Schoenmezel: diss. de dysenteria in annis 1779, 80 et 81 epidemica. Heidelb. 1781. — Boehmer diss. de morbo dysenterico. Hal. 1782. — Verhagen diss. de dysenteria biliosa putrida. Colon. 1782. — Duncker diss. de nonnullis praejud. et abus. circa dysenteriae curam evitandis. Duisb. 1782. — de Lauwere diss. de dysenteria. Harderov. 1782. — Thamer diss. de morbis epidemicis eorumque medela. Altd. 1782. — Thomingius diss. de dysenteria. Altd. 1782. — S. Oppenheimer diss. exhibens analecta de catarrho et dysenteria. Hal. 1783. — Kragenhof diss. descriptio dysenteriae Neomagensis ann. 1783. Harderov. 1784. — Bovilhac diss. de dysenteria. Monspel. 1785. — Walther diss. de dysenteria. Hal. 1785. — Conina diss. dysenteriae sistens historiam. Lugd. Bat

Bat. 1785. — RODGER diss. de dysenteria. Edinb. 1785 — WILSON diss. de dysenteria. Edinb. 1785. — ARCHER diss. de dysenteria. Edinb. 1786. — BEIN diss. de dysenteria. Giess. 1786. — ELSNER diss. de dysenteriae differentiis. Regiom. 1786 (DÖRING I. p. 192). — A. MAY diss. sist. casum de dysenteria verminosa. Erf. 1787. — BILGEN diss. de dysenteria. Giess. 1787. — CRUCIANI diss. de dysenteria (in EYEREL diss. med. Vindob. Vol. I. Vienn. 1787). — DONKERMANN diss. de dysenteria. Leid. 1789. — BARBOU diss. de dysenteria contagiosa, praecipue quae in Indiis occidentalibus observata. Lugd. Bat. 1788. — DURANDEAU *traité de la dysenterie. Bruxelles* 1789. — ALBERDING diss. de dysenteria. Lugd. Bat. 1789. — JOING diss. de dysenteria. Edinb. 1789. — MITCHEL diss. de dysenteria. Edinb. 1789 (DÖRING I. p. 191). — YOUNG diss. de dysenteria. Edinb. 1789. — VIEBRANS diss. de natura dysenteriae ejusque curandae modo. Gott. 1792.— BEGG diss. de dysenteria. Edinb. 1793.— ENGELKEN diss. de dysenteriae natura et indole. Rintel. 1793. — BERENDS diss. de difficultatis intestinorum definitione. Francof. 1793. — Idem et QUENTZEL de difficultatis intestinorum curatione. Ibid. 1799. — MENZIES diss. de dysenteria. Edinb. 1793. — CARPENTER diss. de dysenteria. Edinb. 1794. — F. G. GOEDE praes. REIL: diss. pathologia dysenteriae. Hal. 1794. — C. HIMLY diss. observationes quasdam circa epidemiam hujus anni dysentericam sistens. Gott. 1794.— IMHOF diss. de dysenteria. Erf. 1794. — OSTERTAG diss. de dysenteria. Stuttg. 1794. — SHARP diss. de dysenteria. Edinb. 1794. — VANDORPE *essai sur la dysenterie épidémique, qui a regné en Flandres. Courtray* 1795. — LEIDENFROST diss. usus opii et mercurii in dysenteria. Erf. 1795. — BANNERMANN diss. de dysenteria. Edinb. 1796.— C. S. LOCKE diss. de complicationibus dysenteriae febrilibus. Viteb. 1796. — PEYTON diss. de dysenteria. 1796.— STERNBERG diss. de dysenteria. Gott. 1796. — TEMPEL diss. de arthritide ejusque cum dysenteria connubio. Erf. 1796.— BAY (WILL.) *diss. on the operation of pestilential fluids upon the larges intestines, termined by no-*

so-

sologic dysentery. Newyork 1797 (*Salzb. med. Zeit.* 1801. *Bd. III.* p. 87). — C. Fischer praes. Boehmer: diss. de dysenteria. Viteb. 1797.— Fischer *diss. on that grade of the intestinal state of fever known by the name dysentery. Philadelph.* 1797. — Mackenzie *diss. on the dysentery. Philadelph.* 1797. — Oppermann diss. cogitata quaedam de dysenteria. Erlang. 1797. (*Salzb. med. Zeit. Ergänzungsbd. II.* p. 123) — Riesenbeck diss. meletemata quaedam de morbo dysenterico. Helmst. 1797. — Boering diss. descriptio symptomatum nonnullorum dysenteriae, ejusque caussae disquisitio. Erf. 1798. — Crudts diss. de dysenteria vera epidemica. Erf. 1798. — Liffmann diss. de dysenteria. Marb. 1799.— Schroeder praes. L. Kreyssig: diss. de peculiaris in dysenteria epidemica miasmatis praesentia, et de iis, quae id augere et propagare possunt. Viteb. 1799.— Watson diss. de dysenteria. Edinb. 1799.— Wauters commentatio de dysenteria. Gand. 1800.— H. Hesse diss. sist. disquisitiones quasdam circa usum evacuantium in dysenteria. Jen. 1800.— Lander diss. de dysenteria. Edinb. 1800.— Morison diss. de dysenteria. Edinb. 1800. — Sayers de dysenteria. Edinb. 1800. — Diemar diss. de dysenteria. Erf. 1801. — Martini diss. de dysenteriae natura et indole ac curatione. Jen. 1798 (*Salzb. med. chir. Zeit.* 1801. *Bd. IV.* p. 403). — J. Fr. Wiedemann analecta de dysenteriae et imprimis ejus therapiae antiquitatibus. Erlang. 1801. — Müller diss. de dysenteria. Edinb. 1802. — Tyce diss. de dysenteria. Edinb. 1802. — C. A. Kuhl praes. Ludwig: diss. de dysenteria. Lips. 1803. — Pouhier *diss. sur la dysenterie suivie de sentences et observations* d'Hippocrate *sur l'apoplexie. Par.* 1804. — Schira diss. de dysenteria. Würzeb. 1804 (*Salzb. Zeit.* 1805. *Bd. IV.* p. 63). — de Zobel praes. Seiler: diss. de dysenteria. Viteb. 1804. — Laponge *diss. sur la dysenterie. Strasb.* 1806. — Couad *diss. sur quelques points relatifs à la dysenterie. Par.* 1806. — Grellet *recherches sur quelques causes de la dysenterie. Par.* 1807. — Taillefer *sur la dysenterie observée dans les pays chauds. Par.* 1807. — Col-

— Collet *diss. sur la dysenterie. Par.* 1808. — Jacobi diss. de vera morbi indole, quo intestina in dysenteria affecta sunt. Erf. 1808. — de Place *considérations sur la dysenterie des pays chauds. Par.* 1808. — Hugonnenc *diss. sur la dysenterie. Par.* 1808. — Geitner praes. Platnero: diss. de dysenteria. Lips. 1809. — Mirus praes. Ludwig: diss. sist. observationes dysenteriae etc. Lips. 1812. — Lehmann praes. Platnero: diss. de dysenteria. Lips. 1812. — Delavennaye *diss. sur la dysenterie. Par.* 1812. — Rypens diss. de dysenteria simplici. Par. 1810. — Desjardins *diss. sur la dysenterie considérée plus partic. chez les marins. Par.* 1813. — Fr. Flist diss. de morbo dysenterico. Viteb. 1814. — J. Szabo diss. de dysenteria ejusque speciebus. Vienn. 1815. — J. Arnold diss. de dysenteria in exercitum regium Bavaricum bello moscovitico ann. 1812 epidemice grassata. Landsh. 1817. — Robertson diss. de dysenteria regionum calidarum. Edinb. 1817. — C. Brandt diss. de dysenteria. Berol. 1818. — R. Fisse diss. de dysenteria simplici. Leodii 1818. — Mollrecht diss. dysenteriae pathologiam sistens. Rostock. 1819. — Reehorst diss. sist. brevem descriptionem dysenteriae in Guianiae colonia. Heidelb. 1819. — Fr. Schmurr diss. de dysenteria. Berol. 1820. — Fr. Roeser diss. de dysenteria. Berol. 1822. — H. Schoen diss. de dysenteria. Jen. 1824. — H. B. Hornbeck diss. annotationes in dysenteriam cum descriptione epidemiae navalis hujus morbi in India occidentali observatae. Havn. 1825. — Bosse diss. de dysenteria. Berol. 1826. — O. E. Boesewetter praes. Eschenbach: diss. de dysenteria. Lips. 1826. — G. Dannenberg diss. de morbo dysenterico. Berol. 1826. — Kistenfeger *Inaugural-Abhandlung über die Ruhr. München* 1826. — J. de la Brasinne diss. de dysenteria acuta simplici. Leod. 1828. — Hübertz diss. de rationibus causalibus dysenteriae epidemicae. Kil. 1828. — Glumm diss. de dysenteria. Berol. 1830. — E. Novack diss. de dysenteria. Pesth 1830. — Darantowicz diss. de dysenteria. Berol. 1831. — G. Sokolski diss. de dy-

gicum disponere non taeduit. Praeterea in multis varii argumenti operibus [155]) et in periodicis libellis s. diariis [156]) dysenteria tangitur.

§. LXVII.

dysenteria. Dorpat. 1832. — SCHINDLER *Diss. über die Ruhr. Würzb.* 1834. — V. LUDWIG diss. de dysenteria. Monach. 1835. — J. WENSAUER diss. de dysenteria per aestatem et autumnum anni 1834 grassante in provincia Bavariae Silvana. Monach. 1835. — ADAM *diss. Essai sur la dysenterie. Strasb.* 1835. — J. H. CARSTENS diss. de dysenteria in orphanotropheo Halensi epidemica. Hal. 1835. — FABER diss. de dysenteria nuper Tubingae grassata. Tub. 1835. — J. HASSENDEUBEL diss. de dysenteria epidemica. Spirae 1835. — N. LONOVICS diss. de dysenteria. Pesth 1835. — SCHWARTZMEYER diss. de dysenteria. Pesth 1835. — FICKELSCHERER *thèse: Essai sur la dysenterie, considérée dans son état de simplicité et dans sa complication avec la fièvre adynamique; suivi de l'histoire particulière d'une épidémie de ce genre. Strasb.* 1836. — S. MIKALOVITS diss. de dysenteria. Patav. 1837. — SENGER diss. de dysenteria biliosa. Berol. 1837. — P. A. VATTMANN diss. de dysenteria. Berol. 1837. — PROSS diss. de dysenteria. Berol. 1838.

155) AMATUS LUSITANUS cent. I. cura 71. cent. II. cura 44. 53. cent. III. cura 90. cent. IV. cura 43. — SOLENANDER consil. sect. IV. no. 9. — DIOMED. CORNARII consil. no. 1. 2. — MUNDELLA epist. med. no. 12. 13. — FERRARIUS vera med. meth. lib. IV. c. 9. — HOR. AUGENIUS ep. et consultationes med. T. I. lib. VII. ep. 7. lib. X. ep. 3. — FORESTUS observatt. et curatt. med. lib. XXII. obs. 31—35. 37. 39. — CRATO A CRAFFTHEIM consil. et ep. med. Francof. 1595. consil. I. p. 90. cons. V. p. 139. cons. VII. p. 53. 634. — SCHENCK obs. med. rar. lib. III. no. 142. sq. VI. obs. 131. — LAELIUS A FONTE Consil. med. Venet. 1608. Francof. 1609. no. 77. — GUARINONIUS consil. med. Venet. 1610. no. 321. — GUARGUANTUS responsa ad varias aegritudines. Venet. 1613. — PASCHETTI de destillatione lib. III (1615). —

Potbrius insignes curationes et sing. observatt. cent. I. Venet. 1615. Bonon. 1622. Colon. 1623. 1624. cur. 51. — Brèndel consil. med. Francof. 1615. no. 94. — Frambesarius canones Francof. 1629. lib. V. no. 7—10. — Nic. Fontanus florilegium medicum. Amstel. 1637. c. 46. — Plater observatt. Basil. 1641. lib. III. p. 858. — Loticuius consil. Ulm. 1644. p. 418. — Riverius obs. med. Par. 1646. cent. I. obs. 66. II. 36. 44. III. 2. 4. 9. IV. 87. — Thoner obs. med. Ulm. 1649. p. 167. — Bontius de med. Indorum. Leid. 1642. c. III. p. 218. 253. — Panarolus iatrologism. Pentecost. Romae 1652. I. obs. 9. III. obs. 13. — Horstius opera Norimb. 1660. II. p. 176. III. 223. — Borellus cent. I. obs. 36. — Bartholinus hist. anat. cent. II. hist. 65. — Schorer med. peregrinant. Ulm. 1663. p. 196. — Henriquez opera II. Lugd. 1670. p. 464. — Chesneau observatt. med. Lugd. 1671. 1673. 1719. lib. III. c. 7. p. 281. — Höchstetter obs. med. Francof. 1674. dec. VII. obs. 9. — de Heredia tribun. med. lib. III. p. 258. — Matthaeus cent. difficultatum medicarum. Herborn. 1676. no. 45. — Verzascha observ. med. cent. Basil. 1677. no. 8. — Timaeus epist. et consil. Lips. 1677. p. 708. Ej. casus med. Lips. 1691. p. 129. — Peyer parerga med. et anat. septem. Amst. 1682. p. 75. — Camerarius memorab. cent. XVII. no. 32. (1683). — Hagendorn obs. med. (1698) cent. II. obs. 28. — Lentilius miscell. med. pract. Ulm. 1698. I. p. 63. 106. III. p. 246. Ej. eteodromus med. pr. anni 1709. Stuttg. 1711. passim. — Act. med. Berol. dec. 1. Vol. IV. p. 23. Vol. VI. p. 34. dec. II. Vol. IX. p. 68. — Pelargus *med. Jahrg. II.* p. 74. IV. p. 631. VI. Append. — Hist. morborum, qui a. 1699—1702. Vratislaviae grassati sunt. p. 66. 251. — de la Mettrie *oeuvres. Berl.* 1755. p. 65. 279. — Kramer medicina castrensis. Vienn. 1755. p. 79. 109. — Pringle *obs. on the diseases of the army. Lond.* 1761. *c. VI.* — Tissot *avis au peuple sur sa santé. Lausanne* 1761. 1784. *T. II. c.* 24. §. 329. — Roederer de morbo mucoso. Gott. 1762. p. 4. — Monro *Beschreibung der Krankhei-*

ten

ten in den Britischen Feldlazarethen. Altenb. 1766. p. 48. Ej. praelect. med. ex CRONII Instituto 1771 et 1775. Lond. 1776. p. 131. *Samml. auserles. Abh.* 5. *Bd.* p. 124. — LIND *essay on diseases incident to Europeans in hot climates. Lond.* 1768. p. 248. — GESSNER *Samml. von Beobachtt. a. d. A. Gelahrtheit. Nördl.* 1769. *I. no.* 1. — SARCONE *Krankheiten von Neapel* (1770) 1. *Bd.* p. 67. — LYSONS *pract. observ. upon intermitting fever, dropsies etc. Bath.* 1772. *Oxford.* 1783. *Vers. germ. Leipz.* 1774. p. 130. — SIMS *obs. on epidemic disorders. Lond.* 1773. p. 106. *Vers. germ. Hamb.* 1775. — BALDINGER *von den Krankheiten einer Armee. Langens.* 1774. p. 457. — WERLHOF opera T. III. Hann. 1775. p. 779. — CLEGHORN *über die epidemischen Krankheiten von Minorca. Gotha* 1776. p. 224. — HILLARY *Beobachtt. über die Luft und Krankheiten auf Barbados. Leipz.* 1776. p. 238. — CLARK *Beobachtt. über die Krankheiten auf langen Reisen nach heissen Gegenden. Koppenh.* 1778. p. 149. 169. — LENTIN observatt. med. fasc. I. Lips. 1769. obs. 3. 5. Ej. *Beiträge zur ausüb. Arzneiwiss. Leipz.* 1789. 2. *Bd.* p. 30. — NAVIER *diss. sur plusieurs maladies populaires, qui ont regnées à Chalons sur Marne. Par.* 1782. p. 7. — WENDT *V. und VI. Nachricht v. d. Krankeninstitut zu Erlangen.* 1783. — SONNERAT *Reise nach Ostindien und China. Zürich* 1783. 2. *Th.* p. 63. — PLENCIZ act. et obs. med. (1783) p. 94. — FORDYCE fragmenta chir. et med. Lond. 1784. p. 23. *Samml. auserles. Abh.* 11. *Bd.* p. 454. — PICHLER *sur les maladies contagieuses. Strasb.* 1786. p. 96. — QUARIN animadvers. pract. in diversos morbos. Vien. 1786. c. 11. — HUNTER *on the diseases of the army in Jamaica. Lond.* 1790. — FONTANA *Bemerk. über die Krankheiten, womit Europäer in heissen Himmelsstrichen und auf langen Seereisen befallen werden. Stendal* 1791. *Cap.* 2. — ACKERMANN *Bemerkk. über die Kenntniss und Kur einiger Krankh.* 3. *H. no.* 2 u. 3. — PIDERIT *prakt. Annalen vom Militärlazareth zu Kassel.* 1794. 2. *St.* p. 201. — OSIANDER *Denkwürdigkeiten* 2. *Bd.* 1. p. 240. 276. 291. — SÖMMERRING de morbis

vasorum absorbentium corp. hum. Traj. ad Moenum 1795. p. 35. — Voss in *med. Beobachtt. und Erfahrr. aus dem südpreussischen Feldlazareth. Bresl.* 1796. — Trotter medicina nautica. Lond. 1797. — Fischer *Anleitung zur med. Armenpraxis. Gött.* 1799. p. 262. — Laubender *Miasmatologie* etc. *Leipz.* 1803. 1811. — Gilbert *über die Krankheiten, welche während des preussisch-polnischen Feldzugs bei der grossen französischen Armee herrschten. A. d. Franz. von* Bock. *Mit Vorwort und Anm. von* Froriep. *Erf.* 1808. p. 47. — Braun *med. prakt. Ans. der Jahre* 1813 *und* 14. *mit Beobachtt. über — — Ruhr — u. s. w. Tüb.* 1816. — Bährens *der* typhus contagiosus *und die Ruhr in cosmischen Beziehungen. Bonn.* 1821. — Chisholm *a manual of the climate and diseases of tropical countries. Lond.* 1822. — Johnson *a treatise on derangements of the liver, internal organs and nervous system. Lond.* 1820. p. 32. Ej. *the influence of tropical climates on European constitution. Lond.* 1811. 1821. 1827. — Furter *Ideen über das Wesen und die Heilungsart der Gallen-, gastrisch. und Nervenfieber. Bern* 1836. — Annesley *researches into the causes, nature and treatment of the more prevalent diseases of India and of warm climates generally. Vol. II. Lond.* 1828. *Chapt. IV.* — Hasper *über die Natur und Behandlung der Krankheiten der Tropenländer. Leipz.* 1831. p. 126.

156) Eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 43. 44. p. 82 (Wedel), obs. 213. p. 314 (Waldschmidt), a. 8. obs. 63. p. 105 (Rayger), dec. II. a. 5. obs. 42. p. 83 (Mentzel), a. 6. obs. 82. p. 173 (Francus), obs. 104. p. 200 (Harder), obs. 195. p. 387 (Brunner), a. 7. obs. 111. p. 178 (de Muralto), app. p. 158 (Paullini), a. 9. obs. 113. p. 185 (Grübel), a. 10. obs. 87. p. 159 (Lanzoni), dec. III. a. 1. obs. 60. p. 86 (Lidel), obs. 72. p. 106 (Gerbez), a. 4. obs. 98. p. 203 (Grübel), obs. 101. p. 215 (Anhorn ab Hartwics), a. 5. et 6. obs. 222. p. 511 (Schelhammer), cent. I. et II. obs. 171. p. 366 (Wagner). — Acta nat. cur. Vol. I. obs. 27. p. 74 (Verdries), app.

app. p. 17 (Löw), Vol. VII. obs. 26. p. 73 (Ovelgün), obs. 35. p. 98 (Fürstenau), Vol. X. obs. 60. p. 220. (Thebesius).— Nova acta Tom. III. obs. 81. p. 400 (Matani), app. p. 172 (Grimm). — *Phil. transact. Vol.* 52. 1762. p. 646 (Watson). — *Bresl. Samml.* 1717. p. 323. 401. 1719. *I.* p. 183. 310. *II.* p. 432. 437. 1720. *II.* p. 161. 1723. *II.* p. 376. 1724. p. 41. 1726. *II.* p. 297. — Commerc. lit. Norimb. 1732. p. 46. 1738. p. 202. 1745. p. 111. — Vogel *med. Biblioth. Bd.* 1. p. 454. 648. 750 (Jacobi). — *Samml. der med. Gesellschaft in Budissin* p. 51 (Praetorius). — Tode *med. chir. Biblioth. Bd.* 10. p. 416. 431. 434. — Baldinger *neues Mag. Bd.* 2. p. 1 (Taube), p. 243. *Bd.* 20. p. 97 (Naumann). — Mohrenheim *Beiträge* 2. *Bd. no.* 3 (Auenbrugger). — *Med. Wochenblatt.* 1783. p. 735 (Wagner). — Acta acad. Moguntinae a. 1777. p. 232. (Planer), 1794. et 1795. no. 3 (Pauli).— *Museum der Heilkunde Bd. II.* p. 102 (Rengger), *Bd.* 4. p. 215 (Lind). — *Journal der Erfind., Theor. und Widersprüche X. St.* p. 68 (Consbruch), *XIII. St.* p. 129, *XIV. St.* p. 3 (Consbruch). — Clarus *Annalen des klin. Instituts am Jacobspital* 1. *Bd.* 2. *Abth.* — Harless *Jahrbücher der deutschen Med. u. Chir.* 3. *Bd. IIf.* 1. 2 (Schübler et Elsässer). — Harless *rheinische Jahrbücher der deutschen Med. und Chir.* 1. *Bd.* 1. *H.* p. 21 (Jäger), 12. *Bd.* 3 *St.* (Müller). — Horn *Archiv* 1813. *März und April* p. 365 (Gobden), 1816. *Jan. und Febr.* p. 116 (Brückmann), 1819. 1. *Bd.* p. 317 (v. Velsen). — *Med. Jahrb. des k. k. österreich. Staats Bd.* 13. p. 360 (Onderka), 20. *Bd.* p. 230. 373 (Ehrharter). — Leo *Mag. für Heilk. und Naturwiss. Warschau* 1829. p. (Kuckowky). — Rust *Mag.* 45. *Bd.* 2. *H.* p. 200 (Malin). — Hufeland *Journal* 1. *Bd.* 1 *St.* p. 76 (Hufeland), 4. *Bd.* p. 554 (Rademacher), 6. *Bd.* p. 224 (Michaelis), p. 524 (Hopfengärtner), p. 892 (Klinge), 7. *Bd.* 2. *St.* p. 87 et 3. *St.* p. 130 (Hargens), 11. *Bd.* 3. *St.* p. 104 (Jahn), 13. *Bd.* 2. *St.* p. 168 (Balmaine), 27. *Bd.* 2. *St.* p. 48 (Lichtenstein), 37. *Bd.*

3. *St.*

3. *St.* p. 73 (Müller), 38. *Bd.* 3. *St.* p. 97 (Wesener), 53. *Bd.* 4. *St.* p. 112 (Lehmann), 1825. *Suppl.* p. 39 (Müller), 64. *Bd.* 1827. 4. *St.* p. 92 (Kopp), p. 108 (Meyer), 86. *Bd.* 2. *St.* p. 83 (Münzthaler), 87. *Bd.* 6. *St.* p. 3 (Seifert). — *Heidelb. klin. Annalen* 8. *Bd.* p. 464 (Dorfmüller), *Med. Annalen* 1. *Bd.* p. 169 (Rampold), p. 588 (Finck), 5. *Bd.* p. 404 (Puchelt), p. 422 (Rösch), 6. *Bd.* p. 92 (Bodenius). — *Med. Conversationsblatt* 1830. (Jahn), 1831. *no.* 12 (Biermann). — *Würtemberger med. Correspondenzblatt* 3. *Bd.* p. 266 (Faber), p. 287 (Gmelin), p. 314. 321 (Hauff), 4. *Bd. no.* 6. (Eisenmenger), *no.* 23. (Leube), *no.* 36. (Leube), 5. *Bd. no.* 1. p. 7 (Härlin) *no.* 12. p. 93 (Bodenmüller), *no.* 25. p. 190 (Rampold), *no.* 29. p. 226. (Baur), *no.* 31. p. 244 (Lechler), *no.* 37. p. 285 (Späth), 6. *Bd. no.* 4. p. 26 (Kapf).— v. Pommer *Schweiz. Zeitschr.* 3. *Bd.* p. 114. 293 (Thormann). — *Journ. de méd. T.* 6. p. 223 (la Berthouge), p. 387 (de Saulsey), *T.* 12. p. 543 (Marteau de Grandvilliers), *T.* 18. p. 42 (Idem), *T.* 26. p. 514 (Dupeiron de Cheyssiol), *T.* 49. p. 222 (Picque), T. 53. p. 500 (Dieuleveut), p. 506 (Maret, Mauret), T. 60. p. 109 (de Roussel), *Vendemiaire l'an* 2. *no.* 2 (Chamseru).— *Journ. de méd. continué Vol.* 9. p. 57 (Peron), *Vol. X.* p. 181 (Hippeau). — *Recueil pér. T.* 3. Hufeland *neuste Ann. der franz. Arzneik.* 3. *Bd.* p. 474. *T.* 9. p. 233 (Jacobs). — Sedillot *Journ. de méd. T.* 1. p. 73. 78 (M . .), *T.* 44. p. 29. 111 (Carron), *T.* 52. p. 280 (Lesbure). — *Hist. et mém. de la soc. R. de méd. An.* 1779. *mém.* p. 32 ((Caille), *an* 1780. 1781. *Mém.* p. 81 (Durand). — *Annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* 9. p. 220 (Pouderous). — *Mém. de la soc. méd. d'émulat. an V.* p. 78.— *Journ. de méd. par* Corvisart, 1812. *Oct.* p. 123 (Robert). — *Journ. universel des sc. méd.* 1825. *Août* p. 129 (Lemercier). — *Archives générales de méd. Par.* 1827. *Mars. T. XIII.* p. 377 (Trousseau et Parmentier). — *Journ. gén. de méd.* 1823. *Mars* (Vignes). — *Bulletin des sc. méd.* 1830. *Avril. T.* 21. p. 66.

72 (TSCHARNKOWSKY). — *Revue méd.* 1835. *Janv.* (VERGER et CHAUVIN). — *Annales d'hygiène, publ.* 1838. *no.* 37 (BOULLET). — *Giornale della soc. med. chir. di Parma Vol.* 14. p. 107. 192 (PISANI). — *Giornale critico di medecina analitica del Dn.* STROMBIO 1826. *Marzio* (NARDI). — *Verhandelingen van de — Correspondentie — Soc. in's Hage. Deel.* 1. *Afdeel.* 2. *A. Bl.* 248 (VAN DER LINDEN), p. 337 (BERNS). p. 544 (VAN MANEN), *B. Bl.* 910 (IMMINGK), 942 (VAN GEUNS), 944 (STINSTRA). — Acta soc. R. med. Havn. Vol. I. p. 31 (RANOË), Vol. IV. p. 304 (STRÖM).— *Svenska Vetensk Nya-Handlingar* 1749. p. 209. *Schwed. akad. Abhandl. J.* 1749. p. 216 (BROMAN), 1782. p. 75. 79. *Schwed. akad. Abhandl.* 1782. p. 68. 73 (BIÖRNLUND).— *Tidskrift for Laekare* 5.*Bd. no.* 1 (NERMANN).— BRADLY *med. and phys. Journ.* 1804. *no.* 64. HARLESS *und* RITTER *neues Journal der ausländ. med. chir. Lit.* 4. *Bd.* 1. *St.* p. 160 (ATKINSON). — *Med. repository Vol. III. P. II. no.* 2 (PATTERSON). — *London med. journ. Vol. VII. P. IV.* p. 337. *Samml. auserles. Abh.* 12. *Bd.* p. 113 (CAWLEY). — *Med. chir. transactions by the med. chir. society of London. Vol. II.* 1813. p. 181 (FERGUSSON), *Vol. VI.* p. 381 (M'GRIGOR). — *Transact. of the association of the fellows and licentiates of the Kings and Queens college in Ireland. Vol. IV.* p. 388 (O'BEIRNE), *Vol. V.* JOHNSON *med. chir. review. Lond.* 1827. *T. X* .(O'CONNOR). — *Transact. of the med. chir. society of Edinbourgh instit.* 1821. *Vol. II.* (RENTON). — *The Edinb. med. and surg. journ.* 1819. 1826. *Jul. Vol.* 26. p. 35 (HOPE), p. 56 (BURKE), 1827. *Avril. Vol.* 27. p. 289 (M'CARTHY), 1829. *Vol.* 31. p. 216 (CHRISTISON), 1834. *Oct. Vol.* 42. p. 342 (SMITH), *Vol.* 48. p. 386 (LYNCH O'CONNOR). — *Med. recorder. Philad. no.* 32. 1825. p. 738. — *The Newyork med. repository* 1822. *Jan.* (CAGSWELL).— *Transact. of the med. and phys. soc. of Calcutta Vol. III.* p. 250 (WADDEL), *Vol. VII.* 1835 (RALEIGH).

§. LXVII.

Symptomata.

Symptomata. Necroscopia.

1. Rarius antecedunt prodromi, qui 3—7—14 dierum observati sunt: lassitudo, artuum daedolatio et dolores fugaces, cephalalgia brevis, tumor faciei [1]), horripilationes, sudores fugaces, catarrhus [2]), inappetentia, gustus depravatus, lingua obtecta, nausea [3]), vomituritio, vomitus [4]), ructus, ventriculi oppressio, ponderis ad ventriculum ingrata sensatio [5]), cardialgia [6]), dolores colici circa umbilicum ad anum se extendentes, borborygmi, sensus pressionis et plenitudinis in infimo ventre, dolores sacrales, obstructio alternans cum diarrhoea [7]), ad quam subinde symptomata dysenterica accedunt; eadem saepius in dysenteriam convertitur. Utplurimum dysenteria inopinato invadit nocte vel matutino tempore, quo vehementior nisus ad desidendum, cum sensu plenitudinis, dolo-

1) Heuermann in *vermischten Bemerk. u. Untersuchung.* 1. *Th.* p. 172.

2) Naumann l. c. p. 3.

3) Akenside l. c. p. 15.

4) Degner de dysenteria biliosa contag. ed. 1754. p. 16.

5) Multi tamen, teste Mursinna (l. c. p. 16), per duos tresve dies appetitum conservabant.

6) Degner l. c.

7) Hippocrates aphor. Sect. VII. 75. ed. Kühn Vol. III. p. 766 („ex alvi profluvio intestinorum difficultas"). Diarrhoea nonnumquam epidemiam dysentericam antecedens observata est. Brüning *über die Schädlichkeit des Mohnsaftes in der Ruhr* p. 1. 6. — Birnstiel de dysenteria lib. p. 8. — Rampold *med. Annalen* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 170.

lore et borborygmis, cum horripilatione, frigore[8]) et sensu aegritudinis conjunctus excitatur, et multa aquosa, viridia, flava, fusca redduntur superstite ardore et leviore tenesmo. Sed accidit, ut in prima alvi exinanitione jam fortior tenesmus et tormina percipiantur et cruor in faecibus conspiciatur. Postea torminibus, quae ad anum tendunt, praegressis, frequens desidendi cupiditas revertitur plus minusve vehemens et urgens [9]), ac si magna copia reddenda sit; nihilominus cum tenesmo pauca tantum redduntur mucosa, cruenta, quae peculiarem, ingratum odorem spargunt, faecum vero nihil in se continent. Jam morbus factus est, cujus praecipua symptomata haec sunt: *tormina* nonnumquam praecedunt reliqua symptomata; circa umbilicum incipiunt, inde sequuntur colon descendens et in recto finiuntur; subinde simul adscendunt et regionem ventriculi tenent; antecedunt singulas sedes, praeterea morbo provectiore a cibo et potu qualicunque, imprimis frigido, a medicamentis, a motu corporis et ipsa voce excitantur; modo nocte, modo interdiu graviora; tactu abdominis quidem excitantur, sed non augentur. Subinde vero accidit dolor continuus, fixus, qui tactu augetur et plus minusve super abdomen vel collapsum, vel tensum sese extendit. Cupiditas dejiciendi et sponte sequitur tormina et

8) Tissot *avis au peuple, chap.* 24. §. 331. — Zimmermann l. c. p. 10. — F. Hoffmann l. c. p. 529.

9) Caelius Aurelianus l. c. p. 325 („cum sensu tamquam quidquam corporis solidioris inesse putetur").

et potu motuque corporis quovis excitatur. — *Tenesmus* vel antecedit vel sequitur reliqua symptomata, vel primam excretionem comitatur. Ab initio mitior nisus ad desidendum et sub desidendo sensus pressorius in recto percipitur; morbo mitiore manente ipse tenesmus nec violentia nec frequentia eminet. Utplurimum vero brevi tempore ad summum gradum evehitur, subinde molestissimum symptoma exhibet, vel recta ratione ad aliorum symptomatum vim se habet; pro natura sua intermittit, sed intervalla morbo graviore facto brevissima, et aegri quidam diutius in sella perforata commorari solent; at quo vehementior tenesmus, eo minor copia reddi solet; subinde nil redditur (*dysenteria sicca*); tenesmi vis et vehementia subinde tanta est, ut aegri eum maxime timeant, ejulent, et dolores vario motu mitigare studeant; quid quod lipothymia, tremores artuum, convulsiones, deliria, susurrus aurium, epistaxis eodem excitantur. Praeterea spasmus transit ad vesicam urinariam, ad scrotum, pudenda muliebria externa, ad regionem sacralem et inferiora extrema; quare dysuria et stranguria [10]) excitatur, testiculi ad abdomen attrahuntur, et membra tremunt vel resolvuntur. Simul orificium ani vel adeo contractum est, vel late patet, vel mucosa intestini protruditur, vel hoc integrum prolabitur et (raro) gangraenescit. — Tenesmus ultimum dysenteriae symptoma sero evanescit, non raro convalescentem statum

10) Hargens l. c. p. 118.

tum comitatur et maxime constans dysenteriae symptoma praebet. Sed malignae dysenteriae dantur, quae neque in ventre nec in ano dolores excitant[11]); contra anus paralytico modo late patet et humores ex eodem effunduntur. — *Ea, quae redduntur per anum,* utplurimum quidem parca esse solent, sed ducenties et quod excurrit per nychthemerum nisus redit; contra casus pejores dantur, in quibus tanta[12]) copia abit, ut inde vires exhauriantur. Materia ipsa excreta constat ex muco, plus minus tenaci, qui cruoris vel punctis, vel striis tinctus est. Subinde deficit cruor (*dysenteria alba*). Mucus ipse vel puri, vel gelatinae, vel ranarum spermati[13]), vel adipi similis; subinde rubro-albi, vel flavo-fusci glomeruli (*carunculae dysentericae*[14])), vel concrementa polypo-

sa[15]),

11) Wedel, eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 43. p. 82. — Gröbel ibid. dec. III. a. 4. obs. 98. p. 203. — Rhodius cent. II. obs. 88. — Bartholinus, act. Hafn. II. obs. 44. — Triller de dysenteria sine dolore. Opusc. III. p. 230. — Gesner *Samml. von Beobacht. aus d. Arzneigel.* 1. *Bd.* p. 13. 14. — Mursinna l. c. p. 23. — Puchelt l. c. p. 415.

12) Zimmermann l. c. p. 52. ℔ 40 laticis excerni vidit. — Degner l. c. p. 20: „totum fere corpus in liquidum vertebatur," inquit, „et per intestina expurgabatur." — P. Frank l. c. p. 503. Et ego dysentericos vidi, magnam copiam massae ichorosae excernentes.

13) Stoll l. c. p. 339.

14) Hippocrates aphor. sec. IV. aph. 26. ed. Kühn T. III. p. 730 („intestinorum difficultate vexato si veluti carunculae dejiciantur, lethale"). — Mursinna l. c. p. 19. ca-

sa[15]), membranae spuriae[16]) plus minusve canalem intestinalem ipsum aemulantes[17]), imó partes intestini ipsius[18]) excernuntur.— Color materiae dysentericae valde varius, vel sero vel faecibus vini similis, ruber, viridis, subrufus, porraceus, aeruginosus, loturae carnis subturbidae, pici vel chocoladae, vel sedimento coffeae similis; subinde cruor[19]) merus, vel ruber vel ater, vel coagulatus, vel fluidus excernitur majore vel maxima copia. Materia excreta saepenumero acris[20]). Materia fae-

runculas pro particulis soluti epithelii habet. — MORGAGNI ep. 31. art. 19. — DEGNER l. c. p. 17.

15) CELSUS lib. IV. c. 15 (interdum simul quaedam carnosa descendunt). Eorum mentionem facit CAELIUS AURELIANUS sub nomine excretionum ventris carnosarum.

16) FERNELIUS. — FODERÉ. — *Edinb. Vers.* 5. *Bd.* 2. *Th.* p. 856. — LENTILIUS, eph. nat. cur. dec. III. a. 3. append. p. 88.

17) ARETAEUS l. c. p. 157. („nonnumquàm oblongum quiddam quoad plurima ab intestino sano non discernendum dejicitur, multisque veritatem ignorantibus excreti ipsius tenuis intestini metum injecit").

18) TULPIUS obs. lib. III. c. 17. — RHODIUS obs. cent. II. 75. — CHESNEAU obs. med. lib. III. obs. 4. p. 295. — THOMSON in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 45. p. 386. — BROWN in *India Journ. of med. and phys. science Jan.* 1837.

19) DEGNER l. c. p. 21. — ZIMMERMANN l. c. p. 12. — BARBETTE praxis p. 156. — BRÜNING *über die Schädlichkeit des Mohnsaftes in der Ruhr* p. 14. — GESNER l. c. p. 8 —19.

20) LEUBE *med. Correspond. des würtemberg. ärztl. Vereins IV. Bd. no.* 23.

faecalis vel minore copia invenitur, vel plane deficit, retinetur[21]) et in intestinis coacervatur, ita ut morbo superato uvae passae[22]) majores octiduo ante morbum assumtae, scybala[23]) dura ejiciantur. Uti, quaecunque per anum redduntur, foetent, sic et materia dysenterica, utpote quae specificum quemdam odorem[24]), pro vi et peculiari morbi indole varium, admodum ingratum et molestum spargere soleat. Flatus deficiunt. Saepius vomitus[25]) accedit, quo initio morbi mucosa et biliosa, subinde vermes, in seriore morbi stadio cruenta[26]) ejiciuntur. Ehrharter[27]) dysenteriam cholerae similem vidit. Cutis sicca, lingua sicca, sitis urgens, urina vel minore copia, vel omnino non[28]) secernitur, eaque rubra (siquidem contingit, ut conspici possit), minima copia, rarius, cum stranguria mittitur, vel retinetur in vesica. — *Febris* et gradu et indole

21) Müller in Hufeland *Journ. Bd.* 37. *St.* 9. *Sept.* p. 77.

22) Degner l. c. p. 23.

23) Cleghorn — Hauff l. c. p. 239.

24) Pauli vero (*Geschichte der Ruhrepidemie in Mainz* p. 10) ait: „*Vielen kam es wunderbar vor, dass ihre Stuhlgänge keinen besondern Gestank von sich gaben*". — Degner l. c. p. 21 („in quibusdam faeces fere sine omni odore erant"). — Mursinna l. c. p. 113.

25) Zimmermann l. c. p. 11. — Degner l. c. p. 17 („materia per vomitum ejecta in aliis a faecibus alvinis parum differebat").

26) Wedel, eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 44. p. 83. — Thormann l. c. p. 117.

27) L. c. p. 245.

28) Thormann v. Pommer *Schweizer Zeitschr.* 3. *Bd.* p. 117.

dole varia; neque pulsus, nec lingua signa constanter eadem praebent; ciborum appetitus deletur; somnus deficit; macies, imprimis faciei deformis. Alii quieti, demissi jacent, alii inquieti, anxii se jactitant, et de vertigine, cephalalgia conqueruntur; alii sopore capti, alii sui bene conscii, mortisque futurae haud ignari exstinguuntur. Praeterea dyspnoea[29]), aphonia transitoria[30]), surditas[31]), amaurosis[32]), gangraena ani[33]), natium et genitalium, pedis[34]), carbunculus[35]), tumor perinaei[36]), testiculorum, prolapsus vaginae, stomacace[37]), aphthae in ore et intestino recto prolapso[38]), dysphagia[39]), angina polyposa faucium[40]), pneumonia[41]), hepa- ti-

29) Cheyne in *Dublin hosp. reports Vol. III.* p. 25.

30) Rampold l. c. p. 187.

31) Rampold l. c. p. 188. — Steudel apud Hauff l. c.

32) Steudel, Mauz apud Hauff l. c.

33) Hopfengärtner in Hufeland *Journ.* 6. *Bd.* p. 532.

34) *Samml. der Petersburger Ärzte* 5. *Samml.* p. 128.

35) Degner l. c.

36) Roederer et Wagler l. c. — Rampold, Heim apud Hauff l. c.

37) Ehrharter l. c. p. 246.

38) Steudel, Buzorini apud Hauff l. c.

39) Tissot *avis au peuple* §. 331.

40) Vogler *von der Ruhr* p. 37 („*Beim Fortgang der Krankheit belegte sich zuweilen die Zunge, der Rachen, das Zäpfchen, zum Theil auch der Gaumen, so stark mit einer dicken, gelben Haut, dass davon Halsweh, äusserliche Geschwulst des Halses unter dem Kinn, beschwerliches Schlingen, auch eine dumpfe, heisere Stimme erfolgte*"). — Pauli *Geschichte der Ruhrepidemie zu Mainz* p. 24. — Malum a Bretonneau diphtheritis dicitur.

41) Ehrharter l. c.

titis[42]) aliaque symptomata insolita observata sunt.

2. Rokitansky[43]) ex iis, quae anatome docet, quatuor dysenteriae gradus distinguit et hoc modo describit: 1) Intestini crassi tunica mucosa sub tenui cinereo rubicundo muco striatim tumet et rubet; epithelium vel vesiculas vel furfures exhibet, sub quibus mucosa saucia apparet et sub forma pultis abstergi potest; exsudatum acidum est. 2) Deinde ille processus in majus spatium extenditur, ita tamen, ut in singulis locis mucosa cinereo, glutinoso et crassiore strato obtecta et in substantiam gelatinosam, quae facile detergi potest, commutata sit; simul plures eminentiae, quae sero in tela submucosa effuso originem debent, numerosae in conspectum veniunt, et pars intestini affecta dilatata, gazibus et latice fusco plena, ejusque membranae crassiores sunt; praeterea folliculi subinde vel irritatione, vel copiosa secretione, vel emollitione insignes sunt. 3) Postea illae eminentiae ita coacervatae sunt, ut interna facies inaequalis et clivosa appareat; mucosa, quae haec tubera obtegit, partim eodem modo se habet ac supra (2) dictum, partim in crustam, firmiter adhaerentem, obscure-rubram, cruore tinctam, aut viridescentem commutata, vel prorsus deleta est, ita ut tela submucosa nuda fere appareat. Sed illa tubera sub-

Necroscopia.

42) Ehrharter l. c.

43) *Med. Jahrb. d. k. k. österr. Staates* 29. *Bd.* p. 81.

subinde confluunt. Intestinum in se continet fuscam ichorosam, foetidam, floccosam materiam. 4) Denique, ubi morbus summum gradum attigerit, ampli tractus membranae mucosae in nigram, friabilem quasi combustam massam commutati sunt; tela submucosa primum atro cruore et latice seroso-cruento plena, vel pallida et cruorem atrum, pulverulentum in vasibus continens, postea vero pure repleta est. Pars intestini affecta cadaverosum, fusco-nigrum, coffeae similem laticem in se continet, et vel dilatata, ut antea, vel collapsa est, membrana muscularis densior, pallida, gilva, elastica, facilis ruptu est. Membrana serosa splendorem amisit, vasibus injectis plena, et fusca, ichorosa exsudata materia obducta; simili modo subinde mesocola et ipsum mesenterium affecta; glandulae mesocolicae tument, obscure rubent, cruore turgent. Non raro processus morbosus valvulam coli superat, ita ut intestini tenuis membrana mucosa leviore modo afficiatur. Quamquam haec egregie cum iis consentiunt, quae aperto cadavere observavimus, tamen ea quoque, quae alii referunt, non prorsus negligenda esse duximus. Aperto igitur abdomine in conspectum venerunt latex serosus, omentum vel hypertrophia, vel atrophia affectum, e situ dimotum, maculis vel inflammatoriis [44]) vel ecchymomatosis obsitum, gangraena, suppuratione de-

44) Jaeger l. c. p. 38. — Stoll l. c. p. 280. — Häberl de febribus annuis p. 19.

destructum, vel cum partibus vicinis cohaerens. Simili modo mesenterium [45]) se habuit, glandulae vero majores, inflammatae [46]), induratae, coeruleae; venae turgebant. Intestinum ipsum, quod nonnumquam in statu normali fuisse dicitur [47]), ab externa superficie tumidum, rubrum, lividum [48]), atrum, vel normale [49]), hic dilatatum, illic contractum conspiciebatur [50]), et volvuli [51]) reperti sunt; membrana mucosa ventriculi et intestinorum tenuium inflammata [52]); partes jejuni et ilei lympha coagulabili obtectae [53]), attenuatae, pellucidae, vel intestinorum structura laxa, eaque secum aut cum partibus vicinis concreta. Quae continent intestina, valde differunt et colore et odore et consistentia. Sed graviora dysenteriae documenta, quae vix umquam desunt, in superficie intestinorum interna comparent, eaque licet totum tubum

45) Cawley l. c. p. 120.— de Lamonière obs. fluxus dysentericus (abscessus).

46) Stoll l. c. p. 281.

47) Hufeland l. c. p. 88 („*Bei der Section fand man keine innere Destruction, nur äusserst von Krämpfen zusammengeschnürt zeigte sich meist das Colon*").

48) Smith, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 42. p. 345 („*sometimes it presented one uniforme livid appearance, when the abdominal peritonaeum was in the same state; at other times livid patches were to be seen only here and there*").

49) Smith ibid.

50) Annesley l. c. fig. 23—25. 28. 30. 31. 36.

51) Jaeger in Harless *rhein. Jahrb.* 1. *Bd.* 1. *St.* p. 98.

52) Cheyne l. c. p. 28.

53) Cheyne l. c. p. 32.

bum teneant, tamen in intestino colo et recto excellunt. Primum rubedo animadvertitur, vel a parvis ecchymosibus, vel a vasis capillaribus conspicuis oriunda, vel puncta[54]), vel strias, vel maculas[55]) exhibens, vel totum intestinalem tubum tenens[56]). Praeterea tunica mucosa profundo et tristi virore imbuta[57]), turgida, mollior, in pultem[58]) commutata, attenuata[59]), vel durior et callosa; vel membranae spuriae[60]), flavae, coeruleae, viridescentes eam obtegunt et plus minusve firmiter adhaerent; vel excrescentia[61]) nata, quae cum pustulis, fungis, tuberculis comparata sunt, ad magnitudinem nucis increverant, et nucleum cartilaginosum aut pus in se continuerunt. Simul omnes[62]) tunicae albae, crassae (ad 2—6 lin.), firmae, coriaceae. Accedunt ulcera, quae quidem ab HIPPOCRATE aliisque veterum pro caussa dysenteriae habita, ab aliis recentiorum in dubium vo-

54) JAEGER l. c. p. 42.

55) JAEGER l. c. p. 51.

56) JAEGER l. c. p. 40.

57) STOLL l. c. p. 280.

58) JAEGER l. c. p. 42.

59) GELY, *Journ. de méd. du départem. de la Loire infér. Gaz. méd. de Paris* 1839. *no.* 2. SCHMIDT *Jahrbücher* 2. *Supplementbd.* p. 55.

60) GELY ibid.

61) Acta med. Berol. dec. I. Vol. IX. p. 69. — MORGAGNI ep. 31. art. 21. — BAILLIE *engravings Fasc. IV. pl.* 3. *fig.* 1. 2. p. 73. — JAEGER l. c. p. 38. — CAWLEY, *Samml. a. Abh.* 12. *Bd.* p. 126. — HOPFENGÄRTNER l. c. p. 525. 530.

62) Imprimis cellularis submucosa. JAEGER l. c. p. 92. 51. — SMITH l. c. — CHEYNE l. c. passim. — STOLL l. c. p. 277. 280. — GELY l. c.

vocata [63]), vel negata, ab aliis [64]) confirmata sunt. Ea vel leviores erosiones exhibent, vel excavationes [65]) in cryptis mucosis sistunt, vel ulcera vera singulas intestini tunicas destruxerunt [66]), ambitu vel pisum aequant, vel thalerum superant, vel plures per digitos, imo pedes se extenduntur, quid quod tota superficies intestini crassi, quod prae

63) Stoll l. c. p. 323. numquam ulcera reperit, quae ideo rarissima esse censet. — Siebert l. c. p. 56. Nota.

64) Jaeger l. c. passim. — Christison, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 31. p. 217 („*The appearances observed were redness of the inner membrane, thickly scattered ulcerations, most abundant over the longitudinal bands of the colon, commonly occupying and destroying the rugae, seldom penetrating the inner surface of the muscular coat, frequently also covered by shreds of lymph and sometimes by red, spargy, fungoid granulations*“). — Smith ibid T. 42. p. 345. — Wagner *die dysenterische Darmverschwärung. Med. Jahrb. d. k. k. österreich. Staates* 11. *Bd.* p. 268. — Cheyne l. c. passim. — Cawley l. c. passim.

65) Gintrac (*journ. de méd. pr. de Bordeaux Janv.* 1839. *Revue méd.* 1839. p. 431.) singularem dysenteriae speciem assumit, in qua cryptae mucosae intestini crassi simili modo affectae sint, ac in typho glandulae Peyeri cum segregatae tum agminatae. — Cheyne l. c. p. 35. — Gely l. c.

66) Smith l. c. („*in one case only did I observe the coats ulcerated through and this was the transverse arch of the colon and to so small an extent, that no extravasation had taken place*“). — Cheyne l. c. p. 26. („*death sometimes occurred unexpectedly from the escape of the contents of the intestines into the cavity of the peritoneum, in consequence of a portion of that coat being destroyed by ulceration*“). — Cawley, *Samml. auserles. Abh.* 12. *Bd.* p. 120.

prae tenui iis occupatur, ulcerata fuisse dicitur; nunc solitaria et discreta, nunc numero plurima confluunt; eorum margines glabri, eminentes, callosi, varicosi, scissiles, erosi, fundus lardaceus, ulceri venereo, carcinomatico, gangraenoso similis, forma rotunda, irregularis, eaque pure, ichore obtecta intestino variegatum colorem induunt. Praeterea Heim in dysenteria cum typho sequente aut antecedente ulcera typhosa, ego in phthisico, qui dysenteria correptus fuerat, ulcera phthisica in intestino ileo conspexi. Denique gangraenae signa imprimis in intestino colo et recto comparuerunt. — Ventriculus emollitus [67]), pars pylorica duodeni vasis turgentibus et glandulis majoris ambitus insignita [68]). Hepar sanum, inflammatum, hypertrophia, induratione, marcore, abscessu [69]), gangraena affectum, cruore plenum [70]), exsangue fuit. — Lien ambitu minor et pondere levior [71]) fuit, sed etiam major, emollitus. — Vesicula fellea ut plurimum magna, bile spissiore, vel tenui, vel latice mucoso, aquoso plena, vel vacua; ejus parietes crassiores, facies interna rubra. — Pancreas sanum, inflammatum, ambitu auctum. Renes sani, parvi, pallidi, parvi vel majores et cruore pleni, vesica urinaria vacua, in interna facie rubra. In cavitate pleurae latex aquosus, vel utraque pleura concreta, pulmones cruore pleni, rubri;

67) Jaeger l. c. p. 36. 43. 68) Smith l. c.

69) L. Frank de peste, dysent.-aegyptiaca p. 187. Cheyne l. c. p. 36.

70) Cheyne l. c.

71) Hoffengärtner l. c. Heim, Späth apud Hauff.

bri; nec non pericardium subinde laticem aquosum in se continuit, cor ipsum vel majus vel minus, vel contractum, durum, vel laxum; ventriculus dexter cruore coagulato et polyposis concrementis plenus vel vacuus. In superficie cerebri Jaeger [72]), Heim, Späth et Rampold saepenumero exsudata varii generis cum vasis turgentibus, nec non subinde in ventriculis laticem aquosum invenerunt. Cerebrum emollitum [73]) vel durum [74]).

§. LXVIII.

C a u s s a e.

1. Dysenteria neque aetati, nec sexui, nec temperamento, nec constitutioni parcit. Contra vigente epidemia omnes ac singuli ita proclives ad eamdem sunt, ut quaevis vel levissima caussa eam excitet. Infantes dysenteria affecti, a matribus eodem morbo laborantibus testibus Strack [1]) et Zimmermann [2]) nati sunt; qui ex uberibus matris dysenteria correptae sugent, eodem morbo corripiuntur [3]). Praeterea infantes aetate minores et senes, nisi aliis frequentius, tamen gravius laborare solent. Uterque sexus [4]) eodem fere gradu dis-

Caussae praedisponentes.

72) Harless *rhein. Jahrb.* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 100.

73) Jaeger l. c. p. 38.

74) Jaeger l. c. p. 39.

1) L. c.

2) L. c. p. 32.

3) Hauff l. c. p. 332. — Eph. nat. cur. dec. II. a. 6. obs. 195. p. 387 (Brunner).

4) Degnero (l. c. p. 28) et Hargens (Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 2. *St.* p. 111) testibus foeminae prae maribus correptae sunt.

dispositus, gravidae[5]) magis periclitantur. Praeterea ii, qui abdominis quadam aegritudine laborant, qui facilius a frigore laeduntur, nec non debilitati vel morbo praegresso, vel intemperantia libidinis facilius corripiuntur, nec non vitae genus, paupertate, squalore, ciborum aptorum inopia insigne, tandem anxietas, moeror, timor morbi aliaeque commotiones, quae animum deprimunt, morbo favent. Ex altera parte calor aestivus et tropicus, ut aliis abdominis morbis, sic et dysenteriae homines opportunos reddere solet. Quare plurimae epidemiae aestate (mense Junio, Julio, Augusto) incipiunt, protrahuntur usque ad serum autumnum et frigore hiberno tandem exstinguuntur[6]); nec non endemiae in regionibus tropicis[7]) grassantur. Praeterea dysenteria febrem continuam alius indolis vel sequuta est[8]), vel eidem

di

5) Ehrharter l. c. p. 374. — Sed Heuermann (*Bemerk. Bd.* p. 183) gravidas rarius affectas esse vidit.

6) „Qui tot vidi dysenterias epidemicas, nullam vidi, quae ultra mensem Novembrem regnasset, nisi illam, quae hoc adhuc die (12. Jan. 1808) Petropoli grassatur, imprimis inter milites. Hiems autem admodum mitis hucusque fuit exceptis paucis diebus. Media hieme certe observavi sporadicas dysenterias" (Ex schedis P. Frankii). — Hippocrates (aphor. ed. Kühn Vol. 3. p. 721.) autumno, Sydenham (opera p. 109.) initio autumni dysenteriam tribuunt.

7) Dysenteria tropica, §. LXIX. 11.

8) Harder, eph. nat. cur. dec. II. a. 6. obs. 104. p. 200. Jackson *Geschichte u. Heilart des endem. und ansteckend*

decurrenti supervenit [9]), ad scarlatinam [10]) accessit. Contra HARGENS [11]) observasse sibi videtur, podagra, morbis cutaneis chronicis, hypochondria opportunitatem diminui.

2. Caussae excitantes vel epidemiam [12]) gignunt, vel vigente epidemia morbum in singulis hominibus excitant. Illae a quamplurimis medicis quaeruntur in calore aestivo cum humiditate vel siccitate perpetua conjuncto. Quum vero non solum aestate, sed etiam alio anni tempore [13]), neque ubique locorum, neque omni tempore, quo calor summum gradum adscendit, dysenteria grassaretur, hic non sufficit ad illam gignendam. Quum vero mor- Caussae excitantes.

Fiebers p. 336. 344. — CHEYNE (*Dublin hosp. reports Vol. III.* p. 16).

9) CHEYNE l. c.

10) ZINKE *Bemerk. über die diesjährige Ruhrepidemie* p. 13. — HARGENS l. c. p. 123.

11) L. c.

12) HÜBERTZ diss. de rationibus causalibus dysenteriae epidemicae. Kil. 1828.

13) FRANCUS A FRANKENAU, eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 159. ad finem p. 296 (Decembri). Commerc. lit. Norimb. 1732. p. 46 (Februario), p. 366 (Januario), 1738. p. 202 (Februario). — HUXHAM l. c. p. 284. — PAULI (*Geschichte der Ruhrepidemie zu Mainz*), STOLL (l. c. p. 102), ECKNER (l. c.) vernales epidemias commemorant. — In *dict. des sc. med.* T. X. p. 322. mentio fit funestae epidemiae, quae inde a mense Decembre usque ad Martium grassata erat. CHEYNE (*Dublin hosp. reports Vol. III.* p. 16) eamdem grassantem vidit ab initio autumni usque ad initium veris.

morbus certa loca tenere, in regionibus paludosis[14]), in navibus[15]), in castris[16]), in oppidis obsidione pressis[17]), in nosocomiis, praesertim bellicis, aliisque in locis, hominum multitudine refertis, in vicinia putredinis[18]) oriri soleat; non possumus non miasma[19]) accusare, sub calore majore ex putredine natum, quod deinceps in contagium commutari potest; quod quidem Fr. Hoffmann[20]), Degner[21]), Tissot[22]), Pringle[23]), Strack[24]), Geach[25]), van Geuns[26]), Stinstra[27]), Osiander[28]), Desgenettes[29]))

14) In regionibus tropicis tempore pluvio dysenteria grassari solet, eamque ad paludes oriri et gravius invadere Boullet (*annales d'hygiène publ.* 1838. *no.* 37) aliique testes sunt, ad quos nos quoque accedimus.

15) Atchison, *med. Comment. v. Edinb. IX.* 1. p. 84.

16) Pringle l. c. 17) Moguntiae teste Pauli

18) Narratur de pugna inter Norimbergam et Bambergam qua finita corpora mortua diu sub magno aestu remanserunt. Qui dein, ut ea sepelirentur, missi sunt, dysenteria corripiebantur. *Dict. des sc. méd.* l. c. p. 332. In c vero casu putredo ipsa dysenteriam excitavit.

19) F. Hoffmann l. c. p. 537. — Rollo l. c. p. 26. Not. — Kreyssig et Schröter diss. de peculiaris in dysenteria epidemica miasmatis praesentia et iis, quae id augent et propagare possint. Viteb. 1799. — Osiander *Denkwürdigkeiten* 2. *Bd.* 1. *Bogenzahl* p. 298. 301. — Puchelt *med. Annalen* 5. *Bd.* p. 408. — Boullet in *annales d'hygiène publique* 1838. *no.* 37.

20) Med. rat. syst. T. IV. P. III. p. 531. 538.

21) L. c. p. 33. et cap. II. p. 39.

22) *Avis au peuple T. II.* §. 339. 343.

23) L. c. 24) L. c. p. 2. 9. 12. 1

25) *Samml. auserles. Abh.* 7. *Bd.* p. 545. 26) L.

27) L. c.

TZS[29]), COSTE[30]; LATOUR[31]), MICHAËLIS[32]), HARGENS[33]), PINEL[34]), FODÉRÉ[35]), LEMERCIER[36]), GILBERT[37]), DORFMÜLLER[38]), EHRHARTER[39]) aliique morbum excitasse, observationibus comprobant; ROLLO[40]) autem, STOLL[41]), P. FRANK[42]), RICHTER[43]), WEDEKIND[44]) reiiciunt, ZIMMERMANN[45]), HUFELAND[46]), NEUMANN[47]), MURSINNA[48]), BERENDS[49]), RADEMACHER[50]), ENGELHARDT[51]), JAWANDT[52]), FOURNIER et VAIDY[53]), NAUMANN[54]), HAUFF[55]) certis sub conditionibus admittunt, quae in gradu ac specie morbi, in dispositione singulorum hominum aliisque in caussis, quae forte simul egerint, latent. Etenim dysenteria simplex, benigna mul-

28) *Denkwürdigkeiten* 2. *Bd.* 1. *Bogenzahl* p. 298. 304.
29) L. c. 30) L. c. 31) L. c.
32) HUFELAND *Journal* 6. *Bd.* p. 226.
33) HUFELAND *Journal* 7. *Bd.* 2. *St.* p. 108.
34) Nosograph. phil. T. II. p. 245. 35) L. c. 36) L. c.
37) L. c. 38) *Heidelb. klin. Annalen* 8. *Bd.* p. 473.
39) L. c. 40) *Ueber die Ruhr* p. 38.
41) Rat. med. T. III. c. 8. p. 328.
42) L. c. p.503.se Vindobonensi in nosodochio per decem annos vim contagiosam non observasse testatur, in schedis vero manuscriptis exemplum hujus vis refert, quod in ipsa ejusdem domo, Bruchsaliis dum vixisset, accidit.
43) L. c. 44) L. c. 45) L. c. p. 30. 46) L. c. p. 107.
47) L. c. 48) L. c. p. 14.
49) *Vorlesungen, herausg. v.* SUNDELIN 4. *Bd.* p. 310.
50) HUFELAND *Journ.* 4. *Bd.* p. 570. 51) L. c.
52) *Beobachtung einer Ruhrepidemie* p. 106.
53) *Dict. des sc. méd. T. X.* p. 346.
54) *Handbuch der med. Klinik* 4. *Bd.* 2. *Abth.* p. 42.
55) L. c. p. 348.

multo minore, si ulla vi contagiosa pollere videtur, quam maligna, nervosa, putrida luculenter edit. Praeterea dispositio supra descripta in censum vocanda est. Denique aliae caussae accedunt, quae quidem vigente epidemia, aliàs vero rarius, si umquam dysenteriam excitant. Ad has vero caussas primum referenda est perfrictio corporis [56]) vel perspiratione cutanea fortuito aut vicissitudine caloris diurni et frigoris vespertini nocturnique suppressa, vel potu frigido hausto. Praeterea cibi vel nimii, vel incongrui accusandi sunt; his adnumerantur poma, imprimis immatura [57]) et male comparata, aquosa, acida (pruna, pira, baccae ribium), olera, cucumeres, melones, fungi, tubera solani tuberosi immatura et male comparata, nuces juglandes [58]), cruditates [59]), ce-

56) Stoll (l. c. p. 251), Akenside (l. c. p. 19. 25—29), Cruciani perfrictionem fere solam accusant. Idem Moseley de ortu dysenteriae in India occidentali contendit (*Abh. von d. Krankheiten zwischen den Wendekreisen. A. d. Engl.* p. 199. Ej. *observat. on the dysentery of the West-Indies* p. 4).

57) Poma quidem sola communem dysenteriae caussam esse, jam Alexander Trallianus (lib. VIII. c. 9) negat. — Horst diss. prunorum usu dysenteriam non produci. Giess. 1637. — Hannes *die Unschuld des Obstes in Erzeugung der Ruhr, Wesel* 1766. — Büchner diss. de cautius defendenda fructuum horraeorum in producenda dysenteria innocentia. Hal. 1766. — Heuermann *Bemerkungen I.* p. 175. — Quamquam poma pejoris indolis dysenteriam epidemicam haudquaquam facere valent, tamen in singulis vigente epidemica constitutione hanc vim exserunt.

58) „*Dysenteric complaints are always most common in those*

cerevisia[60]) acida, aqua impura[61]). Sunt, qui corrosivo rori, rubigini[62]) et melligini[63]) multum tribuant. — Nec non animi commotio[64]) et venus nimia[65]) morbi originem accelerare potest.

3. Dysenteriae caussam proximam alii in tubo intestinali, alii in labe universali quaesiverunt. Illi intestinorum rheumatismum[66]), eorum catarrhum[67]), crassorum spasmum[68]), erysipelas[69]), in- Caussa proxima.

S s 2

years in which the harv est of nuts are plentiful" The family oracle of health 1827. *no.* 52. p. 133.

59) Hufeland *Journ.* 1. *Bd.* p.100. 60) Heuermann l. c. p. 193.

61) Procopius de bello Goth. lib. II. — Freind hist. med. p. 82 (aquae Padi).

62) F. Hoffmann l. c. §. XVII. p. 537.

63) Zinke l. c. p. 21. — Lentin *Beobacht. einiger Krankheiten* p. 7.

64) Neumann, Baldinger *neues Mag.* 20. *Bd.* p. 99. — Hargens, Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 2. *St.* p. 106. — Vogel, ibid. 9. *Bd.* 3. *St.* p. 201.

65) Heuermann *Bemerk.* 1. *Bd.* p. 179.

66) Caelius Aurelianus l. c. p. 323 (intestinorum rheumatismus cum exulceratione). — Stoll l. c. p. 255 et alibi. — Cruciani l. c. — Akenside l. c. — Vogler l. c. p. 58. — Hargens l. c. p. 106. — Sundelin l. c. p. 324. — Schmidtmann summa observatt. Vol. I. p. 196.

67) Baker de dysenteria et catarrho utriusque epidem. a. 1745. Lond. 1764. — Richter l. c. — P. Frank l. c. — Vogel l. c.

68) Cullen *Anfangsgründe d. pr. A. W.* 2. *Bd.* p. 602. — Hufeland l. c. p. 89.

69) Wedekind l. c. p. 21 (inflammatio recti erysipelatosa). — Pauli *über die Ruhr u. das Scharlachfieber* p. 5. — Siebert *zur Genesis u. Therapeutik der rothen Ruhr* p. 42. (sedes in tela cellulari submucosa ponitur).

inflammationem[70]), ulcerationem[71]) accusaverunt; hi febrem ad intestina conversam[72]), bilem acrem[73]), systema nervosum[74]), gangliosum[75]), venas[76]), vel sanguinem[77]) primario modo affecta esse putaverunt.

§. LXIX.

D i a g n o s i s.

Generatim. 1. Dysenteria cognitu facilis est. Quamvis enim singula ejus symptomata in aliis quoque morbis occurrant, nullus tamen datur, in quo conjuncta sint

70) Fournier et Vaidy l. c. — Broussais — Fodéré — Neumann, Müller l. c. — Jaeger *rhein. Jahrb.* 1. *Bd.* p. 95 (inflammationem aphthosam dicit). — Jawandt l. c.

71) Hippocrates l. c. Aretaeus l. c. p. 153, Galenus, Paulus Aeg. lib. III. c. 42. aliique veterum.

72) Sydenham l. c. p. 111. — Blane *Krankheiten der Seeleute* p. 326.

73) F. Hoffmann l. c. — Degner in opere laudato. — Zimmermann l. c. p. 48. — Brüning l. c. p. 8.

74) Naumann l. c.

75) Späth *med. Corresp.-Bl.* 5. *Bd.* p. 285. — Hauff l. c. p. 369.

76) Leube *med. Corrsp.-Blatt des Würtemb. ärztl. Vereins.* 4. *Bd.* no. 23. 26.

77) Sanguinem miasmate primario modo inquinatum et quodammodo venenatum in intestino, imprimis colo et recto, statum singularem, qui quidem cum exanthemate comparari, sed in inflammationem, ulcerationem, indurationem et gangraenam abire possit, aeque ac febrem vel simplicem, vel inflammatoriam, vel nervosam, vel putridam ciere putassem. Sed lubens fateor, hanc quoque opinionem aeque ac alias, minus ipsis observationibus, quam potius conclusionibus inniti.

sint omnia, quae dysenteriam constituunt. In morbis intestini recti topicis mucosa, cruenta et ichorosa quidem excernuntur, sed magna copia, sine torminibus, nec constanter cum tenesmo. Hic quidem ab ascaridibus excitatur, sed reliqua dysenteriae symptomata deficiunt. Haemorrhoides eo insignes sunt, ut cum doloribus mucosa vel cruenta dejiciantur, sed dolores neque tormina nec tenesmum aequant, et ea, quae reddita sunt, a dysenterico muco et cruore discrepant. Nec diarrhoea cruenta infantum aliave haemorrhagia ani cum dysenteria confundi facile potest. Tormina frequentissime obveniunt sine aliis dysenteriae signis. Praeterea recens nuptae [1]), gravidae foeminae [2]), eae, quibus catamenia fluunt [3]), infantes sub dentitione [4]), advenae Parisiis [5]), aegri, qui phthisi, hydrope fere consumti sunt, qui stases venosas patiuntur, symptomata dysentericis similia exhibent; eadem quovis anni tempore perfrictione corporis, cerevisia malae notae, vino pomaceo, aqua pejoris indolis hausta, vermibus intestinalibus, arthritide, haemorrhoidibus, catameniis, lochiis, lactis secretione suppressis, excitari possunt et sporadice obveniunt. Tales casus,

1) Sauvages nosol. method. ed. Daniel T. IV. p. 527.

2) Böhr: *med. Zeitung, herausg. vom Verein für Heilkund in Preussen* 1834. *no.* 2.

3) Dysenteria catamenialis. Sauvages l. c. p. 526.

4) *Zahnruhr.* Diarrhoea cruenta. Cf. cap. XIV. §. LXXII. 4.

5) F. Hoffmann l. c. p. 527. — Sauvages l. c. p. 526 (*mal de Paris*).

sus, faciles cognitu, vix ad veram dysenteriam referri possunt, contra vel *dysenteria spuria* vel *diarrhoea dysenteroides* nuncupantur. Dysenteria enim vera utplurimum epidemicum et constanter primarium morbum sistit. Utrum haec una sit, varioque modo sese prodat, an plures dentur dysenteriae [6]), pro varietate caussarum diversae, haud satis constat [7]). Sed multum interest, has varias atque diversas vel dysenteriae unius ejusdemque species et formas, vel ipsas diversas dysenterias rite cognoscere, et monuisse juvabit, eas ita constitutas esse, ut alia in aliam transeat eaeque subinde levioribus tantum minusque claris, imo quodammodo compositis indiciis sese prodant.

Dysenteria simplex.

2. *Dysenteria simplex* [8]) sola dysenteriae symptomata et vel levissimum, vel graviorem morbum exhibet. Mitissima dysenteria, quae itidem *diarrhoea dysenteroides* dicitur, correpti aegri ne in lecto quidem retinentur, sed negotiis vacare solent. Subinde dysenteriam simplicem diarrhoea

aquo-

6) Seifert in Hufeland *Journal* 87. *Bd.* 6. *St.* p. 4.

7) Si quid recte video, dysenteria varium gradum adscendit, quorum inferiorem diarrhoeae dysenteroides, summum dysenteria vel putrida vel nervosa exhibent. Reliquas species vel rheumatismo, vel statui pituitoso (in membrana mucosa ilei intestini haerenti), vel vermibus, vel saburrae, vel inflammationi serosae, vel hepatitidi, vel polycholiae, vel febri intermittenti, vel typho, vel scorbuto, fortuito accedentibus, morbumque complicantibus tribuendas esse censeo.

8) *Syn.* dysenteria benigna, catarrhalis, erethica, s. erethistica, neuralgica.

aquosa, mucosa, serosa, catarrhus [9]), coryza, angina praecedunt aut una adsunt. Febris mitis, sitis vero ingens; lingua tenui muco obtecta; dejectiones alvinae satis frequentes [10]); mucosa, cruenta torminibus praegressis redduntur; praeter tormina abdomen ne sub tactu quidem rudiore dolet. Praeterea dolores vagi extremorum, regionis sacralis, cephalalgia, nausea, ructus non raro obveniunt. Morbus benignus et simplex, utut paullo gravior, tamen tertio, septimo, decimoque quarto die sub sudore et sedimento in urina decerni solet, sed neglectus et male curatus pejor fit, aliamque formam induit.

3. *Dysenteria rheumatica* [11]) dicitur, quae doloribus cervicis artuumque et horripilatione jam stadio prodromorum insignis, eosdem etiam postea exhibet; insimul sudores copiosi et miliaria erumpunt; tenesmus et tormina vehementissima; febris eminet, pulsus frequens, duriusculus, urina rubra, sedimento rubro praedita. Morbus gravior et longior, quam dysenteria simplex in rheumatismum articulorum transire, rheumaticas metastases [12]) exhibere, similes affectiones relinquere, vel cum iisdem alternare [13]) potest. Dysenteria rheumatica.

4. *Dys-*

9) Stoll l. c. p. 250.

10) Quadragesies, quinquagesies per nychthemerum.

11) Hanc jam Forestus (observ. lib. XXII. obs. 19.) tangit. — Mandat: ergo a rheumatismo dysenteria κακοήθης. Paris. 1626. — Stoll l. c. p. 251 sq. — Akenside l. c. — Birnstiel l. c. p. 65. 91. — Mosely l. c.

12) Vogel *Handbuch* 6. *Th.* 5. *Kap.* §. 9.

13) Hufeland, ipsius *Journ.* 1. *Bd.* p. 99.

Dysenteria pituitosa.

4. *Dysenteria pituitosa* s. *mucosa*[14]) praegresso statu pituitoso erumpere et lento passu decurrere solet. Postquam gustus vappidus, lingua muco obtecta, papillis prominentibus insignis, tumidula, ita ut dentes impressiones in ejus margine relinquerent, plenitudo ventris, borborygmi, ejectiones mucosae per os et anum praecesserunt, dysenteria invadit, quae febre miti, debili et lento pulsu, mitioribus torminibus et tenesmo insignis est; mucosa et cruenta ejiciuntur.

Dysenteria verminosa.

5. *Dysenteria verminosa* multitudine ascaridum lumbric., et oxyuridum vermic., qui excernebantur, insignis est; id quod in quibusdam epidemiis[15]) frequentius accidit. Oxyurides tenesmum ad summum gradum evehunt, lumbrici dolores periodicos, a torminibus distinguendos, nauseam, vomitum, convulsiones, aliaque symptomata nervosa excitant. Mucus et cruor copiose dejiciuntur. — Praeterea a lumbricis[16]) diarrhoea dysenteroides excitatur, utpote dysenteriae spuriae vel secundariae species.

Dysenteria saburralis.

6. *Dysenteria saburralis* inde oritur, ut aegri vel ante initium morbi majorem ciborum copiam as-

14) Röderer et Wagler l. c. — Degner l. c.

15) 1677 in Suecia et Dania testibus P. Brandt et Ol. Borrichio; Jenae 1795 teste Hufelandio l. c.; Kiloniae 1798 teste Hargens l. c. p. 116; Huxham l. c. p. 284. 285. 290; Ravensbergii teste Consbruch (*Journ. d. Erfind.* 14. *St.* p. 6).

16) May diss. casum de dysenteria verminosa sist. Erf. 1787. — Baumé; *Journ. de méd. T.* 69. p. 257.

assumerent, vel ea, quae intestinis insunt, spasmis retineantur. Quo facto lingua crasso muco obtegitur, gustus depravatur, nausea, vomituritio, vomitus ipse, sensus molestus in regione ventriculi accedunt, abdomen intumescit; faecibus vero ejectis morbus insigni modo emendatur.

7. *Dysenteriam biliosam*[17]) utplurimum plures per dies symptomata biliosa antecedunt: sensus pressionis et tensionis in praecordiis, ructus amari, inappetentia, gustus amarus, lingua flava, vomituritio et vomitus, cephalalgia frontalis, faciei et reliqui corporis flavedo, sitis, alvus vel tarda vel viridescens, lassitudo, horripilationes. Jam invadunt frigus, sequente calore, tormina graviora, vomitus biliosus et tenesmus; pulsus plenus, celer; facies rubra et flava, sitis insatiabilis, venter turgens. Per anum ab initio copiosa, dein parca cum tenesmo gravissimo redduntur, flava, laete vel obscure viridia, fusca, cruenta et levamen relinquunt. Urina rubra. Febris remittit et exacerbatur vespertino tempore, continuo tamen increscit. Denique herpes labialis, sudores et faeculentae excretiones crisin faciunt. Dysenteria biliosa.

8. Primum symptomata dysenterica ad febris intermittentis, utplurimum tertianae insultus accedunt (*febris intermittens dysenterica*[18]), utplu- Dysenteria periodica.

17) Büchner et Raimann diss. de origine dysenteriarum, cautoque in his passi hungarici usu. Hal. 1750.

18) Torti de febribus lib. III. c. 1. p. 125.— Bruce *voyages aux sources du Nile T. IV.* p. 555. — Rollo l. c. p. 11. — Morton app. ad exercitat. secund. oper. Amst.

plurimum perniciosa). Ex altera parte dysenteria primarium sistit morbum, qui febris intermittentis, utplurimum quotidianae, paroxysmis[19]) insignis est, quive alternis diebus „gravior et laboriosior apparebat"[20]). Denique dysenteria[21]) febrem intermittentem aut haec[22]) illam excipit et sequitur. Quid quod epidemiae febris intermittentis epidemias dysenteriae antecedebant[23]), vel sequebantur, vel comitabantur[24]).

Dysenteria inflammatoria.

9. *Dysenteria inflammatoria*[25]) rarius integram epidemiam[26]) sistit, frequentius in epidemia alius characteris passim occurrit; vel primario modo oritur, vel dysenteriam simplicem, rheumaticam, biliosam aliamve, utpote male curatam aut

1696. p. 237.— WARTON app. ad exercitat. sec. de febribus ab a. 1658—91.— MONRO *Krankheiten in den Britischen Feldlazarethen* p. 76. *Samml. auserles. Abhandl.* 5. *Bd.* p. 156. — BANG acta Havn. Vol. 1. p. 108. — CONSBRUCH l. c. p. 77. — DIOMEDES CORNARUS primus dysenteriae periodicae mentionem fecit. Consil. Lips. 1599.

19) HAUFF l. c. p. 115.

20) LEDELIUS, eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 60. p. 86.

21) P. FRANK l. c. p. 513. — BOULLET *annales d'hygiène publique* 1838. *no.* 37.

22) ZIMMERMANN l. c. p. 149 sq. — BIERMANN *med. Convers.-Bl.* 1832. — LEUBE *med. Correspondenz-Bl.* 4. *Bd.* *no.* 23. — BOULLET l. c.

23) BIERMANN l. c. — F. JAHN ibid. — HAUFF l. c. p. 275.

24) SEGER diss. de febribus intermittentibus sub finem aestatis loco dysenteriae grassantibus. Helmst. 1777.

25) HUXHAM opera T. 1. p. 290. — KLETTEN *Wiener med. Monatsschr.* 1789. *II. no.* 3.— MOHRENHEIM *Wiener Beitr.* 2. *Bd.* p. 48.

26) STOLL (1777) l. c. p. 338. — FODÉRÉ 1793.

aut neglectam, sequitur. Quae primario modo invadit, prodromis haud praegressis, repente et inopinato frigore fortiori, sequente summo aestu, cum siti incipit. Simul fixus, circumscriptus, continuus, tactu auctus dolor[27]) alicubi oritur, ad anum extenditur; et in gravissimum tenesmum transit. Idem postea per totum ventrem extenditur, qui meteorismo affectus levissimum tactum respuit. Tenesmo frequentissime redeunte, sub acerrimis doloribus, mucosa cruenta, subinde cruor merus et laete rubens, vel cinerea fusca, cum pure commista excernuntur. In summo morbi gradu nil fere excernitur. Praeterea polyposa, carnosa, membranosa redduntur. Orificium ani contractum, intestini recti membrana mucosa rubra, dura vel prolapsu orto vel digito in anum immisso percipitur. Pulsus vel durus, plenus, vel suppressus, parvus, facies rubra, turgida, lingua rubra, vel parum muco obtecta, sicca. Accedunt dysuria, stranguria, signa pneumoniae, vomituritio et vomitus. Sanguis e vena missus crustam inflammatoriam exhibet. Tandem deliria, anxietas et inquies, convulsiones, lipothymiae, singultus, pulsus parvus, mollis, frequentissimus, extrema frigida mortem antecedunt.

10. *Dysenteria maligna*[28]) symptomatibus ner- Dysenteria maligna.

27) Stoll l. c. p. 270.

28) *Syn.* Dysenteria nervosa, septica, putrida, typhosa, asthenica, colliquativa, castrensis, pannonica, nosocomialis, navalis, pestilentialis, fluxus virulentus, *die bösartige, nervöse, faulige, typhöse, Lagerruhr.* — Hafenreffer diss.

nervosis et putridis stipata, aliam formam vel sequitur, vel connubium typhi contagiosi et dysenteriae exhibet et belli temporibus grassatur. Quare vel typhi contagiosi symptomata antecedunt et dysenteria sequitur, vel uterque morbus simul eodem tempore originem capit, vel dysenteria male curata et neglecta status nervosus invadit. Quo facto summa corporis debilitas, facies deformis, pulsus parvi et inaequales, urina vel normalis vel pallida vel jumentosa vel nigricans, utplurimum parca; tremores artuum, subsultus tendinum, convulsiones, deliria, sopor, lingua sicca, nigra, vox rauca (vox dysenterica), aphonia, dysphagia aliaque symptomata nervosa comparent, nec non petechiae [29]), lividae et nigrae maculae, miliaria, aphthae, haemorrhagiae, anthraces in conspectum veniunt. Insimul symptomata dysenterica im-

de dysenteria maligna epidemica. Tub. 1660. — Rolfink. diss. de dysenteria maligna. Jen. 1672. — Waldschmied diss. de dysenteria maligna. Marp. 1674. Kil. 1730. — Ehinger diss. de dysenteria maligna. Altdorf. 1713. — Fischer de dysenteriae malignae aetiologia nova. Erf. 1728. Ej. diss. de dysenteriae malignae cognitione et curatione. Erf. 1728. — Juch diss. de dysenteria maligna ejusque cura securissima. Erf. 1739. — Grimm hist. dysenteriae malignae a. 1760 et 1761. Nova acta nat. cur. Vol. III. app. p. 172. — Verhagen diss. de dysenteria biliosa putrida. Colon. 1782. — Selle *neue Beitr. I.* p. 102. 112. — Stoll l. c. p. 280. — Zimmermann l. c. — Degner l. c.

29) Alberti et Cramer diss. de dysenteria cum petechiis et purpura complicata. Hal. 1718. — Consbruch, *Journal der Erfind.* 14. *St.* p. 8.

immutantur, tormina vel modum excedunt, vel plane deficiunt, tenesmus molestissimus, evacuationes innumerae vel copiosae vel parcae; cadaverosa, tenuia, ichorosa, quae anum corrodunt, sanguis dissolutus dejiciuntur. Singultus et vomitus materiae nigrae, fuscae accedunt. Abdomen molle, collapsum. Brevi tempore vires ita exhauriuntur, ut lipothymiae oriantur. Nihilotamen secius haec funesta symptomata diutius, quam exspectatum est, protrahuntur, aegrique, de quibus desperatum erat, evadunt. — Singularem dysenteriae nervosae speciem Pauli[30]), Ehrharter[31]) et Hauff[32]) describunt, quam et ego[33]) notavi (*dysenteria paralytica*); ea vel primario modo invadit, vel in decursu morbi neglecti caput extollit et eo insignis est, ut ea, quae per anum reddebantur, satis copiosa essent, et peculiarem naturam exhiberent, aut enim tenuia, aquosa, fusca, loturae carnis et ferrugini similia, aut pultacea, vasibus adhaerentia, laetius fusca sub torminibus et tenesmis minus vehementibus, imo subinde deficientibus evacuabantur. Praeterea Hauffio[34]) teste vomitu, quaecunque ad ventriculum pervenerint, nec non mucus et cruor ejiciebantur. Simul pars quaedam abdominis sub tactu modice dolebat. Abdomen ipsum collabebatur; nec minus vires brevi exhauriebantur ita, ut aegri supinum cubantes

30) *Geschichte der Ruhrepidemie zu Mainz* p. 30.
31) *Österreich. med. Jahrb. Bd.* 20. p. 242.
32) L. c. p. 106. 283. 33) *Medicin. Annalen* 5. *Bd.* p. 414.
34) l. c. p. 107.

tes vix se erigere possent; simul facies collapsa; vultus languidus, oculorum splendor diminutus, exstinctus, pupula sursum ducta; cutis calor vel normalis vel diminutus, vel auctus vel mutabilis, subinde respiratio laedebatur, et deliria accedebant, haec vero brevia, transitoria. Contra aegri sui conscii manebant; die 4—8 vero cutis frigore marmoreo afficiebatur, sudores viscosi, foetidi promanabant, extrema et labia livida, oculorum obtutus exstinctus, oculi semiaperti, lingua obscure rubra, frigida, aër exspiratus frigidus, vox rauca, debilis, exstincta, singultus accedebant, pulsus percipi non poterat, dolor a regione sacrali ad dorsum et extrema extendebatur, haec quidem resoluta, tamen dolebant vehementer. Talis status per 24—48 horas[35]) perdurabat et conscio aegro tandem cum morte placida commutabatur.

Dysenteria tropica. 11. *Dysenteria tropica*[36]) eo differt a nostrate, ut celerius decurrat, pejoris sit indolis, cum he-

35) Rayger in eph. nat. cur. dec. I. a. 8. obs. 63. p. 106. no. 7. — Ehrharter (l. c. p. 242.) aegram vidit, quae quatuor fere per hebdomades speciem mortui respirantis („*einer athmenden Leiche*") prae se ferebat.

36) Hasper *Krankheiten der Tropenländer* 1. *Bd.* p. 126. — Annesley *researches on the diseases of India Vol. II. Ch. IV.* — Bobillier, *annales de la méd. physiolog.* 1830. *Août.* — Chisholm *manual of the climate and diseases of tropical countries.* — Johnson *the influence of tropical climates.* — Ballingall *on fever, dysentery etc.* — Bonnet (*London med. gaz. Jan.* 31. 1832) dysenteriam ut morbum endemicum in insulis Rotuma, Tongatabu et Otaheiti grassantem commemorat.

hepatis labe, vel cum scorbuto conjuncta sit et chronica dysenteria non raro primario modo gignatur. o'CONNOR[37]) describit dysenteriam in insula *Trinidad* grassantem, „*Bische*" dictam, quae brevi tempore intestini recti gangraenam secum ducit. — *Dysenteria hepatica*[38]) cum hepatis morbo vel acuto vel chronico conjuncta est. Alvi excretiones cum tenesmo nocte frequentiores viridia, atra, cum cruore mixta, mucosa, aquosa, rubro-fusca reddunt; anus saepe prolabitur, urina parca, turbida cum dysuria mittitur. Accedunt dolor fixus in regione hepatis, dolor axillae dextrae, dyspnoea, tussis, anxietas, moestitia, sitis. Morbo diutius protracto abscessus hepatis orti sunt et pus in intestina effuserunt. — *Dysenteria scorbutica* in navibus et castris obvia, diarrhoeam sequi solet, quae in dysenteriam abit; sub tenesmo copiosa, aquosa, mucosa cum cruore coagulato et puriformi materia commixta redduntur; tormina vero minus urgent. Praeterea omnia et singula scorbuti symptomata simul adsunt. — *Dysenteria chronica* sequitur diarrhoeam chronicam, dysenteriam acutam, choleram, febresque remittentes male curatas, nec non primario modo oritur. Symptomata eadem, ac in dysenteria acuta, sed mitiora.

§. LXX.

P r o g n o s i s.

1. Dysenteria vel levior et brevis, vel gravi- Generatim.

37) L. c.

38) LICHTENSTEIN in HUFELAND *Journ.* 27. *Bd.* 2. *St.* p. 48.

vior, vel periculo plena, vel diutius protracta, ubicunque autem admodum molesta est. Qui evadunt, lente convalescunt et in periculo versantur, ne vel leviore caussa admissa morbus recrudescat[1].

Restitutio. 2. Re bene procedente, primum tormina et tenesmus diminuuntur, excretiones rarius revertuntur et ea, quae redduntur per alvum, faeces in se continent utplurimum pultaceas, virides[2], nonnumquam duras. Simul sudores[3] et sedimentum urinae album, lateritium[4] comparent. Deinde febris et reliqua symptomata sensim sensimque evanescunt et silent. Praeterea decubitus[5] gangraenosus, pustulae[6] accidentales, urticaria[7], miliaria[8], herpes la-

1) Degner l. c. p. 203. — Fischer *Anleitung zur Armenpraxis* p. 311. — Stoll l. c. („nullus morbus tam facili negotio, ac dysenteria revertitur"). — Tissot l. c. p. 336. — Hufeland l. c. p. 86. — Hargens l. c. p. 124. — Siebert l. c. p. 97: „*Recidive kommen nach vollkommener Genesung mit completen Krisen nicht vor. Es war deutlich, dass in einer und derselben Epidemie ein Individuum nur einmal befallen wurde. Dagegen macht die Ruhr einen neuen Angriff, wenn beim Nachlass der Krankheit oder in der Reconvalescenz äusserliche Verkältungen und innerliche (Trinken von kaltem Wasser) nicht vermieden werden.*"

2) Siebert l. c. p. 55. Nota et p. 90.

3) Pauli *Geschichte der Ruhrepidemie zu Mainz* p. 17 (die 7, 9, 11 aut serius).

4) Siebert l. c. p. 54. 5) Zimmermann l. c.

6) Degner l. c. p. 26. — Zimmermann l. c. p. 15. — Thebesius, acta nat. cur. Vol. X. obs. 60. p. 220. — Wolf ibid. Vol. VI. obs. 95. p. 335. — Hargens l. c. 3. St. p. 140. — Zinke l. c. p. 31.

labialis[9]) aliaque eruptio cutanea[10]), ulcera externa[11]), erysipelas[12]), aphthae[13]), parotitis[14]), salivatio[15]) vim quamdam vel criticam vel derivantem habuisse dicuntur. Sed dierum criticorum ordo vix servatur.

3. Subinde accidit, ut dysenteria alios morbos[16]) frangeret, corporisque valetudinem emendaret[17]), siquidem ea feliciter superata erat. Sed multo frequentius eadem vel in *chronicam dysente-* Sequelae.

7) Pauli l. c. p. 26.

8) Clarus *Annalen* 1. *Bd.* 2. *Abth.* p. 145. — Jawandt l. c. p. 17. — Leube l. c. 4. *Bd. no.* 23.

9) Zimmermann l. c. p. 14. — Jawandt l. c. p. 17. — Consbruch *Journ. der Erfind.* 14. *St.* p. 8.

10) Michaëlis in Hufeland *Journal* 6. *Bd.* p. 228.

11) Zimmermann l. c. p. 15.

12) Zimmermann l. c. p. 365. — Siebert l. c. p. 79.

13) Vogel l. c. — Hauff l. c. p. 248.

14) Heim apud Hauff l. c. — Michaëlis l. c.

15) Morton app. ad exercitatt. II. p. 160. — Rampold l. c. p. 187. — Hauff l. c. p. 249.

16) Hippocrates epid. IV. ed. Kühn T. III. p. 535 (ancilla, cui ex 7 annis menstrua non provenerant, quaeque tumorem in abdominis latere dextro gerebat, ab utroque malo liberata est). Aphor. lib. IV. no. 48. l. c. p. 755 („splenicis dysenteria accedens bonum"). Aphor. l. VII. 5. l. c. p. 757 („ex insania dysenteria, aut hydrops aut mentis emotio bonum"). Praedict. II. 15. l. c. T. 1. p. 201 („his [podagricis] certe succedentes intestinorum difficultates optime medentur"). Eadem rheumatismum (Stoll l. c., Akenside l. c.), asthma, ulcera longinqua (Hufeland l. c. p. 132), tussim convulsivam (Schmidtmann l. c. p. 236), absoluta dysenteria redeuntem, sustulit.

17) Tscharnkowski l. c. — Hauff l. c. p. 250.

teriam[18]) abit, vel alios morbos superstites relinquit. Illa graviores casus sequitur, inprimis infantibus et senibus noxia est. Febre, torminibus et tenesmo diminutis, ciborum appetentia revertente, dejectiones alvinae, subinde copiosae, cum dolore et tenesmo mitioribus conjunctae singulis horis vel rarius redeuntes perdurant, et pultacea faeculenta, vel muci cruenti glomera, vel purulenta redduntur. Unde sequuntur debilitas, macies, cutis frigida, sicca, crustis obtecta[19]), flaccida. Pulsus debiles, rari, intermittentes, lingua vel obtecta, vel pura et glabra. Abdomen vel meteorismo tumet, vel collapsum est. Anus interdum sphinctere vel dissoluto, vel debilitato constanter apertus, ita ut invito et nescio aegro sedes locum habeant. Nihilotamen secius increscit ciborum appetentia, et aegri opii[20]) majores doses et cupiunt et perferunt, in alterutrum latus cubant et odorem foetidissimum spargunt. Subinde hepatis, lienis[21]) affectiones, aphthae et oedema, vel nova accessio dysenteriae acutae vel enteritis[22]) accedunt. Denique siti increscente, appetitu[23]) diminuto, febre hectica accedente, exhau-

18) Caelius Aurelianus morb. chron. lib. IV. c. 6. ed. Halleri T. XI. p. 323. — Sydenham l. c. p. 115. — Stoll l. c. p. 292.

19) Lemercier l. c. 20) *Dict. des sc. méd.* l. c.

21) Heusinger *Entzündung und Vergrösserung der Milz* p. 126.

22) Broussais *hist. des phlegmas. chron.* T. II. p. 545.

23) Hippocrates aphor. sect. VI. 3. ed. Kühn T. III. p. 750.

haustis viribus, summaque corporis macie oborta aegri 4—8 hebdomadibus praeterlapsis succumbunt. — Praeterea dysenteriam sequuntur diarrhoea chronica[24]), lienteria[25]), dyspepsia[26]), flatulentia, apostema[27]), angustatio[28]), polypus, prolapsus intestini recti, haemorrhoides[29]), tenesmus superstes[30]), dysuria[31]), icterus[32]), hydrops[33]), anasarca, ascites, rheumatismus[34]), arthritis[35]), ophthalmia[36]), pleuritis[37]), apoplexia, paralysis[38]),

T t 2

(,,in longis intestinorum difficultatibus cibi fastidia malum denunciant et cum febre pejus").

24) Stoll l. c. p. 291.

25) Hippocrates aphor. sect. VII. 76. ed. Kühn T. III. p. 766 (,,intestinorum difficultati laevitas intestinorum succedit").

26) Ehrharter l. c. p. 249.

27) Morgagni ep. XXXI. art. 28.

28) Cheyne l. c. p. 27 (,,*at four inches from the anus there was an extensive hard stricture; the coats of the intestines were nearly an inch in thikness, which was chiefly owing to a dense, white, fibrous matter, interposed between the peritoneal and muscular coat*").

29) Ehrharter l. c.

30) Stoll l. c. p. 293.

31) Stoll l. c. p. 298.

32) Pauli l. c. p. 28.

33) Heuermann l. c. p. 204. — Stoll l. c. p. 299. — Thormann l. c. p. 301.

34) Stoll l. c. p. 295. — Cruciani l. c. — Akenside l. c.

35) Baglivi praxeos med. lib. I. Opera p. 100 (,,colica et dysenteria mutantur in arthritidem et contra"); de fibra motrice cap. I. Opera p. 370 (,,colici et dysenterici non raro fiunt arthritici"). — Consbruch l. c. p. 78. — Ehrharter l. c. p. 247.

36) Ehrharter l. c. p. 249.

37) Stoll l. c. p. 296.

sis [38]), epilepsia [39]), febris intermittens [40]), nervosa [41]). Denique dysenteria praepostere suppressa [42]) varii morbi suborti sunt: asthma [43]), haemoptysis [44]), apoplexia [45]), epilepsia [46]), aphonia [47]), deliria [48]), delirium potatorum [49]), cephalalgia [50]), ophthalmia [51]), surditas [52]), erysipelas [53]), abscessus [54]), tumores [55]), eruptiones cuta-

38) Kipping diss. de paralysi brachii unius et pedis alterius lateris, dysentericis familiari. Helmst. 1750. — Pauli l. c. p. 29.

39) Hauff l. c. p. 258.

40) Cf. §. LXIX. 8. — Baglivi l. c. p. 370. — Leube *med. Corresp.-Bl.* 4. *Bd. no.* 23.

41) Cf. §. LXIX. 10. — Heim, Dietrich, Theurer apud Hauff l. c. p. 255.

42) Hippocrates de vict. rat. in acutis, ed. Kühn T. II. p. 85 („intestinorum difficultas si cessavit, vel abscessum, vel tumorem aliquem parit, nisi in febres vel sudores vertatur, et urinae crassae, albae et leves apparuerint, vel in tertianas, vel varicem, vel testem, vel crura, vel in coxendices dolor obfirmetur").

43) Tissot l. c. §. 340.

44) de la Mettrie l. c.

45) Tissot l. c.

46) Tissot l. c.

47) Mosrder diss. de dysenteria, quam excepit aphonia. Argent 1775, (duer emetico sumto ab aphonia liberatus est).

48) Engelhart l. c. — Fehleisen apud Hauff l. c. p. 257.

49) Rademacher in Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 594. — Talem casum et ego vidi.

50) Bodenmüller apud Hauff l. c. p. 170.

51) Tissot l. c. — Lanzoni, eph. nat. cur. dec. III. a. 10. obs. 87. p. 159.

52) Consbruch *Journal der Erfind.* 10. *St.* p. 76.

53) Lechler, *Würtemberg. med. Corresp.-Bl.* 5. *Bd.* p. 244. — Rampold l. c. p. 191.

taneae[56]), sudores habituales[57]), cardialgia[58]), induratio hepatis[59]), gangraena oris et labiorum[60]), pedis[61]) et ulcera pedum manuumque foeda[62]).

4. Quod ad singulas dysenteriae formas attinet, diarrhoea dysenteroides, sive ad dysenteriam veram sive spuriam pertineat, morbum utplurimum levem exhibet. Quae vero simplex dicitur dysenteria, licet per se non mortem faciat, tamen in dysenteriam inflammatoriam aut nervosam, malignam abire potest, quare prognosin omni modo tutam non habet. Idem valet de dysenteria rheumatica. Dysenteria pituitosa magis timenda, propter ulcera in intestino ileo nata; eaque facilius in chronicam commutatur vel diarrhoeam vel dysenteriam. Ascarides lumbricoides morbum graviorem reddunt et maxime timentur[63]), ubi vel ex ore vel inscio aegro proveniunt[64]). Dysenteria saburralis non adeo gravis, quam biliosa; haec enim periculo plena facillime in

Prognosis specierum.

54) Hippocrates coacae praenott. ed. Kühn T. I. p. 311. („intempestive suppressa intestinorum difficultas abscessum in costis, aut visceribus aut articulis inducit").

55) Triller de tumoribus subitis a dysenteria intempestive suppressa obortis. Opusc. III.

56) Tissot l. c. 57) Reichert apud Hauff l. c. p. 258.

58) Pauli l. c. p. 29. 59) Tissot l. c.

60) Gessner l. c. p. 28. — Consbruch l. c. p. 9. — Manz apud Hauff l. c. p. 23. — Puchelt l. c. p. 413.

61) Mentzel, eph. nat. cur. dec. II. a. 5. obs. 42. p. 83.

62) Baglivi l. c. p. 370.

63) Zimmermann l. c. — Hargens l. c.

64) Lembrcier l. c.

in malignam convertitur. Id quidem minus timendum est in dysenteria inflammatoria, quae insuper, nisi gravissima est, curam admittit, alioquin vel gangraena intestinorum, eorumque ulceribus obortis, vel sero in cavitate peritonaeii exsudante, mortis caussam praebet. Dysenteria periodica minus gravis, quam maligna, quae ingentes strages edidit, et saepenumero curam, utut idoneam, artisque auxilia, quaecunque ferri possunt, eludit. Nec chronica dysenteria periculo vacat. — Praeterea monendum, epidemias quasdam prae aliis periculo excellere, nec raro uno eodemque anno aliam urbem vel vicum aliis gravius laedi. Quae media aestate, sub summo aestu invadit, dysenteria, gravior et perniciosior[65]) esse solet, quam autumnalis.

Prognosis ex aegri constitutione.

5. Aetas senilis[66]) et infantilis, sexus potior, constitutio debilis, fracta gravius laeduntur. Menstrua, quae simul cum morbo, nec justo tempore proveniunt, timentur[67]), eadem vero vigentibus viribus sublevare[68]), seriore vero morbi stadio funesta esse possunt. Quae uterum gerunt, facile abor-

65) Zimmermann l. c. p. 338. Sed contrarium a Brüning (l. c. p. 11) observatum est.

66) Sydenham l. c. p. 110 („hic autem morbus licet adultis, maxime grandaevis, haud raro exitialis infantibus nihilominus perbenignus reperitur").

67) Degner l. c. p. 28. — Hargens l. c. p. 122. — Wedekind l. c. — Veiel apud Hauff.

68) Bodenmüller et Dietrich apud Hauff. — Akenside l. c. p. 19 („haud ita frequenter, attamen plus vice simplici vidi in foeminis dysenteriam paulisper secedere,

abortum[69]) patiuntur et gravius[70]) laborare solent; partus vero justus levamen[71]) adduxit. Praeterea vivendi modus et ratio medendi multum valent ad prognosin constituendam.

Prognosis ex symptomatibus.

6. Ad pejora symptomata[72]) referuntur vomitus[73]) frequens, praecipue progrediente morbo, quo quaecunque assumta fuerint, ejiciuntur, biliosus[74]), cruentus[75]), stercoralis[76]); dolor fixus, continuus, tactu auctus, vel subito cessans[77]), vel nullus[78]); lingua vel sicca, rubra splendens, vel ni-

quam supervenissent menstrua — et quam primum definita esset illa purgatio omnia itidem recrudescere").

69) Degner l. c. p. 23. — Hargens l. c. — Rampold l. c. p. 187. — At non omnes, testibus Thebesio (acta nat. cur. Vol. X. obs. 60. p. 220: „dysenteria epidemia in gravidis innoxia") et P. Frankio (ex schedis).

70) Wedekind l. c. — P. Frank l. c. p. 513. — Cruciani l. c. — Contra Degner l. c. p. 28, Vater, Vogel, van Geuns nihil damni ex graviditate redundasse observarunt.

71) Hippocrates epid. lib. V. 33. ed. Kühn T. III. p. 579. — Baglivi praxis med. lib. I. opera p. 110.

72) Cf. Hippocrates prorrhetica lib. II. l. c. T. I. p. 216.

73) Baglivus l. c. p. 109 („vomitus dysentericis superveniens periculosus est").

74) Hippocrates Coac. praenott. Sect. III. no. 62. ed. Kühn T. I. p. 311 („dysentericis vomitus biliosus in principio malus est").

75) Degner l. c. p. 23. — Hauff l. c. p. 394 („*nie habe ich nach blutigem Erbrechen einen Kranken genesen sehn*"). Sed Wedelii (l. c.) aeger restitutus est.

76) Degner l. c. p. 23.

77) Gessner l. c. p. 8.

78) Dysenteria indolens quippe maligna cum febre conjuncta, justum timorem injicit, sed non ubique eam lethalem esse,

nigra, rugosa[79]); tussicula sicca[80]); deglutitio impedita[81]); singultus[82]); dejectiones sinceri cruoris[83]), materiae atrae[84]), cadaverosae, et omnis materiae, quae vel maxime ab indole vel faecum vel solitae materiae dysentericae abhorret; carunculae[85]); aphthae oris et recti[86]); miliaria; uri-

docet Grubel casu suo (eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 98. p. 203).

79) Jawandt l. c. p. 70.

80) Consbruch in *Journ. der Erfind.* 10. *St.* p. 75.

81) Baglivi l. c. p. 109 („Si singultus accedat, lethale, si angina, lethale, si vero accedat difficultas deglutiendi, mortem imminentem pronuntia adstantibus").

82) Attamen Stoll (l. c. p. 347. 348) singultum non timet dummodo reliqua symptomata non pejora sunt, et P. Frank (in schedis) casus insontis singultus refert. — Degner l. c. p. 24.

83) Sydenham l. c. p. 109 („nonnunquam progresso morbo loco filamentorum sanguineorum sanguis sincerus, ne muco quidem intermixtus largiori quantitate singulis diebus egeritur, quod aegro interitum minatur"). — Chesneau obs. med. lib. III. c. 7. p. 293 („quidam aegroti sanguinem purum fundebant per triduum sine excrementis et torminibus, quorum quidam ipso triduo moriebantur, alii evadebant"). — Cruciani l. c. — Strack l. c. — Hauff l. c. p. 396. — Contra teste Frankio l. c. p. 513. „profluvium cruoris ex ano etiam sat multi sub morbi (inflammatorii) exordio proficuum esse solet". — Zincke l. c. p. 141.

84) Huxham l. c. p. 292 („Signa sphaceli certissima sunt ventris proluvies atra, oleosa, foetidissima cum lividis carunculis, sudores frigidi, singultus, delirium").

85) Degner l. c. p. 27 („ramenta intestinorum abrasa, carunculae et solidae membranarum partes si excernebantur, funestus erat status").

urina[87]) limpida et parca; deliria; lipothymia; convulsiones[88]); paralysis extremorum et sphincteris; linguae et artuum tremor; parvus, intermittens, vermicularis pulsus; parotitides; gangraena faciei, ani, genitalium, petechiae magnae et vibices; vesicae ichore flavo, viridi, atro repletae, oedema manuum, oculorum distortio, cutis frigida, collapsa, contracta. Contra faustum eventum indicant: remissio symptomatum, imprimis torminum et tenesmi; flatus[89]) et faeces, quae per anum redduntur; cutis calida, madida, mollis; lingua humida, sudores spontanei[90]); sitis diminuta; appetitus ciborum, quae redit; somnus quietus; urina multa, ad naturalem accedens; vires corpori redeuntes. Sed neque faustis signis nimia fides habenda, neque pejoribus praevalentibus illico desperandum est.

§. LXXI.

86) Sydenham l. c. p. 109. — Degner l. c. p. 26. — Pringle l. c. — Zimmermann l. c. — Hufeland l. c. — Horn l. c. aliique, ad quos accedo.

87) Huxham l. c. p. 292 („porro singulare quoddam nonnumquam observavi symptoma, semper lethale, urinam nempe limpidam et parcam valde").

88) Degner l. c. p. 24.

89) Baglivi praxeos med. lib. I. Opera p. 111 („flatus pedendo emissi in dysenteria supervenientes, futuram promittunt sanitatem, id observavi, credo, ex Hippocratis praecepto").

90) Degner l. c. p. 27 („non aeque sudor arte excitatus") — Pauli *Geschichte der Ruhrepidemie zu Mainz* p. 19.

§. LXXI.

C u r a.

Generatim. 1. Dysenteriae emetica, laxantia, diaphoretica, nervorum vim sedantia, antiphlogistica, adstringentia tonica, aliaque varii generis remedia opposita sunt. Pleraque ab aliis laudata, ab aliis rejecta sunt, nec datur curandi ratio, quae omnibus ac singulis dysentericis conduceret[1]). Quare symptomata, quae praevalent et singulae morbi formae rite aestimanda sunt, ut aptiora remedia eligantur.

Emetica. 2. *Emetica*[2]), quae F. Hoffmann[3]), Degner[4]), Zimmermann[5]), Pringle[6]), Akenside[7]), Stoll[8]), Mursinna[9]), Tissot[10]), Strack[11]), Vogel, Hufeland[12]), Hargens[13]), Fournier et Vaidy[14]), Schmidt-

1) Cura dysenteriae simili modo, ac cura variolae, scarlatinae, erysipelatis, febrium continuarum, typhi etc. instituenda et dirigenda esse mihi videtur. Haud enim constat de cura primaria, quae proxime illos morbos frangeret, quare in eo acquiescendum est, ut pro symptomatibus variaque, quam praebent, forma remedia eligantur, nisi hanc illamve hypothesin et praeconceptam opinionem sequi, ut quidam solent, praefertur.

2) Chomel diss. ergo dysenteriae vomitus. Par. 1698. — Aignan an dysenteriae potissimum pituitosae statim ab initio emetica. Paris. 1703. — Schmid diss. de emeticorum usu in dysenteria. Jen. 1803.

3) L. c. p. 542. 4) L. c. p. 128. 5) L. c. p. 64.

6) L. c. 7) L. c. p. 33. 8) Rat. med. P. III. p. 275. 334.

9) L. c. p. 23. 10) L. c. §. 332.

11) L. c. 12) L. c. p. 109.

13) L. c. p. 125.

14) *Dict. des sc, méd. T. X.* p. 374.

SCHMIDTMANN[15]), THORMANN[16]), medici Würtembergenses[17]) plurimi, ad quos nos quoque accedimus, commendant, in dysenteria biliosa, praeterea vero etiam in dysenteria simplici indicantur. In illa materiae nocentes ejiciuntur, in utraque metasyncritico modo morbus frangitur, in inflammatoria autem dysenteria emetica nocent[18]). Imprimis radix ipecacuanhae laudatur, quae alvum non ducit; quodsi hoc simul in votis est, tartarus emeticus[19]) ipecacuanhae addi potest. Praeterea HOYER[20]), YOUNG[21]), BROWN[22]), PAISLEY[23]), SIMPSON[24]), STEPHEN[25]), GORDON[26]), PRINGLE[27]), MOSELEY[28]), ADAIR[29]), MÖHRLIN[30]), MURSINNA[31]), BRÜNING[32]), PFENNINGER et STAUB[33]) vitrum antimonii vel simplex vel ceratum laudibus extollunt;

15) HUFELAND *Journ.* 72. *Bd.* 1. *St.* p. 55.

16) v. POMMER *Zeitschr.* 3. *Bd.* p. 123. 17) HAUFF l. c.

18) Quare rejiciuntur a RUD. VOGEL (de cognosc. et cur. morbis §. 324) et restringuntur a P. FRANK (l. c. p. 518).

19) Hunc MURSINNA l. c. p. 23. praefert.

20) Eph. nat. cur. dec. III. a. 3. obs. 51. p. 58.

21) *Medicin. Versuche einer Gesellsch. zu Edinburg* 5. *Bd.* 1. *Th.* p. 242.

22) Ibid. p. 253. 23) Ibid. p. 265. 24) Ibid. p. 256.

25) Ibid. p. 269. 26) Ibid. p. 271.

27) Ibid. p. 238. *Krankheiten der Armee* p. 307.

28) L. c. p. 249. vers. germ. p. 198. praefert vitrum antimonii simplex, ejusque subtilissime laevigati gr. jjj exhibet et jubet, ut aeger in lecto retineatur.

29) *Med. Comment. Vol.* 9. *Samml. auserles. Abhandl.* 11. *Bd.* p. 280.

30) Referente ZIMMERMANN l. c. p. 123. 31) L. c. p. 48.

32) L. c. p. 73. 3) L. c. p. 134.

lunt; sed HEUERMANN[34]), RÖDERER et WAGLER[35]), GEOFFROY[36]), CLARK ejus usum rejiciunt, nec nostris temporibus id propinatur.

Purgantia. 3. E purgantibus[37]) eminet radix rhei, quam HUXHAM[38]), DEGNER[39]), PRINGLE[40]), STOLL[41]), ZIMMERMANN[42]), TISSOT[43]), STRACK[44]), HUNNIUS[45]) aliique commendant. Cujus vel pulvis[46]) tostus, vel tinctura aquosa[47]) propinatur; rheum aut solum aut aliis cum remediis aptis, cum Kalomel[48]) vel cum salibus acidulis conjunctum in dysenteria biliosa locum habet, et praemisso emetico exhiberi potest, alioquin ad casus chronicos restringitur[49]). — Praeterea in dysenteria biliosa et saburrali manna, tamarindi, salia cum acido tar-

34) L. c. p. 184. 35) L. c.

36) *Hist. et mém. de l'acad. R. des sc. à Paris.* 1745. *Mém.* p. 162.

37) DU BREUIL, ergo dysentericis cathartica. Par. 1578. — GUILLEMEAU, ergo dysentericis utraque evacuatio. Par. 1644.— PARIER, ergo dysenteriae mochlica purgatio. Par. 1695.— FICKIUS diss. de genuino purgantium usu in dysenteria. Jen. 1709. — CAWLEY l. c. *Samml. auserles. Abhandl.* 12. *Bd.* p. 144. — HESSE diss. sist. disquisitiones quasdam circa usum evacuantium in dysenteria. Jen. 1800.

38) L. c. p. 291. 39) L. c. p. 139. 40) L. c. p. 310.

41) L. c. p. 258. 42) L. c. p. 84. 43) L. c. 44) L. c.

45) L. c. p. 74. 46) HUXHAM l. c.

47) DEGNER l. c. — ZIMMERMANN l. c. p. 93. p. 108 sq.

48) PRINGLE l. c.

49) JACOBS diss. de abusu radicis rhabarbari in primo stadio febris dysentericae catarrhalis. Erf. 1800. — RICHTER *neue med. u. chir. Bemerk.* p. 98. — MURSINNA l. c. p. 34. — STOLL rat. med. P. III. p. 264.

tartarico, cremor tartari[50]), magnesia sulfurica[51]), natrum sulfuricum[52]), oleum Ricini[53]) jure commendantur, drastica[54]) vero plane rejiciuntur. Sed dysenteriae regnaverunt, in quibus vel lenia evacuantia nocuerunt[55]), et symptomata graviora reddiderunt[56]).

4. Liquor Mindereri[57]), sal ammoniacum, ut perspiratio cutanea[58]) adjuvetur, exhibentur, imprimis morbo ad crisin vergente. Diaphoretica.

5. In-

50) Cheyne l. c. p. 48.

51) Heberden quavis sexta hora drachmam unam, Clark sal amarum cum succo citri, et spiritus vini pauxillo, Bretonneau (*arch. gén. T. XIII.* p. 396) salis Epsomiensis ℥ß exbibuit.

52) Mursinna l. c. p. 25. 29.

53) Clark (Murray *med. pr. Biblioth.* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 174). — Tode *med. chir. Biblioth.* 9. *Bd.* 2. *St.* p. 212. Bang praxis med. p. 470. — Acta Havniensia II. 260.

54) Angla quaedam initio dysenteriae, qua correpta fuerat, colocynthides assumserat, unde morbus tantum incrementi cepit, ut aegra postea obiret. Puchelt l. c. p. 414. — Huxham l. c. p. 291 („quae ex aloë, scammonio aut colocynthide confecta sunt, in hoc morbo toxica prorsus sunt, non remedia").

55) Stoll rat. med. T. III. p. 252. 288. 321. — Sydenham l. c. p. 112. — le Tellier diss. non ergo purgatio dysenteriae utilis. Par. 1606. — de Gorris diss. non ergo dysenteriae purgatio convenit. Par. 1634. — Mursinna l. c.

56) Chyene l. c. p. 41.

57) Hargens l. c. p. 141. — ℞. Gi. arab. ℥ß-j, Sacch. alb. ʒjj, Solve in aquae foeniculi ℥vj, adm. Liq. Minder. ℥jj, Tinct. theb. ʒß-j. M. D. S. cap. quovis bihorio cochlear. Vogel.

58) In epidemia Moguntiaca a. 1795 sudor optimum reme-

Sedantia. 5. Inter sedantia eminet *opium*, quod vix non in omni dysenteriae specie locum invenit, in simpliciore non raro ad curam sufficit, in aliis vero apto modo cum aliis remediis conjungendum est. Idem tormina et tenesmum mitigat, somno favet, cutis perspirationem adjuvat, contra vero etiam enteritidem excitare, apoplexiam variasque sequelas pejores inepto sub usu producere potest[59]; quare debita cum cautela (nec infantibus) minore et rariore ab initio, dein, siquidem bene conduxerit, majore dosi exhiberi, nec alia curationis indicia negli-

dium erat (Pauli l. c. p. 11). Nec non Moseley (*on tropical diseases* p. 210, vers. germ. p. 176) methodum sudoriferam commendat. Selle *neue Beiträge zur Natur- und Arzneiwissenschaft* 1. *Th.* p. 102. — F. Hoffmann l. c. p. 543. — Blane *Krankheiten der Seeleute* p. 332.

59) Quare Alexander Trallianus (l. c. p. 318), Valentini (eph. nat. cur. dec. II. a. 3. obs. 88. p. 188), qui resolutionem intestinorum intempestivo opii usui tribuit, F. Hoffmann (l. c. p. 546), Degner (l. c. p. 180), Tissot (l. c. §. 340), Pringle (l. c. p. 311), Stoll (l. c. passim), Zimmermann (l. c. p. 96), Brüning (*über die Schädlichkeit des Mohnsaftes in der Ruhr*, *Neuwied* 1794), Mursinna (l. c. p. 36), Hufeland (l. c. p. 126) aliique ab inconsulto ejus usu dehortantur. — Contra alii, quamplurimi opii usum commendant, ita Reinmann (N. acta nat. cur. T. II. obs. 86. p. 346), Willis (pharmac. rat. P. III. c. 3. p. 50), Sydenham (l. c. p. 111), Tralles (de usu opii Sect. III. c. 3. p. 172), Vogler (l. c. p. 158), Weber (*nord. Archiv f. Naturwiss.* p. 132), Richter (*Bemerk.* p. 93), Grashuis (l. c.), van Geuns (l. c.), Horn (*N. Archiv* 6. *Bd.* p. 32. *Jahrg.* 1809. 1. *Bd.* p. 103), Wedekind (l. c.), Hargens (l. c. p. 137), Schmidtmann (l. c. p. 202), Hauff (l. c. p. 404).

gligi debent. — Sunt, qui vel maximas[60]) opii doses propinarent cum fructu, nec narcosin inde natam observarent. Vel pulvis, vel tinctura, vel Laudanum, quod equidem praeferrem, vel morphium aceticum[61]) exhibebatur. Pro re nata cum emulsione oleosa, mucilagine gummi arabici, cum ipecacuanha, Kalomel[62]), rheo, alumine et tonicis conjungitur. Denique clysteribus vel mucilaginosis, vel amylaceis summo cum levamine additur. — *Belladonnam* Gessner[63]) et Ziegler[64]) ex-

60) Ramazzini l. c. p. 85. gr. iv—v, Volteler gr. xxiv pro dosi, van Geuns ipsam drachmam per nychthemerum exhibuerunt. — Rademacher (Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 587) foeminae tres per hebdomades singulis diebus Laudani liquidi Syd. gtt. 100 propinavit, in dysenteria putrida perniciosa Laudani ʒjj—ʒjjj in aquae ℥vjjj. S. Quavis hora cochlear. Praeterea Paterson, praemissis tincturae opii ʒjß—jj octo horas post opii puri gr. vj additis Kalom. gr. jjj. et tartati emetici gr. ½ eamdemque dosin quavis octava hora repetita vice exhibuit. — Christison (*Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 31. p. 217) gr. xx—xxiv opii intra 24 horas sumi jussit. — Smith (ibid. Vol. 42. p. 348) pro dosi gr. iv exhibuit.— Cheyne l. c. p. 44. Cave, ne haec exempla inconsulto imiteris, quae quidem docent quid ferat corpus, haud vero, quid opus sit. Cf. historiam morbi principis Augusti de Neuwied in Brüningii libro.

61) Rösch in *med. Annalen* 5. *Bd.* p. 448.

62) Eisenmenger (Casper *Wochenschr.* 1834. *no.* 3) laudat pilulas ex opio, kalomel et ipecacuanha confectas, simul oleum lini abdomini imponi et unguentum hydrargyri cum linimento volatili eidem infricari jussit.

63) Epist. v. Halleri biblioth. med. pract. Vol. II. p. 55.

exhibuerunt. — *Nucem vomicam*[65]) Hufeland[66]) loco opii commendat, eumque Klinge[67]), Berends, Horn[68]) aliique[69]) sequuti sunt. Rampold[70]) eamdem modo endermatico in usum vocavit. — *Radix ipecacuanhae*[71]) non solum ob emeticas, sed

64) *Beobachtungen aus der Arzneiwissensch., Chirurgie u. s. w. Leipz.* 1787. p. 35.

65) Hagström in *Abh. d. schwed. Akad. d. Wissensch.* 35. *Bd.* p. 280. — Odhelius in Todr *med. chir. Bibl.* 7. *Bd.* p. 345. — Murray apparat. med. Vol. 1. p. 483.

66) Hufeland *Journ.* 1. *Bd.* 2. *St.* p. 108 (℞ Extr. nucis vomicae gr. x, Mucilag. gi. arab. ℥j, Aq. florum sambuci s. fontanae ℥vj, Syr. de alth. s. emuls. ℥j. M. D. S. Capiantur duo cochlearia secunda quaque hora). — Fischer *Armenpraxis* p. 298.

67) Hufeland *Journ. Bd.* 6. p. 897.

68) Horn *neues Archiv Jahrg.* 1809. 1. *Bd.* p. 248.

69) Müller in Harless *n. Jahrb. d. deutschen Med. u. Chir.* 12. *Bd.* 3. *St.* — Müller in Hufeland *Journ.* 1825. *Supplem.* p. 39. — Ludw. Frank de peste dysenteria et ophthalm. Aegypt. p. 205.

70) L. c. p. 197. — Hauff l. c. p. 42.

71) Quam Pison (de Indiae utriusque re naturali et medica, Amstel. 1658. p. 231.) jam commemoraverat, radicem Helvetius (*dict. des sc. méd. T.* 2. p. 375.) Parisiis tanto cum fructu propinavit, ut Ludovicus XIV. ulterioribus experimentis institutis arcanum soluta pecunia publici juris faceret. Sed de Leibnitz (relatio ad soc. nat. cur. de novo antidysenterico americano, Hannov. et Guelph. 1696. eph. nat. cur. dec. III. a. 3. app. p. 1) res Parisiis actas alio modo enarrat. Postea vero Marais (ergo dysentericis affectibus radix Brasiliensis, Par. 1690), Wedel, F. Hoffmann (l. c. p. 542), Vater (diss. de ipecacuanhae virtute febrifuga atque antidysenterica, Viteb. 1732), Baglivi (l.

sed etiam propter specificas[72]) quasdam virtutes laudibus extollitur, ejusque vel magnae[73]), vel refractae doses exhibentur, ita, ut pulvis gr. ¼ — ½ vel infusum gr. vjjj — xjj propinetur, et cum nuce moschata, rheo, floribus zinci, opiove conjungatur. — Praeterea fomenta et cataplasmata emollientia, sedantia, narcotica abdomini imposita sunt; v. c. infusum florum chamomillae, herbae hyoscyami, cicutae, specierum emollientium et cephalicarum; denique linimentum[74]) volatile vel purum vel cum camphora, opiove, oleum hyoscy-

c. p. 109), DESBOIS (diss. an dysenteriae ipecacuanha. Paris. 1745), HEISTER (*Wahrnehmungen no.* 84), TISSOT (l. c.), AKENSIDE (l. c. p. 35), VAN GEUNS (l. c.), RANOË (act. R. soc. med. Havn. Vol. I. p. 33), BANG (ibid. p. 103. 277), RAZOÚX (*tables nosologiques* p. 37), RICHTER (*neue med. u. chir. Bemerk.* p. 97), BAUMES (*journ. de méd. T.* 57. p. 507. *Samml. auserles. Abhandl.* 7. *Bd.* p. 527), LIND (*journ. de méd. T.* 85. p. 15. *Museum der Heilk.* 4. *Bd.* p. 238), FORDYCE (fragmenta ch. et med. Lond. 1784. p. 23. *Samml. auserles. Abhandl.* 11. *Bd.* p. 454), SCHLEGEL (HUFELAND *Journ.* 9. *Bd.* 1. *St.* p. 105), BALMAINE (*mem. of the med. soc. of London. Vol. V. no.* 24), HUFELAND (*Journ.* 13. *Bd.* 2. *St.* p. 168) aliique ejusdem remedii usum testati sunt.

72) F. HOFFMANN l. c. („maximum antidysentericum, si modo initiante morbo justa dosi semel vel bis aut ter exhibeatur"). — BAGLIVI l. c. („est specificum et fere infallibile remedium in fluxibus dysentericis").

73) FORDYCE l. c. (gr. x — xv in cochleare spiritus vini). — BALMAINE l. c. (ʒjj cum tincturae opii gtt. LX!!)

74) RICHTER l. c. p. 103 (℞. ol. olivarum ℥vj, Liq. ammon. caust. ℥j, Tinct. opii simpl. ʒjß, Camphor. ʒj. M. D. S).

scyami coctum cum spiritu salis ammoniaci, unguentum mercuriale cum opio, oleum lini calidum, opii grana tria in succo gastrico soluta[75]), abdomini infricata, nec non balnea[76]) tepida in usum vocata sunt.

Venaesectio.

6. *Venaesectionem*[77]) SYDENHAM[78]), HUXHAM[79]), AKENSIDE[80]), ZIMMERMANN[81]), MURSINNA[82]), RADEMACHER[83]), SOMERS[84]), BAMPFIELD[85]), ANNESLEY[86]), AUTENRIETH[87]), MAUTZ[88]), HAUFF[89]), CHEYNE[90]) aliique in omni graviore dysenteria cu-

75) BRERA; *dict. des sc. méd. T. X.* p. 385.

76) HEISTER *Wahrnehmungen I, no.* 553. — HINZE, HORN *Archiv* 4. *Bd.* p. 526. — HORN *N. Archiv* 6. *Bd.* p. 33. — BLANE *über die Krankheiten der Seeleute* p. 336. — HUFELAND *Journ. d. pr. Heilk.* 1. *Bd.* p. 120. — LIND *Museum d. Heilk.* 4. *Bd.* p. 245 (aromatica). — RICHTER *Bemerk.* p. 103. — THOMANN *Annalen* a. 1800. p. 257 (aromatica). — THORMANN l. c. p. 294.

77) LANCRANI an in dysenteria sanguis sit mittendus. Romae 1602. — GORION diss. ergo dysentericis phlebotomia. Par. 1604. — LE SOUBZ: ergo dysenterico alvi profluvio venaesectio. Par. 1617. — LESPICIER diss. ergo in dysenteria phlebotomia praeferenda catharsi. Par. 1630. — PIETRE an dysenteriae venaesectio. Par. 1651. — ELLAIN diss. ergo dysenteriae phlebotomia. Par. 1670. — DUGUE diss. an dysentericis affectionibus sanguinis missio. Par. 1709. — CASAMAJOR diss. an dysenteriae venaesectio. Par. 1732.

78) L. c. p. 111. 79) L. c. p. 290. 80) L. c. p. 32. 33.

81) L. c. p. 356. 82) L. c. p. 42.

83) HUFELAND *Journ.* 2. *Bd.* p. 599.

84) L. c. 85) L. c. 86) L. c.

87) Apud HAUFF. 88) Ibid. 89) L. c. p. 424.

90) L. c. p. 43.

curanda praemittere solent, et P. FRANK [91]) eam laudat, nec non JUNCKER [92]) de ejus utilitate egit. Et certe, ubi inflammatio urget vel exspectatur, ea haud negligi debet. Dubitamus vero, num venaesectio dysenteriam ipsam, ut alias inflammationes diminuat; in simplici, eaque mitiore dysenteria non necessaria est, in corpore debilitato, exhausto, et in dysenteria maligna damnum ferret. Quare debita sub cautela venaesectio admitti, nec genio epidemico eam indicante, inflammatione eminente negligi debet.

7. Nec non *hirudines* [93]), loco abdominis continuo dolenti, vigente peritonitide, vel architide eminente, ad anum [94]), perinaeum, ad regionem sacralem [95]) vel iterata vice applicati, multum praestant. Hirudines.

8. *Salia* vero *antiphlogistica* evitare mallem et acquiescerem in tamarindis, manna, pomis bene maturis et similibus, ubi refrigerantibus opus esse videretur; sed ne haec quidem subinde feruntur, ideoque ad mucilaginosa et oleosa redeundum est. — Attamen sunt, qui kali nitricum [96]) et natrum nitricum [97]) commendent. Antiphlogistica.

 9. Quam-

91) Enarrat, se quondam felici cum eventu ter venam satis abunde secuisse, et Argentorati dysenteriam grassatam fuisse, quae admodum lethalis fuerit, donec medici ad venaesectionem recurrissent. (Ex schedis).

92) Diss. de utilitate venaesectionis in dysenteria. Hal. 1770.

93) TROUSSEAU et PARMENTIER *arch. gén. T. XIII.* p. 380.

94) HUNNIUS l. c. p. 133.

95) BLOSFELD in HUFELAND *Journ.* 78. *Bd.* 6. *St.* p. 47.

96) HORN *Archiv* 1811. *II.* 5. p. 234.

Kalomel. 9. Quamplurimi medici, imprimis Angli, *Kalomel*[98]) laudibus extollunt, quippe quod alvum leniter ducat, bilis secretionem adjuvet, inflammationem tollat, et simili modo, ac in aliis morbis miasmaticis et contagiosis, latentem processum morbosum fortasse delere valeat. Imprimis in dysenteria tropica[99]) laudatur, et dosi ad ℈j—ʒj[100])

97) v. Velsen in Horn *Archiv Jahrg.* 1819. 2. *H.* p. 338. — Meyer in Hufeland *Journ.* 64. *Bd.* 4. *St.* p. 108 (℞. Natri nitrici ℥ß-j, gi. tragacanth. gr. vjjj-x, Aquae ℥vjjj (sive infusi althaeae). D.)

98) Leidenfrost diss. de usu opii et mercurii in dysenteria. Erf. 1795. — Thomson diss. *de la dysenterie et des effets du mercure. Par.* 1815. — Ferguson *on the mercurial plan of treatment in dysentery etc. Med. and chir. transact. by the soc. in London*, 3. *ed. Vol. II*, p. 181.

99) Cleghorn *Beobacht. über die epidemischen Krankheiten in Minorka* p. 231. — Lempriere *observ. on the diseases of the army in Jamaica Vol. II. c.* 8 (cum rheo). — Lind, *London med. journal Vol. VII.* p. 153. *Vol. VIII. P.* 1. p. 43. *Samml. auserles. Abhandl.* 12. *Bd.* p. 100 (argenti vivi ℈j cum gi. arab. ℈jj teri et dein pulv. rad. ipecac. ℈j addi, hanc massam in 160 pilulas dividi et quaque tertia vel quarta hora singulas sumi jussit). — Wright in *med. facts and observat. Vol. VII.* p. 1. *Samml. auserles. Abhandl.* 18. *Bd.* p. 601 (Kalomel gr. V quaque sexta hora). — Thomson l. c. — Renton in *transact. of the med. chir. soc. of Edinburgh instit.* 1821. *Vol. II* (in insula Madeira). — Clark *observat. on the diseases which prevail in long voyages in hot climates Vol. II.* p. 310. — Milne *account of the diseases in two voyages to the East-Indies, Lond.* 1803. — Chisholm l. c. — Gray, *med. chir. transact. Vol. II.* p. 197. — Johnson *the influence of tropical climates* p. 380. — Bampfield *on tropical*

ʒj[100]) cum fructu exhibetur, sed etiam in nostrate[101]), siquidem biliosa[102]), verminosa[103]) et inflammatoria[104]) minores doses locum inveniunt, nec minus unguentum[105]) hydrargyri cinereum abdomini infricatum est.

10. *Tonica*, vel mucilaginoso-amara, vel adstringentia amara, vel mere adstringentia, prae aliis antidysenterica dicta, utut gravia, saepeque uti- Tonica

dysentery p. 134. — Annesley l. c. — Hasper l. c. p. 178.

100) Chisholm l. c. — Johnson l. c. — Ballingall l. c. — Annesley l. c.

101) Richter l. c. p. 97. — Vogel l. c. — Geach, *Samml. auserles. Abhandl. 7. Bd.* p. 559. — Pawer *the med. chir. journ. and review by* Shearman etc. 1817. Hufeland *Bibl. 40. Bd.* p. 307. — Müller l. c. p. 83. — Latham *an account of the disease lately prevalent at the general Penitentiary. Lond.* 1825. p. 68. — Cheyne l. c. p. 44. — Smith in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 42. p. 346 („*I was led, to make a trial of calomel in scruple dosis the immediate result of which experiment went beyond my most sanguine expectations; and I have the satisfaction to state, that in no case, where the system was brought under the influence of calomel, and ptyalism induced, did a fatal termination to the disease ensue*"). — Siebert l. c. p. 141. — Rösch *med. Annalen* 5. *Bd.* p. 443.— M'Carthy, *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 27. p. 292.

102) Kreyssig *encyklopäd. Wörterb.* 9. *Th.* p. 658.

103) Consbruch in *Journal der Erfindungen* 14. *St.* p. 7. — Hargens in Hufeland *Journ.* 7. *Bd.* 2. *St.* p. 136.

104) Gourlay, *med. chir. transact. Vol. II.* p. 199.

105) Boag in *med. facts and observations Vol. IV. no.* 1. — Clarke *on the yellow fever.* — Thomson l. c. — Gray l. c.

utilia, haud tamen in omni vel stadio, vel forma dysenteriae juvarunt, contra non raro damnum tulerunt, quare a compluribus[106]) fere prorsus rejiciuntur. Haec igitur rarius initio morbi, haudquaquam vero conducunt, ubi inflammatio aut spasmus eminet, et ubi cruditates biliosae aliaeve latent; contra admodum necessaria sunt, ubi evacuationes immodicae vires exhauriunt, ubi tubus intestinalis atonia affectus est, seriore dysenteriae stadio, in chronica et nervosa putrida. Huc pertinent: radix columbo[107]), cortex simarubae[108]), cortex peruvianus[109]), angusturae[110]), Bruceae an-

106) Bonnard diss. non ergo dysenteriae adstringentia. Par. 1626. — Quartier an incipienti dysenteriae praesentius ab adstringentibus, aut emeticis, quam a venaesectione remedium. Par. 1703. — Stoll. rat. med. III. p. 317.

107) Radix columbo vel infusa vel decocta nostris temporibus omnium frequentissime ipsoque morbi initio a quibusdam propinatur.

108) Corticem simarubae primus Jussieu (*mém. de l'acad. R. des sc. à Par.* 1729. p. 32), deinde Degner (l. c. p. 149), Bönneken (n. acta nat. cur. T. II. obs. 20. p. 70), Baumes (*journ. de méd. T.* 57. p. 507. *Samml. auserles. Abhandl.* 7. *Bd.* p. 527), Sumeire (*journ. de méd. T.* 68. p. 356) laudaverunt. Sarcone (l. c. p. 77) lac, P. Frank opium et aquam cinnamomi addunt. Hauff (l. c. p. 417) ejus usum in dysenteria simplici, utut graviori commendat.

109) Mursinna l. c. — Akenside l. c. — Engelhardt l. c. — Zimmermann l. c. p. 476. — Morton exercitt. II. p. 161. — Clark *on fevers* p. 176. — *Essays and observations read before the philosophical society in Edinburgh Vol.* 3. p. 366. — Douglas diss. de dysenteria pu-

antidysentericae[111]), cascarillae[112]), salicis albae[113]), quercus albae[114]), quercus suberis ustus[115]), lignum campechiense[116]), radix arnicae[117]), tormentillae, terra catechu[118]), gummi kino[119]), faba Pichurim[120]), lichen islandicus[121]), her-

trida. Edinb. 1766. p. 35. — BANG acta soc. R. med. Havn. Vol. I. p. 104. 108. 277. — P. FRANK (in schedis) usum corticis peruviani ad dysenteriam periodicam restringit, utpote qui putridam dysenteriam non agnoscat.

110) EWER, *London med. journ.* 1789. *P. II.* p. 154. *Samml. auserles. Abhandl.* 13. *Bd.* p. 323. — BRANDE, *Lond. med. journ. Vol. I.* 1790. *P. XI.* p. 38. *Samml. auserles. Abhandl.* 13. *Bd.* p. 331.

111) *Samml. auserles. Abhandl.* 14. *Bd.* p. 434.

112) F. HOFFMANN l. c. p. 544. — DEGNER l. c. p. 164.

113) VAN GEUNS l. c.

114) COGSWELL, *the New-York med. repository* 1822. *Jan.* (decoctum corticis quercus albae, rub. villosae et achilleae millefolii laudatur).

115) *Philadelphia gen. advertiser* 1820 (cum spiritu vini, nuce moschata et essentia menthae piperitae).

116) PRINGLE l. c. p. 331.

117) STOLL l. c. p. 267 et alibi. — RICHTER *Bemerk.* p. 103. — MICHAËLIS, HUFELAND *Journal* 6. *Bd.* p. 228.

118) DEGNER l. c. p. 164.

119) NAUMANN l. c. p. 90. — COGSWELL l. c. (cum rheo, opio et kali carbonico conjunctum laudatur).

120) HEUERMANN l. c. p. 215 (pulv. ℈jj bis per diem exhibuit).

121) M. HERZ *Briefe II.* no. 2. p. 63. — CRICHTON, *London med. Journ.* 1789. *P. III.* p. 229. *Samml. auserles. Abhandl.* 13. *Bd.* p. 435. — HARGENS, HUFELAND *Journ.* 7. *Bd.* 3. *St.* p. 138.

herba salicariae[122]) (lysimachia purpurea, lythrum salicaria), alumen[123]), bolus armena[124]), martialia[125]), imprimis ferrum salitum et crocus martis aperitivus, plumbum aceticum[126]), cuprum sulfuricum[127]), zincum sulfuricum[128]), vinum rubrum, aqua calcis[129]), e quibus pro epidemia, pro signis morbi et aegri constitutione, quae aptiora videntur, eligenda, eaque, nisi opem ferunt, cum aliis commutanda sunt.

11. Prae-

122) DE HAËN rat. med. P. III. c. 5. P. IV. c. 7. §. 2. Vers. germ. 1. *Bd.* p. 333. 2. *Bd.* p. 180. — QUARIN animadvers. in diversos morbos p. 220.

123) Alumen, licet rejectum ab HAUFF l.c. p. 426, in dysenteria tamen maligna a. 1836 saepius insigni cum emolumento exhibui (*Med. Annalen* l. c. p. 426), ibidemque laudant ADAIR (*med. commentaries Vol.* 9. p. 206. *Samml. auserles. Abhandl.* 11. *Bd.* p. 278), MICHAËLIS (HUFELAND *Journ.* 6. *Bd.* p. 230), HARGENS (ibid. 7. *Bd.* 3. *St.* p. 137).

124) Olim frequenter in usum vocata.

125) DEODATUS ep. III. de dysenteria et usu aquae chalybeatae in dysentericis. Vid. FABRICIUS HILDANUS cent. I. ep.

126) BURKE in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 26. p. 56. (℞. Acetatis plumbi gr. IV, Aq. destill. ℥jj. Solve. Solutioni adde tinct. thebaicae ʒjj. S. Capiatur ℥ß quavis quarta hora). — SMITH l. c. (quater vel quinquies per diem plumbi acet. gr. IV et opii gr. j sub forma pilularum dedit). — *The american med. recorder. New-York* 1822. *Vol. V.* art. 8 *et* 9. — MARCHIA in *revue med.* 1830. *Janv.* p. 101.

127) RALEIGH in *transact. of the med. and phys. soc. of Calcutta Vol. VII.* 1835.

128) MOSELEY l. c. p. 287 (cum alumine).

129) LANGE miscellan. veritatis p. 28. — BREFELD *Aufsätze no.* 7. — PRINGLE l. c. p. 336. — HUNNIUS l. c. p. 131. — JAWANDT l. c. — HAUFF l. c. p. 426.

11. Praeterea cera flava[130]), asa foetida cum extracto quassiae[131]), acidum muriaticum[132]), nitricum[133]), nitrosum cum tinctura opii[134]), sulfuricum[135]), sal amarum in aqua et acido sulfurico solutum[136]), acidum vegetabile (citri) cum sa- Alia remedia.

130) Dioscorides lib. II. c. 105. ed. Kühn et Sprengel T. 1. p. 233 (additur in sorbitiones dysentericis). — Valleriola obs. lib. III. no. 4. — Horstius opera III. p. 69. — Paullini, eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 147. p. 241. — Jacobi nova acta nat. cur. T. II. obs. 65. p. 247. — Pringle l. c. p. 323 (℞. Cerae flavae rasae ℥ß, saponis veneti ℈j, aquae communis ʒj, lente liquefactis adde sensim sensimque in mortario calefacto aquae menthae piperitae, aquae communis aa ℥jjj, Syr. diacod. ℥jß, Laud. liq. Syd. gtt. xv. D). — Cp. L. Hoffmann *über Scharbock . . . Ruhr* p. 289. — Wedekind *französ. Spitalwesen* 1. *Bd.* p. 182. *Über die Ruhr* p. 88. — Degner l. c. p. 149 (in lacte bulliente liquefactam ceram exhibuit).

131) Rademacher, Hufeland *Journ.* 2. *Bd.* p. 600.

132) Jahn, Hufeland *Journ.* 11. *Bd.* 3. *St.* p. 104.

133) M'Grigor *Edinb. med. and surg. journ. Vol. I.* — Duncan *annals of med. Lustr. II. Vol. I.* 2. *no.* 14.

134) Hope, Kühn *phys. med. Journ. nach* Bradley *und* Willich 2. *Jahrg.* 1801. p. 604 (℞. Acidi nitri ʒjj, Opii gr. jj, Aq. pur. ℥jj. M. S. Capiatur cochlear I majus ter quaterve die in vehiculo). — Ej. obs. *on the powerful effects of a mixture containing nitrous acid and opium in curing dysentery, cholera and diarrhoea. Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 26. p. 35 (℞. Acidi nitrosi ʒj, Mixturae camphoratae ℥vjjj. Misce et adde tinct. opii gtt. xl. S. Capiatur quarta pars quavis tertia vel quinta hora).

135) Bang *Auswahl aus dem Tagebuch d. k. Krankenhauses* 1786. *Nov.* (cum gummi arabico).— Hunnius l. c. p. 162.

136) Adair *Edinb. comment. X.* 1. 40.

sale culinari [137]), kali [138]), natrum [139]), spiritus salis ammoniaci [140]), calx carbonica cum nuce moschata [141]), calx muriatica [142]), mercurius sublimatus corrosivus [143]), vinum antimonii [144]), argentum nitricum [145]), phosphorus [146]), sulfur [147]), bal-

137) Wright, *transact. of the American phil. soc. Vol. II.* *Samml. auserles. Abhandl.* 12. *Bd.* p. 107.

138) Pfenninger und Staub *von der in Zürich herrschenden Ruhrepidemie* p. 160. — Cansland *med. comment. Vol. VIII. P. II.* p. 264. *Samml. auserles. Abhandl.* 11. *Bd.* p. 257.

139) Radbmacher in Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 582.

140) Martinet *exper. nouv. sur les propriétés de l'alcali volatil fluor. Par.* 1780. *Samml. auserles. Abhandl.* 6. *Bd.* p. 517. Horn *Archiv* 2. *Bd.* p. 674.

141) de Reider *über das epidemische Sumpffieber. Leipz.* 1829.

142) Reid *clin. obs. on the efficacy of hydrochloruret of lime, as a remedy in certain stages of fever and dysentery. Dubl.* 1827 (℞. Calcis muriaticae gr. x, tinct. kolumbo ʒjj, Aquae ℥jv. S. Capiatur quavis dimidia hora ℥ß. — Aut enemata exhibuit vespertino et matutino tempore, quibus calcis mur. gr. x adjecta erant).

143) Kopp, Hufeland *Journ.* 64. *Bd.* 4. *St.* p. 92 (℞. Mercurii sublimat. corrosivi gr. $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{6}$, $\frac{1}{8}$, Aq. destill. ℥jv, Mucilag. gi. arab. ℥jjj, Laud. liq. Syd. gtt. xii—xviii. S. Quavis hora cochlear unum). Clysteres e mucilagine parati Merc. subl. corros. gr. $\frac{1}{16}$ contineant. At mucilagini et opio plus quam mercurio subl. corr. tribuerem.

144) Jawandt l. c.

145) Smith l. c. (gr. j—jj cum opii gr. j ter quaterve die exhibuit).

146) Ortel *med. prakt. Beobacht.* 1. *Bd.* 1. *H. Leipz.* 1804.

147) Schmitjan, Hufeland *Journ. Bd.* 5. p. 249 (℞. Sacch. canar., Gi. arab. aa ℥j, Flor. sulfur. ℥ß, Sem. foenicul. ʒß M. fiat pulv. D). — de Wedekind *franz. Spitalweser*

balsamus copaivae[148]), peruvianus[149]), fomenta infusae herbae nicotianae[150]), tinctura colocynthidis[151]), *triumfetia semitriloba*[152]), *Mudar* (radix asclepiadis giganteae[153])), ledum palustre[154]), confectio anacardina cum bolo armena, extracto opii et balsamo LOCATELLI[155]), balnea frigida[156]) exhibita sunt, quae, ne quid praetermisisse videamur, commemoravimus.

12. Rubefacientia, vid. sinapismus, empla- Derivantia.
strum

p. 184. *Über die Ruhr* p. 86 (℞. Sulfur. crudi, pulv. gi. arab. aa ℈j, Sacch. ℈jj, olei essentialis citri gtt. j. S. Talis dosis bis die sumatur). Subinde addidit salis ammoniaci dosin minorem.

148) PEMBERTON *pract. treat. on various diseases of the abdom. viscera* 3. *ed.* p. 145. — CHEYNE l. c. p. 45 („*with the greatest relief*").

149) SCHROECK, eph. nat. cur. dec. 1. a. 3. obs. 77. p. 128.

150) O'BEIRNE *transact. of the Kings and Queens college of physicians in Ireland. Vol.* 4. p. 388. — *Bull des sc. méd.* 1825. *Mai.*

151) HECKER *Annalen* 1831. 8. *II.* p. 403.

152) WENDT, FRORIEP *Notizen* 5. *Bd.* p. 176 (remedium mucilaginosum Indiae occidentalis).

153) PLAIFAIR, HASPER l. c. p. 186.

154) BIÖRNLUND et ODHELIUS in *Schwed. Abhand. Bd.* 43. *no.* 6. 7. *Samml. auserles. Abhandl.* 10. *Bd.* p. 722. —

155) HEUBERMANN l. c. p. 189.

156) HELBIG in eph. nat. cur. dec. I. a. 9. 10. obs. 194. no. 20. p. 460. — LANZONI ibid. dec. III. a. 3. obs. 27. p. 30. — JACKSON *über die Fieber in Jamaika* p. 341. 347. — NARDI *giornale crit. di med. analitica del* Dr. STRAMBIO. 1826. *Marzo.* — PAULLINI (cent. III. obs. 76.) et BREFELD (*Auffätze no.* 5) lotiones frigidas laudant.

strum vesicatorium[157]) abdomini, ad os sacrum[158]) applicata curam adjuvant.

Clysmata. 13. Varia clysmata insuper commendantur, imprimis ex amylo[159]), mucilagine[160]), decocto radicis althaeae, salep, oryzae, seminum lini[161]), cornu cervi rasi, ex jusculo carnis bubulae vel vervecinae, oleo lini, olivarum, additis Laudanii liquidi Sydenh. aliquot guttis parata laudantur[162]). Praeterea Alexander Trallianus[163]) lac cum oleo, Ettmüller et Barbette[164]) lac dulce et terebinthinam, Sydenham[165]) lac vel serum lactis cum theriaca, Juncker serum lactis cum oleo terebinthinae, Bang[166]) oleosa, Birnstiel[167]) acetum,

157) Quarin l. c. c. 9. — Mursinna l. c. p. 27. 43. — Richter *Bemerk.* p. 183. — P. Frank l. c. p. 523. — Rollo l. c. p. 112. — Blane *Krankheiten der Seeleute* p. 336. — Lind, *Museum der Heilk.* 4. *Bd.* p. 245. — Michaëlis in Hufeland *Journ.* 6. *Bd.* p. 229.

158) Hunnius l. c. p. 166.

159) Duncan *med. comm. of Edinb. VIII. I.* p. 119. — Schlegel, Hufeland *Journ.* 11. *Bd.* 1. *St.* p. 105. — Thomann l. c. II. p. 145.

160) Paulus Aegineta lib. III. c. 42. — Wendt *V. und VI. Nachr. Erl.* 1786 (mucilago seminum cydoniorum ad ℥ß). — Zimmermann l. c. p. 101 (mucilago gummi arabici).

161) Clark l. c. p. 161 (cum opio).

162) P. Frankius vero (in schedis) monet, se saepe inutiliter praescripsisse hoc externi genus auxilii. Ita et ego.

163) Lib. III. c. XX.

164) Opera p. 154.

165) Proc. integri. Opera cit. p. 510.

166) Act. R. soc. med. Havn. Vol. II. p. 261.

167) L. c.

tum, Brüning[168]) acetum et Laudanum liq., Sylvius[169]) balsamum sulfuris, oleum terebinthinae et anisi, Abercrombie[170]) aquam calcis et lac aut decoctum radicis sagittariae, Horn[171]) infusum radicis valerianae injici jusserunt. Hauff[172]) clysteres ex decocto capitum papaveris et seminum lini paratos laudat. Tenendum vero est, enemata summa cum difficultate conjuncta esse, eadem saepenumero dolores ciere, et palliativum modo usum ferre. Quae injiciuntur, minore copia exhibeantur oportet.

14. Ut *tenesmus* mitigetur, clysteres ex mucilagine, oleo, amylo, addito Laudano, enemata frigida, decocti seminum lini, vel aquae frigidae, praeterea vapores infusi florum chamomillae, sambuci, verbasci, capitum papaveris, herbae hyoscyami, cicutae, herbae cannabis recentis, foliorum quercus, brassicae rapi comm., nec non insessus tepidi laudantur. Eamdem ob caussam cataplasmata narcotica perinaeo, spongia vel lacte, vel oleo, vel aqua frigida plena, lintea unguento, butyro cacao obducta ano imposita sunt. Laudantur fomenta solutionis mercurii sublimati cum tinctura opii. Hauff[173]) tenesmo valde urgente hirudines vel ano, vel perinaeo admotas laudat. *Stranguriam* mitigant emulsio e seminibus cannabis, amygdalis, addito pulvere seminum lycopodii, infrictiones[174]), cataplasmata et fomenta anodyna, et Cura symptomatum.

168) L. c. p. 78. 169) L. c. p. 184. 170) L. c. p. 373.
171) L. c. 172) L. c. p. 425. 173) L. c. p. 430.
174) Hargens l. c. p. 147. oleum petrae cum camphora maxime laudat.

et hirudines. *Torminibus* vehementioribus Autenrieth[175]) saccharum Saturni, Rampold[176]) belladonnam, Hauff[177]) majores opii doses et balneum calidum opposuerunt. Propter *singultum* vesicatoria, emplastra aromatica, fomenta aromatico-spirituosa scrobiculo cordis admota, nec non moschus, naphtha vitrioli, spiritus nitri dulcis exhibita sunt. Ne intestinum rectum prolabatur necesse est, ut idem vel manu, vel compressis natibus, cubitu supino inter desidendum, retineatur; sin autem prolapsum est, illico reponi debet.

Cura singul. dysenteriae spec.

15. Quo vero magis singulae dysenteriae species et formae inter se cum indole et symptomatibus, tum periculo, quod vitae struunt, differunt, eo magis studendum est, ut ex illis medicaminibus morbi vi et aegri constitutione rite consideratis aptiora eligantur. Qua in re epidemicus genius ne negligatur, curandum est. Saepe enim accidit, ut curandi methodus vel medicamentum singulare in alia epidemia opem ferret, in alia minus, in aliaque noceret[178]).

C. dys. simpl.

16. *Diarrhoea dysenteroides*, quae mitissimam dysenteriam refert, regimini diaphoretico, potui mucilaginosorum, et emulsioni oleosae cum Laudani liquidi Sydenh. aliquot guttis, sub justa diaeta cedere solet. Quae ab aliis caussis excitatur diarrhoea dysenteroides, eo curatur, ut caussae tollantur. — Gravior vero *dysenteria simplex* eme-

175) Apud Hauff. 176) Ibid. 177) L. c. p. 430.

178) Unde dissensus medicorum de utilitate vel noxa singulorum medicaminum explicari potest.

emetico ab initio propinato subinde mitigatur; jubente aegri constitutione, periculoque inflamma-ionis, imminente, venaesectio jure praemittitur. Deinde accedendum est ad emulsiones, decocta nucilaginosa, radicem ipecacuanhae in refracta losi et opiata. Morbo diutius protracto deco-tum radicis kolumbo, corticis simarubae, Extra-tum nucis vomicae in auxilium vocantur. Prae-erea dosis pulveris rhei vel tincturae aquosae con-lucit, ubi tormina remittunt, nil nisi mucosa red-luntur et faeces retinentur. Praeterea fomenta vel cataplasmata abdomini imponi possunt.

Cura dysenteriae rheumaticae.

17. *Dysenteria rheumatica* praesente summo-pere cutis perspiratio adjuvanda et provocanda st; quare infusa herbae melissae, florum sambuci, iliae, liquor Mindereri, pulvis Doweri et ipsum meticum ex ipecacuanha sola propinantur, itera-a vice sinapismi cum abdomini tum cruribus sum-no cum fructu imponuntur. Contra fomenta fu-ienda, nec antimonialibus fidem habeo, ipsum sal mmoniacum timeo. Praeterea morbus simili nodo ac dysenteria simplex curatur.

Cura dysenteriae pituitosae.

18. *Dysenteria pituitosa* vel maxime indicat meticum ex ipecacuanha, ab initio propinandum. Deinde ad refractas ejusdem doses et rheum trans-undum est. Opium, nux vomica et tonica tunc emum exhibenda, postquam lingua purior a muco berata est.

Cura dysenteriae verminosae.

19. Ut lumbrici ejiciantur, vel kalomel vel thelmintica, siquidem a tubo intestinali feruntur, onducunt.

20. Sa-

Cura dysenteriae saburralis.

20. Saburra quam primum fieri potest vel emetico vel purgantibus exhibitis removeri debet; ex horum numero oleum Ricini, pulpa tamarindorum, cremor tartari, manna, Kalomel et rheum salibus sunt praeferenda. Ejecta saburra vel sedantia sufficiunt, vel serius ad adstringentia veniendum est.

Cura dysenteriae biliosae.

21. In curanda *dysenteria biliosa* quam primum[179]) fieri potest, emeticum ex radice ipecacuanhae, cui ipse tartarus emeticus addi potest, exhibendum esse, omnes medici consentiunt; nec dolor[180]) forte continuus ejus usum vetat. Postea propinantur tamarindi, cremor tartari, tartarus boraxatus, natronatus, natrum phosphoricum praeterea Kalomel cum rheo et pauxillo opii conducit. Quodsi sub hac cura morbi vis denuo increverit, emeticum repeti debet; sin autem tormina et tenesmus remittunt, tinctura rhei, radix kolumbo, cortex simarubae cum opio, caeteroquin tardius propinando[181]) in usum vocantur. Praeterea aciduli, frigidiusculi potus et cibi conceduntur, poma, uvae, syrupus rubi idaei, citrata lac ebutyratum et similia.

22. Ub

179) Degner l. c.

180) Stoll praelectt. p. 247: „cave ne dolor saepe enormis te decipiat, in biliosa dysenteria is per se non est inflammatorius, et non tantum admittit, sed et petit emeticum."

181) Stoll rat. med. T. III. p. 258: „haec illa dysenteriae species erat, quae propinato antea pharmaco, medicinam sopientem et diaphoreticam amabat." p. 264: „opium tardius hic propinandum erit et parce et febre biliosa fere ex integro jam consopita."

22. Ubi symptomata dysenterica febris intermittentis insultus concomitantur, praemisso emetico chinium sulfuricum cum opio opem fert; nec non chinium interponendum est, siquidem febris intermittentis paroxysmi ad dysenteriam accesserint. Cura dysenteriae periodicae.

23. Dolore fixo, continuo, in ullo quodam dysenteriae casu superveniente, huic loco hirudines applicentur. Sin autem graviora inflammationis et dysenteriae inflammatoriae signa in conspectum venerint, venaesectio[182]) instituenda, subinde repetenda et hirudines abdomini, perinaeo, aut circa anum applicandi sunt. Praeterea mucilaginosa, emulsiones cum natro nitrico, aqua laurocerasi, Extracto hyoscyami conjunctae, in usum vocantur; Kalomel cum opio exhibetur. Cataplasmata abdomini imposita vix feruntur, fomenta vero utplurimum conducunt. Sed clysmata frigida[183]) imprimis laudantur, nec non spongia, aqua frigida plena, ano admota. Sitis frigidam postulat. Cura dysenteriae inflammatoriae.

24. Dysenteria malignitatis notas prae se ferente imprimis adstringentia supra laudata, simul vero pro re nata excitantia, antiseptica, derivantia propinanda sunt. Hic maxime videndum est, quid Cura dysenteriae malignae.

182) O'Halloran (*Lond med. repository* 1824. *no.* 8. 9) tantam cruoris copiam (℥LXIV) emisit, ut lipothymia sequeretur.

183) Baker (*Philadelphia med. Journ.* 1825. *Aug.* Horn *Archiv* 1826. *Jan. Febr.* p. 179) enemata aquae frigidae, dimidia quavis hora repetenda, laudat, eumque sequutus est Otto Havn.

quid conduxerit, nam saepe accidit, ut in hac epidemia hoc, in illa aliud medicamentum majorem usum habeat. Praeterea medici ars in eo conspicitur, ut medicamenta apto modo secum conjungantur. Caeterum cura singulorum casuum tam varia atque diversa est, ut vix generatim describi possit. Quodsi nervosa symptomata eminent, praeter radicem kolumbo, corticem simarubae, cascarillae, radix valerianae, angelicae, arnicae [184]), serpentariae, moschus, camphora [185]) naphthaeque exhibentur; vesicantia, fomenta aromatico-vinosa vel spirituosa abdomini imponuntur, clysteres ex decocto radicis arnicae, angelicae, ratanhiae, corticis peruviani et salicis parati injiciuntur, balnea excitantia et frigidae perfusiones in auxilium vocantur. Sed ubi putrida symptomata in conspectum veniunt, acidum sulfuricum [186]), elixirium acidum Halleri, alumen, gummi kino, radix tormentillae, ratanhiae, cortex peruvianus, vinum rubrum locum habent, et carbones [187]) laudantur. Utroque in casu opium anceps

184) Stoll (l. c. T. III. p. 265. 267) aeque in dysenteria nervosa, ac in diarrhoea, febris nervosae symptomate radicem arnicae commendat.

185) Wedekind *französ. Spitalwesen* 1. *Bd.* p. 149. *Über die Ruhr* p. 88. — Hargens l. c. 3. *St.* p. 144. — Sponitzer, Hufeland *Journ.* 5. *Bd.* p. 546. — Michaëlis, ibid. 6. *Bd.* p. 229.

186) Mursinna l. c. p. 30 (in decocto hordei, vel avenae). — Bang l. c. p. 470.

187) Jug praescribit: ℞. Pulv. carbon. ℥j, Gi. arab. ʒjj, Sacch. albi ℥j, Aquae q. s. ut fiat elect. D. S. Capiatur

ceps remedium est, cui Extractum nucis vomicae praeferrem. Cutem frigore marmoreo affectam integumentis, pannis calidis aliove modo calefacere studemus; capiti sopore et stupore affecto fomenta frigida imponenda, hirudines applicandi et praeterea sinapismi et vesicantia applicanda sunt.

25. Dysenteriae chronicae adstringentia opponere fas est, vid. radicem kolumbo, corticem simarubae, cascarillae, peruvianum, radicem tormentillae, ratanhiae, gummi kino, terram catechu, aquam calcis [188]), martialia, quae vel secum, vel cum opio conjuncta vario modo exhibentur; lichen islandicus laudatur. Sed illis medicamentis, ut melius ferantur, aromatici quid, cortex cinnamomi, aurantiorum, Winteranus additur. Praeterea et clysmata adstringentia commendantur, et cibi potusque exhibentur, qui nutritionem adjuvent. PEMBERTON commendat balsamum copaivae [189]), WHITLOCK NICHOLL [190]) et COPLAND [191]) ole- Cura dysenteriae chronicae.

X x 2 ole-

cochlear majus quavis dimidia hora. Praeterea exhibuit Opii gr. ß quavis tertia hora. (FRANK ex schedis).

188) *Essays and observations read before the philos. society in Edinb. Vol. II.* p. 232.

189) L. c. p. 145: ℞. bals. copaivae gtt. xjj, vitelli ovorum q. s., Aq. cinnam. destill. aa ℥vj, sacch. albi ℈jj. Fiat haustus. S. capiatur talis haustus quaque quarta — sexta hora. — ℞. Mucilag. amyli ℥jv, bals. copaivae. gtt. XL. S. Addatur clysmati, octava quaque hora injiciendo.

190) *Lond. med. repository* 1821. *Jul.*

191) *The London med. and phys. journ. Vol.* 46. 1821. *Aug. Med. chir. Zeit.* 1822. 4. *Bd.* p. 13.

oleum terebinthinae, HOULSTON[192]) frictiones mercuriales in hepatis regione; denique hic quoque, uti in diarrhoea chrônica vomitus vel sponte ortus vel arte motus praestat.

Cura dysenteriae tropicae.

26. *Dysenteria tropica*, quae dicitur *simplex*, emetico et aliquot post horas Kalomel ℈j, balneo tepido et clysmate exhibitis supprimitur. Quod ubi non accidit, medici ad venaesectionem, hirudines, Kalomel ℈j additis opii gr. jjj-IV vespertino tempore sumendum, dein ad oleum Ricini, sal amarum, diaphoretica, radicem ipecacuanhae[193]), pulveres DOWERI, ad ipecacuanham cum camphora, ad vesicantia abdomini applicanda et clysteres mucilaginosos confugiunt. — *Hepatica dysenteria* sic curatur, ut praemissa sanguinis missione Kalomel[194]) ad salivationem usque porrigatur. Externe setaceum, unguentum e tartaro emetico, emplastra irritantia hepatis regioni applicantur, clysmata amylacea cum opio et ipecacuanha injiciuntur. — *Dysenteria scorbutica* opio et manna cum succo citri, vel rheo cum acido muriatico aut nitrico, postea cortice peruviano et acidis curatur. Praeterea cibi et potus[195]) antiscor-

192) *Obs. on poisons and on the use of mercury in the cure of obstinate dysentery. Lond.* 1784. Vers. germ. *Altenburg* 1786. *Samml. auserles. Abhandl.* 10. *Bd.* p. 373.

193) BALMAINE (*mem. of the med. society Vol. V.* HUFELAND *Journ.* 13. *Bd.* 2. *St.* p. 163) radicis ipecacuanhae ʒjj et Tinct. opii gtt. LX exhibuit!!

194) LICHTENSTEIN l. c.

195) Haec procul dubio dysenteria est, quae in insula Trinidad *Bische* vel *Biecho* nominatur, cuique succus citri

scorbutici propinantur. — *Dysenteriae chronicae* opium cum Kalomel aut acido nitrico, solutio[196]) vitrioli albi et aluminis, deinceps rheum, cortex peruvianus et terra catechu opponuntur. Praeterea clysteres mucilaginosi cum Laudano et vitriolo zinci vel Extracto saturni, cum aqua calcis et Kalomel injiciuntur, vesicatoria, vel infrictiones irritantes abdomini applicantur. Quae ubi minus ad Europaeos sanandos sufficiunt, his ad Lares redeundum est. — PERON[197]) masticatorio, in regione tropica usitatissimo, „*betel*" dicto, vires praeservatorias tribuit.

27. Morbo superato, quae relinquuntur, saepenumero cura secundaria opus habent, quae vix differt a cura, quam aliàs hisce reliquiis opponere solemus. Atonia tubi intestinalis, graviore morbo superato superstes, diuturnum usum tonicorum, corticis peruviani, ligni quassiae, lichenis islandici, martialium indicat. — Denique summo studio cavendum est, ne aeger in dysenteriam jam silentem recidat. Quare perfrictio corporis, animi commotiones, cibi potusque incongrui evitentur necesse est. Quid quod convalescens longius per temporis spatium in cubiculo retinendus est, et sum- Cura secundaria.

(citr. medica acida, citrus limetta) opponitur. Vid. LYNCH O'CONNOR et FERGUSSON in *Edinb. med. and surg. journ. Vol.* 48. p. 386.

196) MOSELEY l. c. p. 383.

197) HARLESS *und* RITTER *neues Journ. d. ausländ. med. chir. Lit.* 4. *Bd.* 2. *St.* p. 65. — *Salzburger med. chir. Zeit.* 9. *Ergänzungsbd.* p. 382. 393.

summa cum cautela ad vitam antea actam redire debet.

Diaeta. 28. Sed in omni dysenteria curanda victus quam studiosissime attendendus est. Primum necesse est, ut perspiratio cutanea[198]) adjuvetur, et quodcunque corpus frigori exponi possit, prohibeatur. Quare jubendum est, ut aeger lectum petat, frigoris vim nocivam sub desidendo evitet, nec leviori dejiciendi cupiditati obtemperet[199]); praeterea curandum est, ut aër cubiculi modice caleat et a vaporibus liberetur[200]). — Quoad cibos abstinentia[201]) suadenda; solidi cibi plane prohibeantur, nec quid, nisi jusculum tenue, cum mucilagine, oryza, lacte, concedatur. Contra morbo diutius protracto, dysenteriae vel chronicae vel malignae indolem gerente cibi nutrientes, sed faciles concoctu, ova[202]), juscula e carne, necessarii

198) Münzenthaler in Hufeland *Journ.* 86. *Bd.* 2. *St.* p. 91: „*beinahe alle diejenigen starben, welche sich nicht warm genug hielten.*"

199) Celsus l. c. („necessarium est, non quoties lubet, desidere, sed quoties necesse est").

200) Chlorium multum praestat in vaporibus et odoribus destruendis.

201) Broussais, Foderé, Naumann (l. c. p. 77) inedia fere sola aegrotos restitutos commemorant.

202) Jam Alexander Trallianus (lib. VIII. c. 8. ed. Halleri T. VI. p. 339) et Paulus Aegineta (lib. III. c. 42) ova laudaverant. P. Frank (in schedis) enarrat, ova duo recentia dysenteriam gravem profligasse. Mondière vero (*revue méd.* 1839. *Mars* p. 421) albumen ovorum pro usu interno et clysmatibus commendat (Fricke *und*

rii sunt. Poma ab aliis laudata, ab aliis rejecta, siquidem bene matura sunt, iis, qui dysenteria biliosa et inflammatoria correpti, eorumque usui adsueti sunt, concedi possunt, imprimis uvae et mala melioris indolis. — Potus tepidus frigido anteponendus; et laudantur infusa theiformia florum chamomillae, tiliae, herbae melissae, summitatum millefolii, seminum urticae dioicae[203]), aliaque. Attamen et potus frigidi subinde conducunt, v. c. emulsio amygdalarum dulcium[204]), cui pro re nata amygdala amara addi potest, solutio gummi arabici, decoctum radicis althaeae, radicis salep, cum saccharo edulcoratum, lac recens[205]), coctum, ebutyratum, acescens, serum lactis, decoctum album SYDENHAMI cum emolumento hausta sunt. Quid quod ne aqua quidem frigida, vel mera, vel addito saccharo et syrupo a compluribus

OPPENHEIM *Zeitschr. f. d. ges. Med.* 12. *Bd.* 1. *H.* p. 91). Idem laudat SAUCEROTTE (*gaz. de méd. de Paris* 1839. *no.* 47. FRICKE l. c. p. 379).

203) FABER in *würtemb. med. Correspondenzbl.* 4. *Bd. no.* 33. p. 266. — GMELIN ibid. — FRORIEP *Notizen* 41. *Bd.* p. 256.

204) Nisi in dysenteria gastrica, utplurimum utilis et suavis.

205) RICHER diss. ergo dysentericis serum lactis salutare. Par. 1636. — SCHMIDT ergo dysentericis lac. Monspell. 1649. — HIPPOCRATES de affect. ed. KÜHN T. II. p. 400. — SYDENHAM l. c. p. 114. — HUXHAM l. c. p. 285. — MURSINNA l. c. p. 31 (ebutyratum). — Contra ZIMMERMANN (l. c. p. 144) et P. FRANK (in schedis) lactis usum rejiciunt, nec equidem eum commendarem.

bus rejecta est[206]). Nec non vinum in quibusdam dysenteriae speciebus, ut supra monuimus, praestat, in aliis tormina aliaque symptomata evehit. Cerevisia, spiritus usti et quicunque potus ex iisdem et herbis aromaticis, pipere etc. a vulgo parari solent prorsus proscribendi sunt. — Denique aeger corporis animique commotiones fugiat. Corporis motus[207]) tormina excitat, animi vero commotiones morbum ipsum pejorem reddunt, ipsamque mortem fecerunt[208]).

Cura prophylactica. 29. Nemo profecto vim caussae epidemicae effugere potest, nec datur remedium, quod dispo-

si-

206) Huxham l. c. p. 292 („Innocens saltem erat et purissimus multoque magis nomen aquae vitae meruit, quam spiritus vini ardens, hoc titulo celebratus, quo nimirum saepe in hoc morbo popellus utebatur"). — Celsus lib. IV. c. 15 (in morbo protracto). — Degner l. c. Praeterea Lanzoni (eph. nat. cur. dec. II. a. 9. obs. 53. p. 84), Vicarius (ibid. obs. 176. p. 336) frigidam, et Diemerbroeck (obs. et cur. med. C. no. 29) ipsam frigidissimam laudant.

207) Celsus l. c. („oportet in primis conquiescere"). — Johnson (*an essay on morbid sensibility of the stomach and bowels* 2. *edit. Lond.* 1827. p. 130: „*It is an absolute fact, that* r e s t *and the* h o r i z o n t a l p o s t u r e *are of more benefit in dysenteric affections, whether acute or chronic, than in many of those spinal diseases, for which the patient is confined to a hard mattress or an inclined plane. The action of the abdominal and other muscles sets in motion and augmentation the peristaltic action of intestines, already in excess, and thus hurries along the remains of food, and produces many more evacuations than would otherwise take place in a state of quietude.*"

208) Zimmermann l. c. p. 431.

sitionem frangere possit. Quare in eo acquiescendum est, ut aliae caussae, quae morbum excitare valeant, sedulo vitentur. Id valet de nimiis laboribus, praecipue sub solis radiis, de perfrictione[209]) corporis, ejusque variis occasionibus, de cibis eorumque vel copia vel indole nociva[210]), de potu frigidae calefacto corpore, de cerevisia, imprimis tenui, acida, de vino acido[211]), de animi commotione, vel ira vel timore morbi, de remediis purgantibus, quae grassante epidemia haud conducerent, de contagio vel ex matris dysentericae lactantis uberibus simul cum lacte ad recens natos transeunte[212]), vel e sedibus[213]), vel e lecto et halitu aegri emanante, vel neglecta munditie in cubiculo collecto[214]). Conferantur

SCHERF[215]),

209) Quare necesse est, ut aër frigidus, nebulosus vespertino et matutino tempore vitetur. Qui rure laboraverint, ne humi decumbant; ne sub mutandis vestibus, potu aquae frigidae, lactis, musti etc. corpus refrigeretur.

210) V. c. cibi inflantes, fermentantes, acidi, acetaria, legumina farinacea, poma minus matura etc.

211) Vinum rubrum melioris indolis albo praeferatur.

212) BRUNNER (eph. nat. cur. dec. II. a. 6. obs. 195. p. 387) tres vidit catulos eo necatos, ut foemina lactans dysenterica ubera eis praeberet. Simili casu et infans alius interiit. Quare suadendum est, ut mater dysenterica prolem ablactet.

213) DEGNER l. c. p. 252 („quisque sibi caveat, ne sedes dysentericorum minus caute inspiciat").

214) Cavendum est, ne nimia aegrorum copia in uno eodemque cubiculo coacervetur, curandum est, ut aegri ipsi, eorumque lecti, lintea etc. bene mundentur, sedes non in latrinam, qua sani utuntur, dejiciantur. Nec non chlori

Scherf[215]), Piderit[216]), Rahn[217]), Krügelstein[218]), Vogel[219]), aliique[220]).

Caput XIV.

De intestinorum haemorrhagiis, speciatim de haemorrhoidibus.

§. LXXII.

Intestinorum haemorrhagia.

Notio. 1. Quandocunque major cruoris sinceri copia per anum ejicitur, morbus *haemorrhagia intestinalis*[1]) dicitur.

Literatura. 2. De hoc quidem morbo egerunt Nonne et Schütz[2]),

gas in auxilium vocetur, quippe quo fortasse contagium, saltem foetor exstinguatur.

215) *Beiträge zum Archiv d. med. Pol.* 1. *Bd.* 2. *Samml.* p. 160. 8. *Bd.* 2. *Samml.* p. 93.

216) *Anweisung, wie man sich nicht nur vor der jetzt herrschenden Ruhr verwahren, sondern auch in Ermanglung eines Arztes selbst heilen kann. Cassel* 1781.

217) *Gemeinnütz. med. Mag.* 3. *Bd.* p. 137. Ej. *Anleit. über d. Ruhr zum Besten d. Landärzte. Zürich* 1795.

218) *Noth- und Hülfsbüchlein in der Ruhr u. s. w. Ohrdruff* 1805.

219) L. c. p. 66.

220) *Königl. Pr. polizei. Anweisung für den Landmann. Berl.* 1811.

1) *Syn.*: haemorrhagia per alvum, haematochezia, rejectio cruoris per alvum.

Schütz [2]), Reichel [3]), praeter quos singulares casus referunt Hippocrates [4]), Aëtius [5]), Diemerbroeck [6]), Forestus [7]), Bonetus [8]), Zacutus Lusitanus [9]), Camerarius et Plattenhardt [10]), Cummenus [11]), Gockelius [12]), Hartmann [13]), Detharding [14]), Poterius [15]), Riedlin [16]), Banyer [17]), Rochard [18]), Scot [19]), Lambsma [20]), Callisen [21]), Bang [22]), Bündell [23]), Michaëlis [24]), Vogel [25]), Adair [26]),

2) Diss. de sanguinis tam fluidi, quam in scybalorum formam coacti per alvum excretione. Erf. 1767.

3) Obs. de diarrhoea cruenta recens natorum. In Ludwig Adversaria med. Vol. III. P. 3. p. 567.

4) Epid. lib. VII. ed. Kühn T. III. p. 645. Coac. praenott. l. c. p. 254. 260.

5) Tetrabibl. III. Serm. I. c. 46. 6) De peste hist. 59.

7) Obs. lib. XXII. obs. 20. opera Francof. 1602. p. 384.

8) Sepulchretum lib. III. Sect. XI. obs. 26. T. II. p. 863.

9) Praxis med. admiranda lib. II. obs. 18. opera p. 45.

10) Diss. de alvo haemorrhousa. Tub. 1721.

11) Eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 118. p. 188.

12) Ibid. dec. II. a. 8. obs. 67. p. 168.

13) Ibid. dec. II. a. 9. obs. 10. p. 27.

14) Ibid. cent. VII et VIII. obs. 74. p. 378.

15) Observatt. et annotatt. cent. II. obs. 76. opera p. 235.

16) Millenarius no. 401. p. 239. no. 517. p. 314. no. 996, p. 708.

17) *Phil. transact.* Vol. 42. p. 628.

18) *Journ. de méd. T. III.* p. 40.

19) *Med. and philos. commentaries by a soc. in Edinburgh. Vol.* 5. p. 428.

20) Ventris fluxus multiplex cap. 9. p. 104.

21) Acta soc. med. Havn. Vol. II. p. 331.

22) Acta Reg. soc. med. Havn. Vol. I. p. 18. Vol. IV. p. 141.

23) Vogel *ausgesuchte akademische kleine Schriften* p. 69.

Adair[26]), Wendelstadt[27]), Michaëlis[28]), Portal[29]), Comstock[30]), Klingberg[31]), Rayer[32]), Schramm[33]), Bordes[34]), Anonymus[35]), Abercrombie[36]), Bürger[37]), Müller[38]), Jos. Frank[39]) ali-

24) Richter *chirurg. Biblioth.* 7. *Bd.* p. 583.

25) *Med. chirurg. Zeitung* 1791. 2. *Bd.* p. 235.

26) *Med. facts and observat. Vol. IV.* p. 25. *Samml. auserles. Abhandl.* 16. *Bd.* p. 133.

27) Hufeland *Journal* 12. *Bd.* 2. *St.* p. 111.

28) Ibid. 4. *St.* p. 51.

29) *Mém. sur la nature et le traitement de plusieurs maladies Vol.* 1. p. 228. Hufeland, Schreger *und* Harless *Journ. der ausländ. med. Lit.* 1. *Bd.* p. 471.

30) *Philadelphia journ.* — Froriep *Notizen Bd.* 18. *no.* 19. p. 281. *Heidelb. med. Annalen* 3. *Bd.* p. 644.

31) Acta R. soc. med. Havn. Vol. VI. (nova acta Vol. II.) p. 155.

32) *Arch. gén.* 1825. *Fevr.* — Horn *Archiv* 1825. *Jan. Febr.* p. 167.

33) Rust *Magazin* 22. *Bd.* p. 484.

34) *Journal univers. des sc. méd. T.* 53. p. 21 (praegresso vomitu cruento).

35) *La clinique. Févr.* 1829. *T. III. no.* 78. Froriep *Notizen* 23. *Bd.* p. 281.

36) *Krankheiten des Magens, Darmkanals u. s. w.* p. 413.

37) Hufeland *Journ.* 82. *Bd.* 4. *St.* p. 86.

38) *Mittheilungen aus dem Archiv d. Gesellsch. prakt. Ärzte in Riga* 1. *Samml. Leipz.* 1839. p. 189.

39) Ex schedis in puella 4 mensium, cujus colon in rectum intussusceptum erat.— Idem in schedis alium casum enarrat viri, 30 annos nati, qui sellae perforatae insedens, excretis 130 unciis cruoris obiit. „Secto cadavere dimidia pars dextra intestini coli transversi apparuit ecchymomate obducta et cruoris aliquot uncias continens, sine ullo tamen vestigio vasis sanguinei rupti.“

aliique[40]). Similes casus et nos complures observavimus.

3. Cruor vel praegressis dolore[41], tumore ventris, aliisque symptomatibus, a morbo primario oriundis, vel illis plane deficientibus, ex ano ejicitur, utplurimum sincerus, vix cum faecibus[42]) commistus, vel fluidus, vel in coagulum redactus, vel laete rubens[43]), vel nigricans, sub alvo exoneranda, sub pedendo[44]), ipsoque nescio aegro[45]). Subinde haemorrhagia redit, eaque pro copia, caussa tam externa, quam interna, constitutione aegri vel salutares ipsasque criticas vires habet, vel damnum haud raro tantum fert, ut aegri inde vel subito[46]) vel longiore tempore elapso[47]) exstinguantur. Symptomata.

4. Haud

40) Amatus Lusitanus cent. VI. cur. 32. — Bierling adversar. curiosa obs. 21. — Freytag de opio cap. 8. — Höchstetter observ. dec. I. no. 8. 9. 10. dec. II. n. 1. 3. — Pelargus *med. Jahrg. III.* p. 734. IV. p. 302. — Perotti in *raccolta d'opuscoli scientifici etc. XVI.* p. 245. — Riedley observ. med. pract. — Smetius miscellanea p. 222. 527. — Sigwart diss. haemorrhagia intestino-hepatica. Tub. 1758. — Lentin obs. med. fasc. II. p. 68.

41) Scot l. c. (doloris colici plures accessus antecesserant).

42) Cruor vel faeces sequitur, vel eas antecedit, vel simul cum iis redditur.

43) Albers (*Semiotik* p. 613) putat, cruorem laete rubentem in intestino crasso, nigricantem vero in tenui effundi.

44) Detharding l. c.

45) P. Frankio ipsi anno aetatis decimo sexto id accidit; quod refert Epit. lib. V. P. II. §. 621. p. 226.

46) Hippocrates l. c. — Diemerbroeck l. c. („nullus in tota hac peste evasit, cui sanguis per inferiora defluxit").

Caussae. 4. Haud raro infantes[48]) recens nati et dentientes cruorem per anum fundunt, caussa non cognita; idem senibus accidit[49]). Praeterea dispositio[50]) in quibusdam ad haemorrhagias praevalet, unde cruor per anum non minus, quam per alias partes ejectus est. Contusio vero abdominis[51]), vulnus intestinorum[52]), imprimis intestini recti[53]), vel fortuito, vel consulto per operationem chirurgicam inflictum, corpora dura deglutita, annulus[54]), adamas impolitus[55]), os[56]), calculus ureteris[57]), colon perforans, polypus intestini recti[58]), intussusceptio[59]), ulcera intestinalia[60]), cancer in-

— Detharding l. c. — Comstock l. c. — Bündell l. c. — Vogel l. c. — Callisen l. c. — Michaëlis, Hufeland *Journ.* 12. *Bd.* 4. *St.* l. c. — Burger l. c. — Rayer l. c.

47) Klingberg l. c. (anno elapso) — Camerarius l. c.

48) Riedlin l. c. — Bündell l. c. — Vogel l. c. — Schramm l. c. — Vogel *Handb.* 6. *Bd.* p. 12. — Hofer, *Würtemb. med. Corresp.-Bl.* 5. *Bd.* p. 30. — Witz, ibid. p. 194. — Ad quos Jos. Frank (ex schedis) et nos accedimus testes.

49) Camerarius l. c.

50) Banyer l. c. (*Bluter*).

51) Scot l. c.

52) Bonetus l. c.

53) Haemorrhagia intestini recti, archorrhagia s. proctorrhagia sanguinea.

54) Antylus apud Aëtium l. c.

55) Zacutus l. c.

56) Pelargus l. c. IV. p. 302.

57) Perrotti l. c.

58) Gockelius l. c. (nasda glandulosa dicitur) — Burger l. c. — Fréteau in Sedillot *journ. de méd. T.* 51. p. 23.

59) Michaëlis, Hufeland *Journ.* 12. *Bd.* 4. *St.* l. c. — Jos. Frank vide supra.

intestini recti [61]), morbus inflammatorius organorum abdominalium [62]), dysenteria cum inflammatoria [63]), tum putrida [64]), febris ardens [65]), biliosa [66]), nervosa [67]), putrida, pestis [68]), aneurysma aortae [69]), uteri tumor [70]), abscessus hepatis [71]) cum erosis ramis venae portarum et perforatione intestini duodeni et coli transversi, lienis tumor [72]), splenomalacia [73]) cum ventriculo cohaerens, haemorrhagia narium deficiens [74]), menses retenti [75]), vicarii [76]), plethora abdominalis, terror [77]), omnium frequentissime morbus haemorrhoidarius [78]) eamdem haemorrhagiam excitarunt.

5. Diagnosis haemorrhagiae intestinalis vix umquam dubium relinquit; difficilius vero cognitu est, ex quanam parte intestini cruor fundatur, quaeve caussa subsit. In hac re haemorrhagia ipsa nil docet, sed signa antecedentia et concomitantia in censum vocanda sunt. Diagnosis.

6. Haemorrhagia infantum plerumque, at non semper insons, ea quae typhum, dysenteriam inflammatoriam, inflammationes, plethoram abdomina- Prognosis.

60) Cf. cap. IV. §. XXI. 61) Cf. cap. V. §. XXVII.
62) Bang l. c. 63) Cf. cap. XIII. §. LXIX. 9.
64) Wendelstadt l. c. 65) Hippocrates l. c.
66) Bang l. c.
67) Müller l. c.; idem et equidem saepius observavi in morbo, qui ulceribus intestinalibus insignis erat.
68) Diemerbroeck l. c. 69) Comstock l. c.
70) Riedlin l. c. no. 996. 71) Rayer l. c.
72) Portal l. c. 73) Callisen l. c. 74) Forestus l. c.
75) Dethardiing l. c. 76) *La clinique* l. c.
77) Klingberg l. c. 78) Vide §. proxime seq.

nalem consequitur, criticas[79]) vires eo exserit, ut morbi symptomata extemplo diminuantur. Contra haemorrhagia enormis, saepius reditura, ea quae ulcera intestinalia, cancrum, graviores dyscrasias, scorbutum, phthisin pulmonalem, pestem, choleram asiaticam sequitur, maxime timenda mortemque brevi exspectandam indicat.

Cura. 7. Quod ad curam attinet, id rejecimus ad haemorrhoides profusas, paullo infra pertractandas.

§. LXXIII.

Haemorrhoides.

Definitio. 1. *Haemorrhoides*[1]) dicuntur congestiones et va-

79) Die 3. Jul. 1838 juvenem 22 annorum, satis robustum, cerevisiae potatorem, vidi, qui diarrhoea chronica ex longiore tempore affectus decimo ante die in febrem inciderat cum tanta cephalalgia conjunctam, ut V. S. institueretur. Hodie vero symptomata quaedam nervosa in conspectum venire videbantur. Sed vespera magna cruoris atri copia per anum effluxit. Quapropter in consilium vocatus, quum viderem aegrotum, pulsum quidem frequentem, sed non adeo parvum, abdomen inflatum, linguam albam, aegrum sui compotem deprehendimus, nec quid nisi acidum vitrioli dilutum exhibuimus. Jam vero haemorrhagia non redeunte, sequente die aeger multo meliorem se habuit, et brevi post sanitati restitutus est integrae.

1) *Αἱμοῤῥοΐδες* (ab *αἷμα* sanguis et *ῥέω* fluo; *ῥέειν* vero etiam transitivo sensu *fliessen machen*, s. effundere significare F. A. Wolf ad Demosthenis Leptin. p. 273. demonstravit). Haec vox Hippocratica non ipsum sanguinis profluvium apud Hippocratem (cf. lib. de haemorrh. ed Kühn T. III. p. 340), Galenum (definit. ed. Kühn Vol. XIX. no. 419. p. 446), Aretaeum (ed. Kühn

varices intestini recti sanguinisque mucive ex ano profluvia, utpote quae ex caussa communi oriunda per intervalla redeant.

2. Haemorrhoides omni aevo [2]) notae erant, quarum HIPPOCRATES in singulari libro [3]) et passim [4]) aliis in libris mentionem facit. Hunc sequuti sunt reliqui antiquitatis auctores [5]), nec non Arabes [6]). Recentioribus vero temporibus singula- Literatura.

p. 121. 302. 319, qui, ubi haemorrhagiae mentionem facturus est rem appellat αἱμοῤῥοΐδων ῥόον), sed potius venas ad anum dilatatas significat, propterea sic dictas, quoniam sanguinem fundunt. Cf. CELSUS lib. VI. c. 18. no. 9 („tertium vitium est ora venarum tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quae saepe sanguinem fundunt: αἱμοῤῥοΐδας Graeci vocant"). Recentiores contra sanguinis ex ano profluvium ipsum in animo habere solent. — *Synon.:* haemorrhagia intestinorum, haematochezia haemorrhoidalis, haemorrhoisis, fluxus haemorrhoidalis per anum. ITAL. *Morice, morici, morene, moroide, emorroide.* HISP. *Almorrana, sangre de espaldos.* LUSIT. *Almorreimas.* ANGL. *piles, emrods, emirods, emeroids.* GALL. *Hémorrhoides, flux hémorrhoidal.* GERM. *Hämorrhoiden, güldne Ader, Goldaderfluss, Mastdarmblutfluss, Rückader.* BELG. *Aanbeyen, Speenader, Daamen.* DAN. *Guldenaare.* SUEC. *Gyllenåder, smicker Flöd.* ISL. *Gylliniaed.*

2) JOHRENIUS (diss. de Philistaeorum plaga, Francof. ad V. 1715) ipsam Philistaeorum plagam huc refert.

3) De haemorrhoidibus lib. 1. citando. — MANIALDUS hunc librum gr. et lat. ed. et notas adj. Paris. 1619.

4) Locis citandis.

5) ARETAEUS l. c. — GALENUS passim. — AËTIUS tetrabibl. IV. Serm. II. c. 5. — ORIBASIUS Synopsis lib. VI. c. 22. 44. — ACTUARIUS lib. IV. c. 6.

6) AVICENNA Canon. lib. III. Fen. 10. tr. 1. cap. 2. tract. 2. Frank Prax. III. II. I.

lares libros ediderunt BARLANDUS[7]), PHOLLAMMER[8]), SANTORINUS[9]), STAHL[10]), GULICH[11]), SCHAARSCHMIDT[12]), DE HAËN[13]), NEIFELD[14]), REINHARD[15]), SIDREN[16]), MAY[17]), SOEDERBERG[18]), STUNTZER[19]), QUARIN[20]), MOLITOR[21]), GARN[22]), BIT-

c. 6. Fen. 17. tract. 1. c. 2. — ALBUCASIS chirurg. P. II. c. 81.

7) Ep. med. de aquarum destillatarùm facultatibus et de haemorrhoidum generibus, inter quae enucleatur P. AEGINETAE de haemorrhoidibus caput. Antwerp. 1536.

8) Consilium de haemorrhoidibus. Bamb. 1590.

9) Opusculum de haemorrhoidibus. Venet. 1705. Rec. in BAGLIVI oper. Antwerp. éd. p. 826.

10) Resp. JUCH: diss. de motu sanguinis haemorrhoidali et haemorrhoidibus externis. Hal. 1698. — r. GOHL: diss. de haemorrhoidum internarum motu et ileo haematite HIPPOCRATIS. Ib. 1698. — r. GAETKE: diss. de vena portarum porta malorum etc. Hal. 1722. — *Abhandl. von der goldnen Ader. Lips.* 1729. — Ej. de motus haemorrhoidalis et fluxus haemorrhoidum diversitate. Offenbach. 1730. — Ej. de consulta utilitäte haemorrh. Hal. 1704.

11) Meditationes theoret. pr. de furore haemorrhoidum internarum. Lugd. Bat. 1733.

12) *Nachricht von der Natur und Kur der Krankheiten, die mit Bewegungen auf die güldne Ader verbunden zu sein pflegen. Berl.* 1756. 71.

13) Theses pathol. de haemorrhoidibus. Vienn. 1759.

14) *Physikal. Abhandl. von der goldnen Ader. Züllichau* 1761.

15) *Abhandl. von dem Mastdarmblutfluss. Glogau* 1764.

16) Diss. sist. casum haemorrhoidalem. Ups. 1768. — Acta med. Suec. I. p. 381. *Auserles. Abhandl. für pr. Ä.* 8. *Bd.* p. 560. *Abhandl. Schwed. Ä.* 1. *Bd.* p. 128.

17) *Die Hämorrhoiden. Mannh.* 1775.

18) *Abhandl. von den Hämorrhoiden. Altenb.* 1778.

19) *Über die goldne Ader. Wien* 1783.

Bitzius[23]), Trnka de Krzowitz[24]), Knebel[25]), Joerdens[26]), Conradi[27]), Recamier[28]), Horn[29]), Brice de Larroque[30]), Montègre[31]), Abernethy[32]), Kirby[33]), Calvert[34]), Rau[35]), Saucerotte[36]), Mayo[37]), Stieglitz[38]), Lepelletier[39]),

Y y 2 Ma-

20) Animadvers. cap. 13.

21) *Abhandl. bei Gelegenheit einer tödtlich gewordenen zusammenges. Hämorrhoidalkrankheit.* Mainz 1790.

22) *Gedanken über die eigentlichen Ursachen der Hämorrhoiden. Medic. Aufsätze. Wittenb.* 1791.

23) Diss. de haemorrhoidibus. Gott. 1793. — Id. *Ursachen und Behandlungsart der Hämorrhoiden oder s. g. güldnen Ader. Hamb.* 1794.

24) Historia haemorrhoidum omnis aevi observata medica cont. Op. posth. ed. cur. Schraud. Vindob. 1794. — Vers. germ. ed. Knebel Bresl. 1798. 99.

25) Diss. de haemorrhoidibus. Marb. 1799. 1800. — *Abhandl. über die Hämorrhoidalkrankheiten,* 3. *Bd. als Zusatz zu* Trnka. *Bresl.* 1799.

26) Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 228.

27) *Von den Hämorrhoiden. Marb.* 1804.

28) *Essai sur les hémorrhoides. Par.* 1800.

29) *Archiv* 1. *Bd.* p. 123. 277.

30) *Traité des hémorrhoides. Par.* 1812.

31) *Dict. des sc. méd. T.* 20. p. 441. art. *Hémorrhoides.*— Ej. *traité des hémorrhoides. Par.* 1817. *A. d. Franz. von* Becker. *Leipz.* 1821. *Im Auszuge von* Wittmann *Leipz.* 1833.

32) *On haemorrhoidal diseases. Surg. works Vol. II.*

33) *Obs. on the treatment of certain forms of haemorrhoidal excrescence. Dublin* 1817. Ej. *additional observat. etc. Dublin* 1825.

34) *Pract. treat. on haemorrhoids or piles etc. Lond.* 1824.

35) *Über die Erkenntniss u. Heilung der ges. Hämorrhoidalkrankheit* 2 *Thle. Giessen* 1821.

36) *Nouv. traité des hémorrhoides. Par.* 1830.

Mackenzie[40]), Kreyssig[41]), Delacroix[42]), Schlärski[43]). — Praeterea magna dissertationum[44]) de haemorrhoidibus conscriptarum copia prostat.

3. Non-

37) *Obs. on injuries and diseases of the rectum. Lond.* 1833. Froriep *Notizen* 40. *Bd.* p. 265.

38) *Pathologische Untersuchungen Bd.* 2. p. 1.

39) *Des hémorrhoides et de la chute du rectum. Par.* 1834. *Die Hämorrhoiden und der Vorfall des Mastdarmes. Aus d. Franz. v.* Martiny. *Weimar* 1835.

40) *Piles, haemorrhoids etc.* 3. *ed. Lond.* 1835.

41) *Encyklopäd. Wörterb. d. med. Wissensch. Berl.* 1837. 15. *Bd.* p. 322. Art. *Haemorrhoides.*

42) *Manuel des hémorrhoidaires. Par.* 1837.

43) *Über die Erkenntniss und Heilung der Hämorrhoidalkrankheit* (lingua rossica). *St. Petersb.* 1838.

44) Kellerthaler diss. de haemorrhoidibus. Basil. 1582. — Cunellius diss. de haemorrhoidibus. Lips. 1591. — Nymmann diss. de haemorrhoidibus. Viteb. 1594. — a Belfort diss. de fluxu haemorrhoidum immodico. Basil. 1598. — Mr. Schröter diss. de fluxu haemorrhoidum sec. naturam. Lips. 1612. Ej. de fluxu haemorrhoidum praeter naturam. Lips. 1614. — Wagner diss. de haemorrhoidibus. Basil. 1615. — Sulzberger diss. de haemorrhoidibus. Lips. 1616. — Rolfink diss. patholog. no. XVI. Jen. 1637. — Schilling diss. de haemorrhoidibus earumdemque nimio fluxu. Argent. 1652. — Sebiz et Junta diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1654. — Moebius diss. de haemorrhoidibus coecis et apertis. Jen. 1662. Ej. de haemorrhoidibus. Ibid. 1643. — Friedrich diss. de haemorrhoidibus immodicis. Lips. 1658. — Meibomius diss. de haemorrhoidibus. Helmst. 1670. — Francus et Carisius diss. de haemorrhoidibus. Heidelb. 1672. — Fausius diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1675. — Frommann de haemorrhoidibus. Norimb. 1677. 12. — Metzger et Härlin diss. de haemorrhoidum statu s. et p. n. Tub.

1677. — Rurock et Mönch diss. de haemorrhoidibus. Regiom. 1679. — Wedel et Eckhardus diss. exh. aegrum haemorrhoidibus dolentibus et immodicis laborantem. Jen. 1679. — Pincker diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1691. — Heckheler diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1693. — Bohn et Hering de haemorrhoidibus coecis. Lips. 1694. — Anguisola consilium de haemorrhoidibus in Lautenbach. Fr. 1695. — Marcus diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1697. — Bell a Belford diss. de haemorrhoidum fluxu immodico. Basil. 1698. — Berger et Riz diss. de haemorrhoidibus ultra modum profusis et coecis. Viteb. 1700. — Sperner ep. de novo haemorrhoidum coecarum remedio, muribus sc. marinis. Amst. 1700. — Eyselius et Speirmannus de haemorrhoidibus sec. et praeter naturam. Erf. 1702. Ej. diss. de haemorrhoidibus *von der güldnen Ader*. Ibid. 1707. — Gottsched et Stolz diss. de haemorrhoidibus vulgo *die güldne Ader* dictis. Regiom. 1703. — Perpessa diss. de haemorrhoidum utilitate et noxa. Tolos. 1705. — Löw diss. de haemorrhoidibus. Edinb. 1707. — F. Hoffmann et Agricola salubritas fluxus haemorrhoidalis. Hal. 1708. — Raumburger de haemorrhoidibus coecis. Giess. 1708. — Wirbitz diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1708. — Rivinus et Küchler diss. de haemorrhoidibus apertis. Lips. 1709. — Crause et Winter de haemorrhoidibus coecis. Jen. 1710. — Brandt casus de nimio haemorrhoidico mensium fluxu in virgine observato. 1710.— Peschel ep. de haemorrhoidum laude circumcidenda. Lips. 1713. — Garmannus diss. curat. fluxus haemorrhoidalis. Basil. 1715. Ej. diss. trad. cautelas pract. circa curat. fluxus haemorrhoidalis. Ibid. 1715. — Kast diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1716. — Vater et Berger: diss. de haemorrhoidum fluxu salutari et morboso. Viteb. 1717. — Alberti (resp. Kaatzki) diss. de haemorrhoididus, medicina hypochondriacorum. Hal. 1716. (resp. Ritter) de haemorrhoidum consensu cum scorbuto. 1717. (r. Lentz) de

de haemorrhoidibus longaevitatis caussa. 1717. (r. Behrens) de haemorrhoidum anomaliis. 1717. (r. Bergmann) de haemorrhoidibus foeminarum. 1717. (r. Rückert) de haemorrhoidibus albis. 1717. (r. Moeser) de haemorrhoidibus coecis. 1717. (r. Harder) de haemorrhoidariorum regimine et diaeta. 1717. (r. Kniep) de haemorrhoidibus suppressis. 1717. (r. Haubold) de haemorrhoidum consensu cum morbis splenis. 1718. (r. Fisch) de haemorrhoidibus excedentibus. 1718. (r. Weisbrodt) de haemorrhoidum consensu cum capite et pectore. 1718. (r. Ganzland) de haemorrhoidum insolitis viis. 1718. De haemorrhoidum consensu cum calculo et podagra. 1718. (r. Zehner) de haemorrhoidali colica. 1718. (r. Dietrich) de haemorrhoidum et mensium consensu. Hal. 1719. (r. Wachsmuth) de haemorrhoidariorum prudenti therapia per acidulas et thermas. 1719. Illae dissertationes XVII simul cum Stahlianis recusae in Alberti tractatu de haemorrhoidibus. Hal. 1722. Postea idem Alberti edidit: (r. Herrmann) de fluxus haemorrhoidalis provocatione. 1719. (r. Heidegger) de haemorrhoidibus symptomaticis et perniciosis. 1726. (r. Woyt) de haemorrhoidum salubri et insalubri promotione. 1726. (r. Fuchs) de haemorrhoidibus juniorum. 1727. (r. Schroder) de haemorrhoidibus gravidarum et puerperarum. 1727. (r. Schwartz) de haemorrhoidum praeservatione. 1727. (r. Groschupf) de haemorrhoidum differentia ab aliis cruentis alvi fluxibus. 1727. (r. Meyenberg) de haemorrhoidibus haereditariis. 1727. De excrescentia nasi cum haemorrhoidum anomaliis connexa. 1729. — Goelicke diss. de haemorrhoidibus turbatis suo ordine restituendis. Fr. 1720. — Fischer et Zettermann diss. haemorrhoides ex palato profluentes. Erf. 1722. — Ludolff et Breithaupt diss. de utilitate fluxus haemorrhoidalis etc. Erf. 1721. — Ludolff et Duckewitz diss. de fine haemorrhoidum principio variorum malorum. Erf. 1725. — Avenarius diss. de fluxu haemorrhoidali. Erf. 1726. — Depré diss. de magno fluxus haemorrhoidalis remedio ad vitam longam. Erf. 1726. — Goelicke et

Jans-

Jansson de haemorrhoidibus turbatis. Francof. ad V. 1723. — Wedel et Wislicenus diss. de haemorrhoidibus Jen. 1727. — Schrader diss. de diarrhoea haemorrhoidibus fluentibus juncta. Lugd. Bat. 1728. — Pistor diss. de haemorrhoidibus. Tub. 1729. — F. Hoffmann et Grussenhainer diss. de immoderata haemorrhoidum fluxione. Hal. 1730.— F. Hoffmann diss. de cephalaea cum immoderato haemorrhoidum fluxu saepius repetente. Hal. 1735. — Wassermann diss. de haemorrhoidibus. Erf. 1731. — Wedel et Dibler diss. de haemorrhoidibus coecis. Jen. 1732. — Stahl et Deville diss. de dubia atque suspecta haemorrhoidum laude. Hal. 1733. — Heister et Raupbach diss. de clavo haemorrhoidali. Helmst. 1734. — Brand diss. de cohibendis potius quam promovendis haemorrhoidibus. Argent. 1740. — Juncker et Adelung de prolapsu intestini recti pro tuberculis haemorrhoidalibus perperam habito. Hal 1740. — Segner et Grumbrecht diss. de morbis ex interceptis haemorrhoidibus potissimum rarioribus. Gott. 1741. — Kübler diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1742. — Moebius diss. de haemorrhoidibus. Jen. 1743 — de Theyls diss. de sanguinis evacuatione per inferiora, quam haemorrhoidem vocant, ut caussa fistula ani. Lugd. 1744. — Juncker et Lansberg diss. de tenesmo haemorrhoidali. Hal. 1744. — Brendel et Wolff de haemorrhoidibus interceptis, morbos verendorum aphrodisiacos simulantibus. Gott. 1744. — Richter censura nimiae laudis haemorrhoidum. Gott. 1744. — Hamberger et Schnell diss. doctrina generalis de haemorrhoidibus. Jen. 1745. — Draud diss. de cohibendis potius quam promovendis haemorrhoidibus. Argent. 1749. — de Büchner diss. de optima haemorrhoides sanandi methodo. Hal. 1747. — Juncker et Borgstedt cur haemorrhoidalis fluxus in laboriosis plerumque sit lethalis. Hal. 1749. — Rogers diss. de haemorrhoidibus. Edinb. 1749. — Grap diss. exh. fluxum haemorrhoidalem periodicum vulgo *den güldnen Aderfluss* in arthriti-

ticis affectibus beneficium naturae et medicinam sine medico. Regiom. 1752. — DETHARDING pr. de haemorrhoidibus hodie quam olim frequentioribus. Rost. 1754. — FRIZON diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1754. — LUDOLFF et WENZEL diss. de haemorrhoidibus. Mogunt. 1755. — GERBEZ theses de haemorrhoidibus. Vienn. 1756. — KALTSCHMIED et HERRMANN diss. de haemorrhoidibus coecis in ulcus vesicae urinariae mutatis. Jen. 1757. — KALTSCHMIED diss. de haemorrhoidibus coecis. Jen. 1760. — CARTHEUSER diss. de profluviis alvi cruentis. Fr. 1760. — DROYSEN et GRUMBCKE diss. sist. convenientiam vitiorum haemorrhoidalium cum venereis horumque differentiam. Gryphisw. 1760. — LETCH diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1761. — ORLOVIUS diss. suntne haemorrhoides morbus? Regiom. 1761. — TRILLER et PRAEGER diss. de haemorrhoidum fluxu nunc salutari nunc autem noxio. Vitemb. 1764. — VERSCHUIR diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1764. — DIETERICHS diss. de haemorrhoidibus cristatis. Altorf. 1764. — HARTMANN diss. de med. methodo in provocandis haemorrhoidibus saepe perversa. Fr. 1765. — LANGGUTH pr. de dispositione ad haemorrhoides naturali omnino nulla. Vitemb. 1764.— LANGGUTH et RICHTER diss. de haemorrhoidibus morbo caeco. Vitemb. 1768. — LANGGUTH et HEINSIUS diss. de vena fonte haemorrhoidum non satis limpido. Vitemb. 1768. — LANGGUTH de arteria fonte haemorrhoidum limpidissimo. Ibid. 1773. — LANGGUTH pr. de haemorrhoidum venosarum vindicatione. Vitemb. 1768. — KALTSCHMIED et VOGLER diss. de febri lenta haemorrhoidali feliciter curata. Jen. 1765. — DE SLABY diss. de haemorrhoidibus. Vienn. 1767. — FUNCCIUS diss. de haemorrhoidibus nimis conniventibus et coecis. Altdorf. 1767. — STOCKHAUSEN diss. de haemorrhoidibus. Helmst. 1770. — BÖHMER diss. de haemorrhoidibus externis. Hal. 1770. — ROSENBLAD diss. de laude haemorrhoidum restringenda. Lund. 1771. Id. de haemorrhoidibus provocandis. Ibid. 1777. — NEBEL et STARCK diss. de haemorrhoidibus. Heidelb. 1775. — BAU-

— BAUMER pr. de haemorrhoidibus mucosis earumque sympathia cum asthmate mucoso. Giess. 1776. — NICOLAI et SCHWABE diss. de fluxu haemorrhoidali nimio cum nimia diarrhoea conjuncto. Jen. 1776. — CLAXTON diss. de haemorrhoidibus. Edinb. 1777. — RAMSPERGER diss. de haemorrhoidibus. Frib. 1778. — WOLF diss. de haemorrhoidibus albis. Giess. 1779.— HEINSIUS diss. de haemorrhoidibus. Argent. 1781. — DE OBERKAMP et HERCULES diss. fallax haemorrhoidum utilitas. Heidelb. 1781. — DE OBERKAMP et BRUNNER diss. aetiologia haemorrhoidum. Heidelb. 1784. — SELIGMANN diss. de haemorrhoidibus albis in universum. Gott. 1782. — REITTER diss. de haemorrhoidibus. Vienn. 1782. Rec. in EYERBL. diss. Vol. II. — ROCHETTE diss. de haemorrhoidibus. Monsp. 1783. — VOIT diss. de haemorrhoidum praecipuis caussis. Giess. 1784. — HEILBRUNN diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1784. — BAUMER pr. de haemorrhoidibus symptomaticis. Giess. 1788. Id. de haemorrhoidibus arteriosis. Ibid. 1788. — BEELS diss. de haemorrhoidibus. Lugd. Bat. 1790. — JAENICK diss. de haemorrhoidibus. Gott. 1791. — WERLE diss. de fluxu haemorrhoidali. Duisb. 1791. — ZUCCARINI pr. de haemorrhoidum cum fluxu catameniali non comparanda salubritate. Heidelb. 1793. — NÜRNBERGER et ENGEL diss. de haemorrhoidibus earumque caussis et curatione. Viteb. 1794. — WEGSCHNEIDER diss. de haemorrhoidibus. Helmst. 1795. — OPPENHEIM diss. de haemorrhoidibus. Gott. 1798. — TITIUS et HEILMANN diss. de haemorrhoidum divisione et cura. Viteb. 1799. — HEINRICH diss. de haemorrhoidum symptomatibus et caussis. Francof. 1799. — BRANDENBURG diss. momenta quaedam graviora circa haemorrhoides sanguineas et mucosas sic dictas. Gott. 1800. — HEILMANN et WEYER diss. de haemorrhoidibus. Wurceb. 1802. — SCHAEFFER *diss. sur les tumeurs hémorrhoidales. Strasb.* 1802. — BIRKHOLZ et KRICKOW diss. sist. naturae morbi haemorrhoidalis proprie sic dicti imaginem. Lips. 1803. — ZOELLNER diss. de haemor-

mor-

Symptomata.

3. Nonnumquam accidit, ut in sano, nec ullo morbi symptomate praegresso, tuberculum haemorrhoidale ad anum nascatur, vel cruor subinde ex eodem integra valetudine reddatur. Sed plerumque morbi evolutionem antecedunt haec illave symptomata (*prodromi haemorrhoidum*): color corporis singularis [45]), hyeme floridus [46]), foe-

morrboidibus. Viteb. 1807. — Dumay *diss. sur les hémorrhoides. Par.* 1807. — Dupuch-Lapointe *diss. sur le flux hémorrhoidal. Par.* 1808. — Soberten diss. de haemorrhoidibus. Viteb. 1809. — Lavendan *diss. sur les hémorrhoides. Par.* 1814. — Roussel *diss. sur le flux hémorrhoidal. Par.* 1812. — Quandalle *diss. sur les hémorrhoides. Par.* 1815. — Lederle diss. de usu hirudinum in haemorrboidibus. Mogunt. 1816. — Matyus diss. de haemorrhoide. Vienn. 1815. — Lehmann diss. sist. morbi haemorrboidarii brevem bistoriam patbologicam. Gryphisw. 1817. — Gauquelin Despallières *diss. sur les hémorrhoides. Par.* 1817. — Sommer diss. de haemorrhoidibus coecis. Berol. 1821. — Brücke diss. de baemorrhoidibus. Giess. 1824. — Fassin diss. de haemorrhoidihus. Leodii 1825. — Narr diss. de processu haemorrhoidali. Monach. 1828. — de Backer diss. de haemorrhoidibus. Leod. 1830. — Zirngibl diss. de haemorrhoidibus et colica haemorrboidali. Erl. 1832. — de Greboeck diss. de baemorrhoidibus. Monacbii 1834. — Wirth diss. de haemorrhoide constitutionali. Berol. 1835. — Villa diss. de haemorrhoidibus. Ticini 1836. — Walther diss. de morbo haemorrhoidali. Vratisl. 1837. — Hidloff diss. de haemorrhoidibus. Berol. 1838. — Turchetti diss. de haemorrhoidibus. Pavia 1838. — Klimenko diss. de haemorrhoidibus. Mosquae 1837.

45) Galenus de locis affectis lib. I. c. 5. ed. Kühn T. VIII. p. 47.

foedus[47]), ex virore gilvus[48]), vertigo[49]), capitis dolor gravans[50]), melancholia[51]), deliria furibunda[52]), amaurosis[53]), artuum lassitudo, daedolatio, dolores[54]), rheumaticis vel arthriticis similes, ischias[55]), spasmi[56]) et convulsiones, ipsaque epilepsia[57]), tussis[58]), dyspnoea[59]), asthma[60]), anxieta-

46) Hippocrates prorrhet. lib. II. ed. Kühn T. I. p. 187.

47) Ibid. p. 225.

48) Avicenna Canon. lib. III. Fen. 17. cap. 2. — Forestus scholion ad obs. 5. —

49) Engel spec. med. p. 152. — Stunzer *über die goldne Ader* l. c. p. 46. — Büchner in misc. phys. med. A. 1730. Aug. cl. 2. art. 1. §. 2. p. 1245. — *Bresl. Samml.* 1724. *Mart.* p. 258.

50) *Bresl. Samml.* 1726. *Jul.* p. 29. — Alberti diss. de haemorrh. consensu cum capite et pectore. Hal. 1718.

51) Chevalier in *journ. de méd. T.* 33. p. 39. obs. 11.

52) Bang in collect. med. Havn. Vol. I. obs. 6. p. 46.

53) Jördens in Hufeland *Journ.* 4. *Bd.* p. 231.

54) Alberti diss. de haemorrhoidibus coecis. §. 9.

55) Hippocrates Praedict. lib. 2. ed. Kühn T. I. p. 231. — Alberti l. c. — Fischer et Zettermann diss. haemorrhoides ex palato profluentes. Erf. 1722.

56) Ernesti in *Breslauer Samml.* 1723. *Febr.* p. 151 (motus spastici in artubus). — Graff, acta nat. cur. Vol. 2. obs. 81 (crurum spasmi). — Storch in miscell. phys. med. a. 1727. Jan. d. 2. art. 2. §. 7. no. 3. p. 47 (spasmi manuum pedumque).

57) Storch *von den Krankheiten der Weiber* 2. *Bd.* cas. 96. p. 318. cas. 116. p. 432. — Cornarius obs. med. 26.

58) Raimann apud Büchnerum, Misc. phys. med. A. 1728. Oct. d. 4. art. 6. p. 1398.

59) Raimann l. c.

60) Albrecht in Commer. Nor. T. 7. a. 1737. hebd. 44. p.

tates[61]), cordis pulsatio[62]), dyspepsia, anorexia, cardialgia[63]), in abdomine sensus plenitudinis, tensionis, in hypochondriis sensus pressionis et tensionis, flatulentia[64]) et meteorismus[65]), dolores colici[66]), alvus rarius fluxa[67]), in compluribus obstructa[68]), quandoque vomitus[69]), rarissi-

347. — ERNESTI in *Bresl. Samml.* 1724. *Febr.* p. 157. *Mart.* p. 271. — STAHL colleg. casuale magnum Cas. 14. p. 188.

61) MÜLLER in *Bresl. Samml.* 1721. *Nov.* p. 518. — VOGEL apud BÜCHNERUM, Misc. phys. med. a. 1730. Maji d. 4. art. 6. p. 1081. — STOERCK ann. med. II. p. m. 148. — WEBER obs. med. fasc. II. obs. 13. p. 55.

62) BEHRENS in *Bresl. Samml.* 1723. *Jun.* p. 685.

63) HIPPOCRATES praedict. lib. I. l. c. p. 177.

64) ALBERTI de haemorrhoidum consensu cum scorbuto §. 13.

65) DELIUS amoen. med. dec. 3. cas. 6. p. 210. — ERNESTI in *Bresl, Samml.* 1724. Majo p. 492. et Jul. p. 42.

66) Cf. cap. IX. §. XLV. 9.

67) WEDEL in eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 27. — ERNESTI in *Bresl. Samml.* l. c. — STORCH obs. clin. a. 3. Maji d. 4. no. 4. p. 295. a. 8. Dec. d. 4. p. 672.

68) Symptoma vulgatissimum, cujus exempla leguntur in *Bresl. Samml.* a. 1726. Jul. p. 29, apud F. HOFFMANN (diss. de imprudenti medicatione multorum morborum ut mortis caussa §. 6. Opera T. 6. p. 297), LEUTHNERUM (*Prakt. Heilungsvers. d. Milzdünste*, 1. *Th.* 2. *Abschn. no.* 4. §. 39. p. 78), VOGEL (BÜCHNER Miscell. phys. med. a. 1730. Maji d. 4. art. 6. p. 1081), RIVERIUM (obs. collect. no. 27), SHMUCKER (*verm. chir. Schriften* 1. *Bd.* p. 109), SALOMON (acta Suec. Vol. 22. trim. 2. no. 5. p. 138).

69) *Bresl. Samml. a.* 1726. *Jul.* p. 29. — ALBERTI diss. de fluxus haemorrh. provocat. thes. 17. p. 10. — CORNARIUS

sime cholera[70]), status hypochondriacus, somnus perturbatus, congestiones in capite, pectore abdomineve, haemorrhagia[71]), pulsus modo pleni, modo parvi, celeres et irregulares, quid quod febris[72]) motusque febriles haemorrhoides vel antecedunt vel concomitantur. Jam sequuntur, quae dicuntur *molimina haemorrhoidalia* s. *motus haemorrhoidales* ex congestione in intestino recto ejusque partibus vicinis oriundi. Supra commemorata symptomata ad altiorem gradum evehuntur, verique morbi formam induunt. Accedunt dolores crucis, lumborum gravitas[73]), usque ad occiput sese extendentes, pruritus ani et totius corporis[74]), dolor urens, pungens, pulsans in intestino recto, sedendo et stando auctus, tumor ani, sudores[75]) circa a-

obs. med. 26. — Spindler obs. med. 44. — Bündel u. Vogel *akad. kleinere Schriften* 1. *Samml. no.* 2. *Beobacht.* 2. p. 45.

70) Storch l. c. a. 8. Aug. d. 4. p. 574.

71) Carl in act. nat. cur. Vol. IV. obs. 84 (primum epistaxis periodica, dein haematuria lethalis). — Alberti de fluxus haemorrhoidalis provocatione thes. 17. p. 10 (haemoptysis).

72) Num peculiaris febris haemorrhoidalis detur, vix crediderim; sed Grassius (hist. morb. Vratislav. a. 1702. p. m. 375), Stoerckius (ann. med. II. p. m. 148) eam observasse sibi videntur; de Haën vero eam sui generis fuisse febrem negat (rat. med. P. VII. c. 5. §. 5).

73) Lumborum dolores quandoque immanes.— Stunzer l. c. p. 50. — Baglivi de fibra motrice spec. lib. I. c. 6. p. m. 304.

74) Duncan cas. med. 9.

75) Ernesti in *Bresl. Samml.* 1723. *Febr.* p. 151.

anum, qui constrictus est [76]), tenesmus [77]) et dolor sub alvo exoneranda. Praeterea per consensum excitantur affectiones genitalium et systematis uropoëtici, sensus urens in urethra, dysuria [78]), stranguria, tumor testiculorum, pruritus perinaei, scroti et penis, ejaculatio seminis [79]) et prostatici succi in alvo exoneranda, in sexu vero sequiore pruritus vulvae, coitus dolens, menses irregulares, leucorrhoea. Phlegmone [80]), erysipelas pedis [81]), varicocele [82]), tumores glandularum inguinalium [83]) nonnumquam oriuntur. Haec vero sym-

76) Stahl de motu sanguinis haemorrhoidali cap. 8. p. 21. — Stoerck l. c. — Weber l. c. — Heister *Wahrnehmungen no.* 329. p. 536.— Storch apud Büchnerum, Miscell. phys. med. a. 1727. Jan. d. 2. art. 2. §. 4. no. 3. p. 47.

77) Juncker de tenesmo haemorrhoidali. Hal. 1744.— Campardon *Journ. de méd. T.* 19. — Segnitz in Büchneri Misc. phys. med. A. 1729. Nov. d. 4. art. 5. p. 725. — Storch (obs. clin. ann. 1. Mart. d. 1. no. 8. p. 37) inde mortem accelerari vidit. — Behrens *Bresl. Samml. A.* 1723. *Jun.* p. 685. — Pezold obs. med. chir 51.

78) Salomon, acta Suec. Vol. 22. trim. 2. no. 5. p. 137. — *Bresl. Samml. a.* 1723. *Aug.* d. 2. p. 152. — Storch obs. clin. a. 2. Jan. d. 4. no. 7. p. 30. — de la Motte *traité des accouch.* l. 1. c. 20. obs. 51. p. 114. 115. — Riedlinus Lin. med. ann. 4. Aug. 5. p. 640.

79) Chaussier apud Lavedan l. c. §. VII.

80) Albrecht in Comm. Nor. T. 7. a. 1737. hebd. 44. p. 347.

81) Salomon in act. Suec. Vol. 26. trim. 1. no. 12. p. 61.

82) Lebenwaldt in eph. nat. cur. dec. II. a. 6. obs. 97. — Graffius in act. nat. cur. Vol. 2. obs. 81. — Storch obs. clin. a. 6. d. 4. p. 579.

83) Pezold obs. med. chir. 29. — Gohlius in act. med. Berol. Dec. 2. Vol. 1. Sect. 2. p. 76.

symptomata in quibusdam longius per tempus perdurant, remittunt, evanescunt et redeunt subinde; talis rerum status plures per annos protrahi potest, nec alia symptomata in conspectum veniunt. Sed in aliis haud silent prius, quam cruor per anum redditus est. Hic vero *haemorrhoides fluentes* s. *apertas*[84]) constituit. Cruor vel ruptura[85]) quadam facta purus subinde protruditur, aut lente ex ano effluit et sensum excitat, ac si aqua calida efflueret, vel in membrana mucosa secretus simul cum faecibus iisque adhaerens, vel post, vel ante easdem, haudquaquam vero cum istis commistus redditur minore majoreve copia. Ab initio striae tantum cruentae, cruorisque guttae aliquot in conspectum veniunt, dein plures unciae, imo librae[86]) cruoris vel una, vel repeti-

84) *Syn.*: fluxus haemorrhoidalis.

85) Delatour (*hist. phil. et méd. des causes . . des hémorrhagies. Orl.* 1815. *obs.* 212), Montègre (l. c. p. 452) locum ipsum, unde sanguis effluxit, viderunt; sanguis effluit eodem modo, ac si vena aperta esset.

86) Tales casus observarunt H. Smetius (misc. med. lib. IV. ep. 9. p. 222), Montanus (appendix consil. Basil. 1583. p. 59), Cornarius (obs. med. 26), Lanzoni (consult. med. 97. Opera T. II. p. 203), Rhodius (obs. med. cent. II. obs. 93), Ferdinand (hist. med. 16. p. 40), Panarola (obs. med. pentecost. 2. obs. 46. p. 109), G. Harris (de morbis aliq. gravioribus obs. 10), Spindler (obs. med. 44. p. 77), Gullmann (act. nat. cur. Vol. 2. obs. 78. p. 181), F. Hoffmann (med. rat. syst. T. IV. P. 2. S. 1. c. 4. obs. 6. p. 105), C. Pezold (obs. med. chir. 51). — Tissot (*Oeuvres T. V.* p. 116. 117) foeminam vidit, quae

tita vice excernuntur. Cruor ipse utplurimum ater, venosus rarius laete rubens et tenuis, subinde concretus [87]) est et peculiarem odorem [88]) spargere dicitur. Profluvio cruento ad finem perducto, symptomata, quae antecesserunt, remittunt et silent ita, ut aeger multo meliorem se sentiat. Sed illa symptomata temporis spatio praeterlapso redire et increscere solent, donec profluvium revertitur, id vero subinde accidit temporibus statis et regulari modo, quaque quarta [89]) septimana, vel

quotidie ℥xvjjj sanguinis perdebat, ita ut anni unius tempore ℔ 412 cruoris perdiderit. — *Lettere al D.* CURZIO p. 34. 37. — Acta erud. Lips. 1698. — Cf. dissertationes supra citatae autoribus SCHROETER, SCHILLING, FRIDERICH, BELL A BELFORT, DE BERGER, F. HOFFMANN, WEDEL.

87) LENTILIUS, eph. nat. cur. dec. II. a. 9. obs. 124.

88) REIL *Fieberlehre* 3. *Bd.* p. 173.

89) BARTHOLINUS hist. anat. rar. cent. V. hist. 33. — ZIMARA apud M. DONATUM de med. hist. mirab. lib. IV. c. 19. p. m. 231. — HAGENDORN hist. med. phys. cent. II. hist. 34. et eph. nat. cur. dec. I. a. 2. obs. 192. p. 294. — JUNCKER compend. med. theor. pract. tab. II. p. 67. et diss. de dysenteria pannonica §. 7. p. 13. — SCHULZIUS, eph. nat. cur. dec. I. a. 4. obs. 44. p. 39. obs. 69. p. 57. — SMETIUS l. c. p. 547. — SOMMER, eph. nat. cur. dec. II. a. 3. obs. 108. p. 217. — MÜLLERUS, ibid. cent. 10. obs. 68. p. 377. — PAULLINUS, ibid. dec. II. a. 5. app. no. 1. obs. 80. p. 52. et de nuce moschata Sect. 2. P. 3. membr. 2. c. 9. §. 5. p. 525. — KOELICHEN, act. med. Havn. Vol. I. LXXXI. p. 165. — BERDOTUS, act. Helvet. Vol. V. p. 142. — AMATUS curat. med. cent. V. cur. 3. — SCHLIERBACH, act. nat. cur. Vol. VIII. obs. 49. p. 176. — PEZOLD obs. med. chir. 51. — HANNEMANN, eph. nat.

vel quoque semestri[90]) vel anno[91]). Sic res plura per lustra protrahitur[92]). — Quodsi profluvium cruentum saepius redierit, vel antequam id in conspectum venerit, tumores[93]) ad anum nasci so-

cur. dec. II. a. I. obs. 70. p. 171. et acta Havn. Vol. III. XVIII. p. 30. — Hic quidem fluxus menstruus haemorrhoidalis cum mensibus foeminarum comparari solet, quid quod Mülleri et Paullini aegri simul cum uxoribus eodemque tempore ac illae menstruum, hunc fluxum passi sunt. — In foeminis autem quandoque fluxus haemorrhoidalis cum catameniis alternat, testibus Dolaeo (encyclop. med. lib. III. c. 10. §. 1), Garmanno (eph. nat. cur. dec. I. a. 4. analect. p. 299), Paullino (l. c.), Storch (obs. clin. a. 2. April d. 2. no. 4. p. 159), Alberti (diss. de haemorrh. juniorum §. 4. p. 18), Carlio (act. nat. cur. Vol. 4. obs. 83. p. 320). — Nec non haemorrhoides coecas periodice revertentes viderunt Vandermonde (*journ. de méd. T.* 6. p. 208), Heister (*med. u. chir. Wahrnehm.* 2. *Bd.* 5. *Wahrn.*).

90) Schenfelder hist. enarrat. med. histor. 12. p. 45. — Stegmann in eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 102. p. 217. — (Vere et autumno).

91) H. Smetius misc. med lib. 10. p. 529 (circa ver).

92) Schulz de haemorrhoidum fluxu a prima juventute ad decrepitam usque aetatem durante. Eph. nat. cur. dec. I. a. 4. 5. obs. 69. p. 57. — Götz, acta nat. cur. Vol. II. obs. 186. p. 428.

93) *Syn.*: Haemorrhoides saccatae, vesicales, verrucosae, uvae, morae, tabercula haemorrhoidalia, nodi haemorrhoidales. Germ. *Hämorrhoidalknoten, Goldaderknoten; blinde, trockne, geschlossene güldne Ader; blinde Hämorrhoiden; Mastkörner; Zacken.* Belg. *Speenen, blinde Aanbeien.* Dan. *Blinde Gyldenaare, Tagger, Takker.* Suec. *Blinda gyllenadern, Taggar.* Angl. *piles.* Gall. *hémorrhoides borgnes,*

solent (*tumores haemorrhoidales, haemorrhoides coecae*[94])) varii generis et numeri, variaeque figurae, massae et magnitudinis, plus minusve dolentes, et turgentes, quorum duae species distingui solent, *varices* et *mariscae*. Illae tumores rotundos, sacciformes, vesicae similes, vel digito cedentes, vel admodum intentos, coeruleos exhibent, quorum plures[95]) ani orificium (*haemorrhoides externae*) circumdare possunt; eaedem et in ipso intestino recto (*haemorrhoides internae*) sedem habent, ejusque cavitatem fere implent, nec non ex ano prolabi et strangulari possunt. Hae initio sanguine plenae turgent et dolent, postea flaccidae factae (*haemorrhoides vacuae*) subinde denuo replentur et turgent, tempore interposito increscunt ita, ut nucis majoris, ovi, pomi, pugni ambitum aequent[96]). *Mariscae*[97]) vero dicuntur illa minora, solida (vesicam non referentia), vel pallida, vel laete rubentia tubercula, quae ad marginem orificii ani, rarius in intestino recto, utplurimum singula sedem habent et pro tempore vel turgent et do-

seches, aveugles. Ital. *morici cicchi.* Hisp. *almorranas secas.* Lus. *almorreimas cegas.*

94) Hildebrandt *über die blinden Hämorrhoiden. Erl.* 1795. — Praeterea dissertationes supra citatae, quas ediderunt: Moebius, Bohn et Hering, Crausius, Wedel et Dieler, Kaltschmied et Herrmann, Langguth, Funccius.

95) Subinde una tantum adest.

96) Trnka l. c. p. 160. plura variae varicum magnitudinis exempla citat.

97) Earum jam Forestus (lib. 23. obs. 9. p. 434) sub nomine formicae mentionem facit.

dolent, vel flaccida et laxa collabuntur. Varices et mariscae, recens natae initio quidem, uti profluvium cruentum, criticas quasdam vires exserunt, quae vero postea silent. Contra vel solae vel simul cum partibus vicinis non raro vera inflammatione corripiuntur (*haemorrhoides dolentes, furentes*), quae tumore, rubore, dolore vehemente, pulsatione sese prodit, variaque symptomata concomitantia exhibet. Similis inflammatio, silente profluvio, vesicam urinariam, urethram, vaginam, intestinum rectum ipsum et telam cellulosam vicinam corripere, abscessus, ulcera, fistulam[98]), gangraenam, scirrhum aliaque vitia organica producere potest. Praeterea in haemorrhoidariis furunculus ad anum nonnumquam oritur, origine sola ab aliis furunculis diversus. — Hae variae intestini affectiones membranam mucosam ita irritare possunt, ut mucus variae indolis secernatur, qui profluvium cruentum aut antecedit aut sequitur, vel cum cruore commistus vel purus excernitur (*haemorrhoides mucosae*[99])) et crisin adjuvat. Hic mucus vel albus, tenax, puriformis, spermati ranarum similis[100]), striis cru-

 en-

98) DE THEYLS diss. de sanguinis evacuatione per inferiora, quam haemorrhoidem vocant, ut caussa fistulae ani. Lugd. Bat. 1 — JOERDENS, acta nat. cur. Vol. VII. obs. 106. p. 375.

99) *Syn.*: haemorrhoides albae, serosae; proctorrhoea mucosa, leucorrhois, leucorrhoea intestini recti. GERM. *Schleim-Hämorrhoiden*, *Blennorrhoe des Mastdarms*. Cf. dissertationes supra citatae, quas ediderunt ALBERTI, BAUMER, SELIGMANN, WOLF. — HENCKEL in act. nat. cur. Vol. 4. obs. 79. p. 303.

100) GREISEL, in eph. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 75. p. 180.

entis insignitus, vel serosus, aquosus, loturae carnis similis, ichorosus[101]), acer, rodens, faeces antecedit, sequitur, simul cum iisdem, vel cum flatibus, vel cum tenesmo ejicitur, nec non circa anum ab externa cute simile quid specifici odoris secernitur linteaque conspurcat.

Necroscopia.

4. Anatome haemorrhoidum potissimum in eo versatur, ut varicis et mariscae natura et indoles exploretur. Utraeque vero inde ab HIPPOCRATIS[102]) temporibus pro dilatatis venis earumque oribus habitae sunt; hanc opinionem CHAUSSIER[103]) refellens docuit vasa capillaria rupta cruorem in telam cellulosam effundere, quo facto hujus nutritio laederetur; hanc vero rupturam factam esse, MONTÉGRE[104]) negans nil nisi dilatatos et degeneratos vasorum capillarium parietes conspexisse sibi videtur; contra RECAMIER et HOWSHIP tumores saccatos extravasato sanguine natos esse, DE LARROQUE tumores saccatos tela cellulosa pluribusque cellulis compositos esse putant, RIBES vero ratus est, primum venas haemorrhoidales dilatari, deinde vero cruorem in telam cellularem submucosam et subcutaneam effundi; contra KIRBY venarum dilatationem rejiciens telam cellularem elongari et volumine augeri persuasum habet; sed LI-

101) FACKII de ichoroso haemorrhoidum fluxu salutari. Eph. nat. cur. cent. 5 et 6. obs. 79. p. 150.

102) L. c.

103) LAVEDAN *diss. sur les hémorrhoides. Par.* 1814. p. 13, 14. — Simile quid jam RICHTER (*Chir. Bibl.* 15. *Bd.* p. 306) existimaverat.

104) L. c.

Liston[105]), anatomicis suis disquisitionibus confisus, admittit dilatationem venarum, quae initio adsit, postea vero in inflammationem partiumque structuram mutatam abeat. Andral[106]) sex dilatatae venae species admittit iisque tribuit haemorrhoidales tumores; R. Froriep vero docet majorem minoremve ramulorum venarum haemorrhoidalium copiam dilatari, simul telam cellularem interpositam eo magis increscere et crassescere, quo diutius tumor inveteraverit. Sed varix vera saccum refert, cujus interna superficies glabra ex pluribus arteriolis cruorem accipere solet; marisca vero composita est tela cellulari densa, firma vasibusque plena et caret cavitate. Tumores haemorrhoidales per totum intestinum usque ad colon[107]), nec non in aliis partibus[108]) simul venae dilatatae nonnumquam in conspectum venerunt. — Praeterea in cadaveribus eorum, qui longum per tempus haemorrhoidibus obnoxii fuerunt, inflam-

105) *Elements of surgery Vol. III.* Froriep *Notizen* 37. *Bd.* p. 77.

106) *Pathol. Anat.* 2. *Bd.* p. 239.

107) Ludwig advers. med. Vol. II. p. 5. — Beisblius, eph. nat. cur. dec. II. a. 2. obs. 97. p. 276. — Berger consil. cent. II. 88 — Knebel l. c. p. 63.

108) Meibomius (diss. de sanguinis educt. §. XL) venae portarum ramos triplo ampliores vidit, nec non Mercatus (de intern. morborum curat. lib. 1. c. 17), Martin (de affect. hypochondr. p. 136) idem conspexerunt. Rollin (*journ. de méd T.* 32 p. 41. *Samml. auserles. Abhandl.* I. *Bd.* 3. *St.* p 81) venam cavam inferiorem valde dilatatam invenit.

flammatio, induratio aliaque vitia intestini recti, intussusceptio, hernia, vitia uteri cordisque[109]) latuerunt.

Caussae. 5. *Caussae*[110]) haemorrhoidum *praedisponentes*[111]) latent in haereditate[112]), aetate virili[113]) (imprimis, si infantes epistaxi affecti fuerunt[114])), in annis climactericis[115]), sexu sequiore[116]), vita sedentaria, victu lautiore, abusu potus

109) Rollin l. c.

110) Dissertatt. supra citatae Voit, Heinrich, de Oberkamp et Brunner autoribus editae.

111) de Oberkamp, pr. quae potissimum adfectuum haemorrhoidalium nostro aevo frequentiorum caussa sit. Heidelb. 1789. — Detharding pr. cit.

112) Alberti diss. cit. — Hollerius de morb. intern. lib. l. c. 55. — Trnka l. c. p 52 (plurima exempla refert). — de Larroque l. c. p. 13.

113) Nihilominus subinde accidit, ut juniores et ipsi infantes haemorrhoidibus afficerentur. Alberti et Fuchs diss. cit. — Trnka l. c. p. 35 (plurimos casus haemorrhoidum juniorum ex autoribus collectos refert).

114) Hippocrates prorrhet. lib. II. ed. Kühn T. I. p. 234. — Alberti de haemorrh. insolitis viis §. 16. p. 29. — Storch obs. clin. a. 3. Maj. d. 4. no. 4. p. 295.

115) Storch l. c. a. 6. Febr. d. 4. §. 3. no. 15. p. 407. Apr. p. 547. — Kölichen, acta med. Havn. Vol. I. obs. 81. p. 165. — Stunzer l. c. p. 40.

116) Quamquam Hippocrates (de aëre, aq. et loc. ed. Kühn T. I. p. 527) aliique quam plurimi haemorrhoides viris tribuerunt, easque cum mensibus foeminarum quodammodo comparaverunt, Cullen tamen et alii, ad quos accedimus, foeminas frequentius iisdem affici docuerunt. Cf. Alberti diss. cit.

tus spirituosi, imprimis vini[117]) et cerevisiae[118]), animi aegritudine diutina, intemperantia libidinis, in mensibus[119]) vel silentibus vel retentis vel suppressis, in lochiis suppressis[120]) et in graviditate[121]). Inde constitutio[122]) quaedam nascitur, quae sola morbum progignere potest. Praeterea morbum excitare dicuntur: ira[123]), moeror[124]), nostalgia[125]), terror[126]), perfrictio podicis, abdominisve, herniae, tumores abdominales, imprimis

117) Müller. eph. nat. cur. cent. VIII. obs. 36. p. 307. — de la Methrie *obs. de méd. pr. no.* 80. p. 126.

118) Henning, Hufeland *Journ.* 10. *Bd.* 2. *St.* p. 158.

119) Hippocrates coac. praenott. ed. Kühn T. I. p. 3.3. — Alberti diss. cit.

120) Stahl diss. cit. p. 6. — Alberti de haemorrhoid. gravid. §. 4. p. 18. 24.

121) Alberti diss. cit.

122) Montègre l. c. p. 487: *l'hemorroidaire est grand, plutôt maigre que gros, il a le teint plombé et jaunâtre, des grosses veines serpentent sur ses bras, ses mains, ses jambes et ses pieds, il a les cheveux noirs, un feu sombre anime ses régards; il est brusque emporté; ses passions sont violentes, ses resolutions tenaces; il est gros mangeur, mais indifférent sur le choix des alimens, souvent tourmenté des flatuosités et presque toujours constipé.*

123) Stockhausen (diss. cit. §. 31) et F. Hoffmann (med. rat. syst. T. IV. P. II. Sect. I. c. 4. obs. 3. p. 101) exempla proferunt.

124) Bleigny, zodiacus med. Gall. a. 1. Febr. obs. 5. p. 47. — Ferdinand hist. med. 16. p. 40.

125) Montègre l. c. p. 500.

126) Gullmann, acta nat. cur. Vol. II. obs. 78. p. 181.

mis hepatis, uteri, vesicae urinariae, faeces [127]) durae, acres diuque retentae, morbi cordis [128]) pulmonumque [129]), vestes [130]) angustae et comprimentes abdomen, clysteres acres, saepe repetiti [131]), usus radicis rhei [132]), aloës [133]), jalappae aliorumque purgantium [134]), aquarum mineralium [135]) et emmenagogorum [136]), insessus in sella molliore, calorem ad anum evehente, insessus in sella perforata [137]), longior mora in latrina [138]), nixus [139]) validus creberque ad alvum, partum etc. editus, vectio [140]) in curru minus bene constru-

127) Orthmann diss. de alvi obstructione haemorrhoidali casu illustrata. Jen. 1796.

128) Rollin l. c.

129) Non raro in phthisicis haemorrhoides comparuerunt, quae subinde spem medicorum fefellerunt.

130) Hildebrandt l. c. p. 72. - 131) Hildebrandt l. c. p. 60.

132) Hildebrandt l. c. p. 61. — Equidem curavi foeminam, quae simulatque rheum sumeret, affectione haemorrhoidali, tumorisque turgore corripiebatur.

133) Rasch diss. de aloëticorum abusu in haemorrhoidibus. Marb. 1781.

134) de Buchner et Schopff diss. de intempestivo purgantium usu, frequenti affectuum haemorrhoidalium caussa. Hal. 1753.

135) Hoffmann l. c. obs. 1.

136) Storch obs. clin. a. 7. p. 41. — Ej. *Krankheiten der Weiber Th.* 3. cas. 109. p. 489.

137) Montégre l. c. p. 511.

138) Riedlinus lin. med. a. IV. Nov. 2. p. 907. — de Haën l. c. c. 2. §. 4 (vapores accusat).

139) Trnka l. c. p. 78.

140) Riedlin obs. med. cent. I. obs. 61.

structo et in via mala, equitatio [141]) protracta, imprimis nudo [142]) equo, dysenteria [143]) et diarrhoea, pruritus ani, oxyurides, res externae [144]) orificio ani admotae, hirudines frequenter ad anum applicati, concubitus ardens [145]). — *Caussa* haemorrhoidum *proxima* in sanguine ad anum congesto [146]) cernitur, sed haec congestio minus localibus, quam universalibus caussis tribuenda est; hae faciunt morbum, illae ejusdem singula symptomata [147]) vel excitant vel evehunt. Morbi autem

141) Baldinger (*von den Krankheiten einer Armee* 2. *Th.* 2. *Abschn.* 12. *Kap* p. 370) testatus est, se haemorrhoides saepius apud milites equestres quam pedites curandas habuisse. Montégre contra (l. c. p. 508) equitationem pro remedio haemorrhoidum declarat.

142) Martialis lib. XIV 86.

143) Albrecht, comm. lit. Norimberg. a. 1737. hebd. 8. p. 58. — de Haën l. c. §. 8.

144) Trnka (l. c. p. 98) de juvene refert, qui charta, aqua forti imbuta clunes abstersit. Quo facto post tres dies haemorrhoides fluxerunt copiose 11 diebus, fluxu cessante non amplius redierunt. Nec minus foemina, cui haesit granum piperis in plicis ani, incidit in dolores et inflammationem intestini recti (*allgem. Literat. Zeit. Ergänzungsbl.* 1818. *no.* 4. p. 30).

145) Trnka l. c p. 96.

146) Montégre l. c.

147) Singula illa symptomata, quae a localibus caussis excitantur, haemorrhagiam ani, diarrhoeam mucosam, varices et mariscas, inflammationem etc. ad haemorrhoides haud referrem, sed pro singularibus morbis declararem. Praeterea dubito, num varices et mariscae umquam caussis, quae anum ipsum affecerint, tribuendae sint. Quare non minus errare videntur Anglorum plurimi et nostratium nonnulli; illi enim omnino omnes haemorrhoides

tem universalis caussa proxima in plethora, statu venoso aut constitutione haemorrhoidali posita est.

Diagnosis. 6. Haemorrhoides earumque symptomata rite cognoscere et bene judicare satis arduum est. Etenim prodromi et molimina saepe sic sunt constituta, ut pro morbo alius partis cujusdam haberi possint. Hanc vero difficultatem subinde caussa haemorrhoidum, quae innotuit, haereditas, vivendi ratio, consuetudo aliaque vel solvere vel diminuere potest. — Praeterea congestionis in intestino recto ejusque vicinitate symptomata imprimis attendenda sunt. Insuper haec et illa statis temporibus reverti solent. Denique diagnosis eo confirmatur, ut vel cruentum profluvium vel tuber-

pro morbo locali habent, hi vero haemorrhoides universales et locales distinguere student; quid quod Stieglitz (*patholog. Untersuchungen* 2. *Bd.* p. 24) quinque haemorrhoidum species pro origine diversas admittit: 1) haemorrhoides genuinas, ex constitutione totius corporis ortas, quippe quae ita se habeat, ut subinde cruor per anum excerni debeat; 2) haemorrhoides secundarias, quae alios abdominis morbos sequuntur; 3) haemorrhoides symptomaticas, quae alios chronicos morbos casu quodam concomitantur; 4) haemorrhoides larvatas et aberrantes; 5) haemorrhoides mere locales. — Nec Josephus Frank mihi arridet, qui in schedis traditis dolet, se morbum haemorrhoidalem universalem in Part. II. Vol. II. Sect. II. silentio praeteriise, quique eidem locum inter morbos venarum in altera operis editione reservat. Etenim morbi haemorrhoidalis symptomata essentialia ad anum comparere, ejusdem vero natura in constitutione universali, aliisve morbis latere mihi videntur.

bercula ad anum in conspectum veniant. Sed in animum revocandum est, dari profluvia cruenta ex ano, quae haemorrhoidibus non tribuenda sint; nec quis ad rem attentus haemorrhagiam ex laesionibus, ex ulceribus intestinorum, carcinomate[148]) intestini recti, in febre nervosa, putrida, in dysenteria, scorbuto, morbove nigro obortam pro haemorrhoidali habebit. Quodsi simul tubercula haemorrhoidalia adsunt, res extra dubium posita est. Haec vero ipsa cum externa tum interna accurate observanda, ante oculos ponenda et digito vel admoto vel in anum immisso exploranda sunt, ne polypi, furunculi, prolapsus ani, condylomata[149]) aliique tumores pro iisdem male venditentur. — Denique haemorrhoides mucosae cum coeliaco, ichorosae cum hepatico fluxu confusae sunt[150]), quod ne fiat, reversiones fluxus periodicae et tubercula haemorrhoidalia magis, quam materiae excretae indoles, consideranda sunt.

7. *Prognosis*[151]) haemorrhoidum, et effectus, Prognosis.

148) Saepius in aegris, qui pro haemorrhoidariis ab aliis habebantur, exploratione facta scirrhum et cancrum intestini recti inveni.

149) Juvenis recordor, qui pro haemorrhoidario ab alio medico curatus, mihi anum exploranti condylomata exquisita exhibuit.

150) Nullus dubito, dari fluxum coeliacum et hepaticum haemorrhoidariae originis, id vero non cadit in omnem.

151) Antiquioribus temporibus multum disputatum est de salubritate haemorrhoidum, imo quaestio orta est, utrum fluxus haemorrhoidalis morbus sit, annon potius benefi-

ctus, quos habent, valdopere variant, qua de caussa benignae et malignae, salutares et nocivae distingui solent. Num dentur haemorrhoides, quae nec boni nec mali quid ferant, quaeque nullius ponderis sint, dubitamus. Salutares vero haemorrhoidum vires vel praeservatoriae vel criticae sunt. Quodsi enim vel tubercula vel profluvia cruenta vel utraque simul in sanis comparent, haec valetudinem tuentur ab aliis morbis[152]), ex con-

cium naturae et excretio naturalis; hodiernis temporibus nemo dubius haerebit, haemorrhoides, utut subinde salutares et criticas, tamen utique morbum sistere. Perpessa diss. de haemorrhoidum utilitate et noxa. Tolos. 1705. — Kreuzer *Erörterung der Frage, ob die goldne Ader dem menschl. Körper zuträglich sei. Königsb.* 1751. — Triller diss. de haemorrhoidum fluxu nunc salutari, nunc noxia. Viteb. 1764. — F. Hoffmann diss. cit. de salubritate fluxus haemorrhoidalis. — Alberti diss. cit. de haemorrh. med. hypochondriacorum; de haemorrh. longaevitatis caussa. — de Pré diss. de magno fluxus haemorrh. remedio ad vitam longam et sanam. Erf. 1726. — Grap diss. sist. fluxum haemorrhoidalem periodicum in arthriticis affectionibus beneficium naturae et medicinam sine medico. Regiom. 1752. — Stahl diss. de consulta utilitate haemorrhoidum. Hal. 1704. Ej. diss. de dubia et suspecta haemorrhoidum laude. Hal. 1733. — Ludolff diss. de utilitate fluxus haemorrhoidalis, praesertim adsueti positivam curam prohibente. Erf. 1720. Ej. diss. de fine haemorrhoidum, principio variorum malorum. Erf. 1725. — Richter pr. censura nimiae laudis haemorrhoidum. Gott. 1744. Opusc. Vol. III. — Rosen diss. de laude haemorrhoidum restringenda Lund. 1772. — de Overkamp diss. fallax haemorrhoidum utilitas. Heidelb. 1781.

152) Hippocrates de humoribus, ed. Kühn T. I. p. 134

constitutione oriundis. Sin autem molimina aliusve morbus [153]) praecesserint, eadem haud raro criticas exserunt vires; morbique ex constitutione haemorrhoidali oriundi in fluxu haemorrhoidali non raro salutem [154]) et crisin habent; id quod re vera observatum est de insania [155]), apoplexia [156]), sopore [157]), ophthalmia [158]), dyspnoe-

(„Qui sanguinem per ora venarum, quae in ano sunt, perfundere solent, ii neque lateris dolore, neque pulmonis inflammatione, neque ulcere exedente, phagedaenam vocant, neque furunculis corripiuntur, neque tuberculis, quae a ciceris similitudine therminthi dicuntur, ac forte ne lepra quidem, fortassis vero neque vitiliginibus. Intempestive tamen curati multi, non ita multo post hujusmodi morbis correpti sunt, neque ita perniciose habuerunt"). Eadem verba in Epid. lib. VI. sect. III. l. c. T. III. p. 600. redeunt. — FABRICIUS HILDANUS obs. et curat. med. chir. cent. VI. obs. 28. — STAHL et MICHAËLIS diss. de senum affectibus. Hal. 1710. §. 38. p. 28. — FORESTUS obs. et cur. lib. 23. obs. 3. — ALBERTI diss. de haemorrhoidibus longaevitatis caussa §. 4.

153) MONTÈGRE l. c. p. 454.

154) LUDWIG l. c. p. 412.

155) HIPPOCRATES aphor. sect. 6. aphor. 21. ed. KÜHN T. III. p. 752. De judicat. l. c. p. 146. — F. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. c. 8. thes. pathol. §. 33. p. 205.— LUDWIG l. c. p. 405. — CARLIN *med. und moral. Einleitung in die Naturordn. od. med. Bedenken*, 3. *Samml. no.* 3. p. 365. — BANG collect. med. Havn. Vol. I. obs. 6 p. 46. eumdem casum refert METZGER advers. med. P. 2. spec. 2. cap. 1. §. 2. p. 207. not. n).

156) HIPPOCRATES coac. l. c. T. I. p. 313.

157) F. HOFFMANN l. c. T. IV. P. 2. Sect. 1. c. 4. obs. 6. p. 105.

158) STORCH praxis casualis med. T. I. p. 214.

pnoea[159]), aphonia[160]), singultu[161]), hypochondria[162]), nephralgia[163]), ictero[164]), vomitu bilioso[165]), blennorrhoea urethrae[166]) et leucorrhoea[167]), hydrope[168]), gutta rosacea[169]), herpete[170]), arthritide[171]), quid quod qui pro phthisicis[172]) habiti sunt, subinde sub fluxu haemorrhoidum restituti sunt. — Prodromi et molimina hac crisi peracta silere solent. Eadem vero haec sola tangere nec morbum haemorrhoidarium integrum solvere solet; contra temporis quodam spa-

159) Storch l. c. T. II. d. 4. p. 353.

160) Heimann *über verlarvte Hämorrhoidalkrankheiten; Russ. Samml. f. Naturwissensch. u. Heilk. herausg. von* Crichton, Rehmann *und* Burdach. 2. *Bd.* p. 359.

161) Heimann l. c. p. 364.

162) Alberti supra citata diss. de haemorrhoidibus, medicina hypochondriacorum.

163) Hippocrates aphor. sect. 6. no. 11. l. c. p. 751.

164) Wedel apud Trnka Vol. I. p. 230.

165) Bamberger in Horn *Archiv* 1835. *Bd.* 1. 469.

166) Heimann l. c. p. 354. 355.

167) Heimann l. c. p. 356.

168) Chomel et Morand diss. ergo tumidis haemorrhoidibus hirud. §. 5.

169) Frommann apud Trnka l. c. p. 231.

170) Lorry *von der Melancholie* 2. *Th.* 3. *Kap.* p. 371.

171) Stunzer l. c. p. 56. — F. Hoffmann de salubritate flux. haemorrh. §. 11. opera suppl. 2. P. 2. p. 114. — Trumphius, comm. Nor. T. IX. a. 1739. hebd. 40. no. 2. p. 315. — Stahl et Müller diss. de rheumatismo. Hal. 1707. §. 73. p. 39. — Mouffetus theatrum insect. lib. II. c. 41.

172) Hippocrates coac. no. 437. l. c. p. 307. — Rhodius observ. med. cent. II. obs. 9. — Stunzer l. c. p. 56.

spatio paeterlapso molimina eorumque crisis redeunt, et morbus ipse quam diutissime[173]) protrahitur, unde constitutio non in melius mutatur, sed indies in pejus ruit, perinde intestini recti anique affectiones increscere solent. Itaque molimina in morbum graviorem[174]) abire, mortemque inferre possunt, eadem subinde protrahuntur[175]), nec crisi solvuntur; mariscae increscunt et commutantur forte in sic dictas cristatas; varices numero augentur, intestini cavitatem implent, protruduntur ex ano et a sphinctere incarcerantur, et saccorum amplorum ambitum acquirunt, coitum in foeminis dolorificum[176]) reddunt, abortum[177]),

173) Goetzii sartor a prima pueritia ad provectam usque aetatem haemorrhoides perpessus est. *Obs. de méd. prat. no.* 11. p. 56. Contra casus quidam narrantur haemorrhoidum semel tantum fluentium, hi vero dubium admittunt, num re vera haemorrhoidibus, annon simplici ani haemorrhagiae tribuendi sint.

174) Ernesti in *Bresl. Samml. a.* 1724. *Febr.* p. 157. *Mart.* p. 271. *April.* p. 394. *Nov.* p. 486. — Clacius ibid. Jul. p. 99. — Schlierbach in act. nat. cur. Vol. VI. obs. 60. p. 222. — F. Hoffmann med. rat. syst. l. c. obs. 5. Idem consult. et responsa med. cent. 2. cas. 14. 27. — Storch obs. clin. a. 5. Jul. d. 4. p. 174.

175) Alberti diss. de fluxus haemorrhoidalis provocatione thes. 21. p. 13. — Ej. diss. de haemorrhoidibus juniorum §. 7. p. 25.

176) Alixius observata chir. Fasc. I. obs. 21. — Cockburn, *med. essays and obs. by a soc. in Edinb. Vol.* 2. p. 339, *Med. Versuche und Bemerkungen von Edinb.* 2. *Bd. no.* 27. p. 417.

tum [177]), impotentiam motus [178]) caussant, rupturam patiuntur [179]), prolapsum ani [180]), abscessum [181]) et fistulam ani [182]), gangraenam [183]) effi-

177) Alberti diss. de haemorrhoidibus gravidarum et puerperarum. §. 6. p. 23.

178) Gohlius, acta Berol. dec. II. Vol. 1. Sect. 2. p. 76. — Heister *Wahrnehmungen.* 1. *Bd. no.* 208.

179) Baglivi de fibra motrice L. I. c. 6. p. m. 304 (extravasatum lethale circa musculos lumbares) — F. Hoffmann med. rat. syst. T. III. Sect. 1. c. 7. §. 33. opera T. I. p. m. p. 327 (haemorrhagia ani lethalis).

180) Hippocrates praedict. lib. II. ed. Kühn T. I. p. 218. — Bierling adversaria curiosa cent. 1. obs. 21. p. 41. — Ledran *chir. Gutachten* p. 188. — Fürstenau, act. nat. cur. Vol. VI. obs. 4. p. 22. — Gerbezius, eph. nat. cur. cent. VIII. obs. 4. p. 256. — Goulard *traité sur les effets des préparat. de plomb T. 1. ch.* 10. p. 227. — Ovelgun, act. nat. cur. Vol. VII. obs. 29. p. 77. — Riverius obs. collect. no. 27. — Cnoffelius, eph. nat. cur. dec. I. a. 6. app. p. 1.

181) Baumer in act. Hassiae Vol. I. no. 28. §. 21. p. 187. — Leuthner *prakt. Heilungsversuche der Milzdünste* 1. *Th.* 2. *Abschn. no.* 4. §. 39. p. 78. — Fürstenau in act. nat. cur. Vol. VI. obs. 4. p. 20. — Kaltschmied et Herrmann diss. sist. casum de haemorrhoidibus coecis in ulcus vesicae urinariae mutatis. Jen. 1757.

182) Bierling thes. theor. pr. obs. 23. — Hühnerwolf, eph. nat. cur. dec. III. a. 1. obs. 119. — Riedlinus curar. medicar. millenar. obs. 24. — Chesneau obs. med. lib. III. c. 11. obs. 1. p. m. 345. — Cummenus, eph. nat. cur. dec. I. a. 3. obs. 181. p. 343. — Fackhius, ibid. cent 5. obs. 79. — Gohlius, act. Berol. dec. I. Vol. 4. sect. 6 p. 102. — Heister *Wahrnehm.* 2. *Bd. no.* 422. — Hildanus obs. et curat. med. chir. cent. 2. obs. 75. — Hoffmann, cons. et respons. med. cent. 2. cas. 23. — Joerdens,

ficiunt, et in degenerationes[184]) abeunt. — Haemorrhagia vero, quam aetas junior[185]) et gravidae[186]), hectici, hydropici[187]), laboriosi[188]) minus

acta nat. cur. Vol. 7. obs. 106. p. 375. — KALTSHCMIED diss. cit. — LENTILIUS, eph. nat. cur. dec. III. a. 5. app. p. 126. — STORCHIUS prax. casualis med. T. I. cl. 4. p. 177. — RONCALLIUS hist. morb. 46. p. 214. — LUZARCHE, *journ. de méd. T. I.* p. 374.

183) BRAMBILLA *Abh. von der Phlegmone* 2. *Bd.* 6. *Kap.* 2. 3. 4. *Beob.* p. 144. 158. 171. — ZACUTUS prax. med. admirab. lib. 3. obs. 137. — BLEGNY zodiacus med. Gall. a. 1. Febr. obs. 5. p. 47. — HENNING, *Bresl. Samml.* 1722. *Nov.* p. 581. — TURNER *Abhandl. von den Krankheiten der Haut* 2. *Th.* 7. *Kap.* p. 539.

184) DELIUS, *fränk. Samml.* 6. *Bd.* 32. *St. no.* 2. p. 114. — DIETRICHS diss. de haemorrhoidibus cristatis. Altdorf. 1764.

185) F. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 1. Sect. 1. cap. 1. epicr. ad obs. 13. opera T. II. p. 23. — ALBERTI in act. nat. cur. Vol. I. obs. 217. p. 480. — WAHRENDORF in *Bresl. Samml.* 1726. *Jul.* p. 137. — FISCHER apud BÜCHNERUM misc. phys. med. a. 1728. Mart. cl. 2. art. 4. p. 910. — MÜLLER, eph. nat. cur. cent. VIII. obs. 36. p. 397. — Ex altera vero parte teneriorem aetatem subinde bene ferre haemorrhoides BERDOT (act. Helvet. Vol. V. p. 192) exemplo probavit.

186) HIPPOCRATES coac. no. 529. ed. KÜHN T. I. p. 324. — ALBERTI de haemorrhoidibus gravidarum et puerperarum diss. cit. — Sed innocuum esse fluxum placidum, moderatum nec diuturnum idem ALBERTI (l. c. §. 6. p. 21) docuit.

187) CARLIUS in commerc. Norimb. T. V. a. 1735. hebd. 15. p. 115. — FÜRSTENAU in nov. act. nat. cur. T. I. obs. 29. no. 3. p. 115.

188) JUNCKER diss. cur fluxus haemorrhoidalis in laboriosis plerumque sit lethalis. Hal 1749.

nus bene ferunt, vel copia augeri, vel frequentius[189]) redire, vel diutius protrahi potest, ita ut anaemia, cachexia[190]), hydrops[191]), hectica[192]), languor[193]) pallidus ad syncopen usque, et spasmi[194]) ac convulsiones[195]) eam sequuta sint (*Haemorrhoides nimiae, profusae, excedentes, enormes*[196])). Sed gravius laedi[197]) solent ii, quorum

189) Gullmann in act. nat. cur. Vol. II. obs. 78. p. 181 (aeger intra septennium 100½ mensuras sanguinis amisit).

190) Aëtius serm. 14. cap. 5.

191) Galenus de facult. natural. lib. 2. cap. 8. ed. Kühn T. II. p. 109. — Pomme *Abhandl. von den hysterischen und hypochondrischen Nervenkrankheiten* p. 219. — F. Hoffmann l. c. cap. 4. obs. 1.— Weber obs. med. Fasc. 2. obs. 13. p. 58. — Alberti diss. de haemorrhoidibus exced. §. 13. — Robin in *journ. de méd. T.* 32. p. 44.

192) Velschius consil. med. cent. IV. cons. 63. p. 452. — Theden *neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der W. A.* 1. *Th.* 4. *Abschn.* p. 61.

193) *Bresl. Samml.* 1724. *Jan.* p. 37. — Ferdinand hist. med. 16. p. 40. — Lanzonii consultat. med. 97. Opera T. II. p. 203. — Lossius obs. med. lib. 3. obs. 25. — Boerhaave consultatt. med. Vol. II. cas. 4. p. 18.

194) Tissot *Abhandl. von den Nerven und ihren Krankheiten* 2. *Bd.* 8. *Kap.* 7. *Art.* §. 51. p. 129.

195) Kölichen in act. med. Havniens. Vol. I. obs. 81. p. 165.

196) Cf. diss. supra cit. Bell a Belford, de Berger, Friderich, F. Hoffmann, Wedel autoribus.

197) Celsus de med. lib. 6. c. 18 („in quibusdam parum tuto supprimitur, qui sanguinis profluvio imbecilliores non fiunt, habent enim purgationem hanc, non morbum"). — Hannemann, acta med. Havn. Vol. III. obs. 18. p. 30. („si non fluerent [haemorrhoides in pastore] stato tem-

rum haemorrhoides vel retinentur vel supprimuntur, id quod nonnunquam sponte[198]) citra manifestam caussam senibus[199]) iisque accidit, qui constitutione sunt sensibili, et vel ad alios morbos, imprimis vesicae urinariae, renum, hepatis, ventriculi, cordis, pulmonumque dispositi vel iisdem jam correpti sunt. Praeterea animi commotiones, ira et terror, metus et moeror, caloris frigorisve[200]) nimius gradus, balnea justo calidiora vel frigida, perfrictio corporis, imprimis pedum anive ipsius, cibi acriores, et excitantes, vel farinosi, excretiones nimiae[201]), labores nimii, febris gravior[202]), vomitus[203]), haemorrhagia vel sponte vel arte[204]) facta in superiore corporis parte,

Aaa 2 ad-

pore, ea symptomata pati solebat, quae patiuntur mulieres in mensium suppressione").

198) STUNZER l. c. p. 103. — TRNKA l. c. Vol. 1. p. 252.

199) AMATUS curat. med. cent. 5. cur. 3. — LUDWIG l. c. p. 407. — BIERLING thes. obs. de cur. med. obs. 54. p. 712.

200) STAHL coll. casual. magn. cas. 14. p. 181.

201) RIEDLINUS cur. med. millen. obs. 465 (sudores). LOSSIUS obs. med. lib. III. obs. 25 (ptyalismus).

202) ROLLE in BÜCHNERI misc. phys. med. a. 1730. Aug. d. 2. art. 3. p. 1247. — VOGEL ibid. Maj. d. 4. art. 6. p. 1081 (febris quaedam critica molimina haemorrhoidalia discussisse videtur, TRNKA l. c. p. 256).

203) DETHARDING in act. nat. cur. Vol. I. obs. 11. p. 48. — STEGMANN in eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 102. p. 217.

204) STORCHIUS obs. clin. a. I. Mart. d. 1. no. 8. p. 37. a. II. Oct. d. 4. no. 9. p. 467. — ETTMÜLLER colleg. consult. cas. 13. opera T. II. P. 2. p. 164.

adstringentium et roborantium vel internus[205]) vel externus[206]) ad anum usus, vulnera ani[207]) et sequentes cicatrices similes vires exserunt. Quamquam subinde impune[208]) haemorrhoides vel retinentur vel adeo supprimuntur, plerique tamen laeduntur, dummodo molimina haemorrhoidum protrahuntur et ingravescunt, ipsaeque febres intermittentes[209]), biliosae, malignae, hecticae[210]) excitantur, congestiones et varices ani[211]) et aliarum partium[212]), profluvia cruenta ex aliis par-

205) Albrecht in comm. Nor. T. X. a. 1740. hebd. 38. p. 301 (vinum valde frigidum). — F. Hoffmann l. c. obs. 4 (vini Gallici *Pontak* potus).

206) Alberti de colica haemorrh. §. 7. — Storchius obs. clin. a. 8. Dec. d. 4. p. 668 (adstringens suffitus).

207) Storch obs. clin. a. 6. Jun. d. 4. p. 610 (postquam fistula ani ferro et sectione curata fuit haemorrhoides non amplius reversae sunt).

208) Montégre l. c. p. 534.

209) Alexander Trallianus lib. XII. c. 2. ed. Halleri T. VII. p. 136. — Ludolff et Breithaupt l. c. §. 39. p. 23. — Stahl de haemorrh. interno motu cap. 1. p. 5. — Webel l. citando. — Hufeland *Journ.* 14. *Bd.* 1. *St.* p. 190.

210) Stahl collect. casual. magn. Cas. 14. p. 181. — Gohlius in act. Berol. Vol. 1. Sect. II. p. 61. — Ludolff l. c. — Wolf in act. nat. cur. Vol. IX. obs. 16. p. 48. — Kaltschmied et Vogler diss. cit.

211) F. Hoffmann consult. et respons. med. cent. II. cas. 24. — Theden *neue Bemerk. und Erfahr. zur Bereicher. d. W. A.* 1. *Th.* 4. *Abschn.* p. 61. — Dietrichs diss. cit. de haemorrh. crist. p. 6. — Delius *fränk. Samml.* 6. *Bd.* 32. *St. no.* 2. p. 114.

212) Richter obs. chir. Fasc. III. cap. 4. p. 60 (in mamma).

partibus, earumque inflammationes et vitia organica suboriuntur (*haemorrhoides retentae, suppressae*[213]); *haemorrhoides aberrantes, haemorrhoidum insolitae viae).* Inde nascuntur *haemorrhagiae vicariae* e naribus[214]), palato[215]) et cavitate oris[216]), auribus[217]), pulmonibus[218]), ventriculo[219]),

— F. HOFFMANN diss. de salubritate flux. haem. p. 16 (in cruribus). — BOENNEKEN in act. nat. cur. Vol. VIII. obs. 41. p. 138 (in cavitate oris).

213) Cf. diss. cit. quas ediderunt GÖLICKE et JANSSON, LUDOLFF, ALBERTI, GUMPRECHT, BRENDEL et WOLFF.

214) ALBERTI de insol. haemorrh. viis §. 16. Id. de excresc. nasi §. 4. p. 17. — SCHURIG parthenologia Sect. II. c. 4. p. 124. — SCHWERDTNER in Comm. Nor. T. V. 1735. p. 274.

215) FISCHER et ZETTERMANN diss. haemorrhoides ex palato profluentes. Erf. 1722. — HELLWICH, eph. nat. cur. dec. III. a. 9. obs. 118. p. 208. — BOENNEKEN, acta nat. cur. Vol. VIII. obs. 41. p. 138. — BÜNDELL, 15. *Beobacht.* p. 70. — *Bresl. Samml.* 1723. p. 92.

216) HELLWICHIUS in hist. morb. Vratisl. p. 239. — BOOTIUS obs. med. de affectibus omissis c. 7. — VOGEL diss. de rarioribus quibusdam morbis. Gott. 1762. p. 23. — BALDINGER et SCHERFF de haemorrhagiarum therapia. Jen. 1772. p. 15. — JOST de haemorrhoidibus sic dictis oris. Lips. 1812.

217) LEDELIUS in eph. nat. cur. dec. III. a. 5. obs. 265. p. 616.

218) ORTHEUS apud SCHENKIUM obs. med. lib. III. de haemorrhoidibus, obs. 5. (Lugd. 1644. p. 342). — AMATUS curat. med. cent. II. cur. 13. — STORCH obs. clin. a. 8. Dec. d. 4. p. 668. — BÄUERLIN in Comm. Nor. T. XIII. a. 1739. hebd. 52. no. 2. p. 413. — WOLFSTRIEGEL, eph. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 43. p. 123. (Eamdem ob-

lo [219]), renibus et vesica [220]), urethra [221]), vagina et

servationem BLANCARDUS in praxi med. cap. 4. Oper. T. II. p. 83. inter suas retulit). — ALBRECHT, nova acta nat. cur. Vol. I. obs. 1. p. 1. — GOHLIUS in act. Berol. Dec. Vol. 10. Sect. 3. p. 50. — HERLIN haemorrhoides in pectore s. de praeternaturali ac lethali fluxus haemorrhoidalis suppressi ad pectus translatione, obs. anat. pathol. Altenb. 1716. — MARESCHEAU, SEDILLOT *Journ. de méd.* *T.* 41. p. 3. — BERCHELMANN *Fragmente zur Arzneik.* 3 *Päckchen no.* 8. p. 74. — STUNZER l. c. p. 75. 100. — SCHMUCKER *verm. chir. Schr.* 1. *Th.* p. 105. — Cf. P. II. Vol. II. Sect. 1. c. IX. §. XXXIX. 2. p. 430. Nota. 47.

219) STEGMANN in eph. nat. cur. dec. III. a. 4. obs. 102. p. 217. — ALBERTI diss. de fluxus haemorrhoid. provocat. thes. 17. p. 10 (in utroque casu emeticum male datum fuerat). — BOERHAAVE consultatt. med. Gott. 1752. p. 81. — GOETZIUS acta med. Vol. II. obs. 190. — F. HOFFMANN diss. de salubritate fluxus haemorrh. §. 10. Op. suppl. 2. P. 2. p. 114. — *Bresl. Samml.* 1726. *Jun.* p. 667. — BRENDEL et BEL diss. de cholera humida §. 5. p. 13.

220) ARETAEUS de sign. diut. m. lib. II. c. 3. ed. KÜHN p. 139. — BARBENII diss. de haemorrhoidibus vesicae. Tirnav. 1777. — DETHARDING de haemorrhoid. vesicae mucosis. Rost. 1754. HALLERI disp. ad morb. hist. T. VII. no. 260. p. 775.— PISTOR diss. de haemorrh. vesicae urinariae. Tub. 1729. — REICH diss. de haemorrh. vesicae urinariae rubris et mucosis. Giess. 1770. — WELPER diss. de haemorrhoidibus vesicae etc. Jen. 1783. — HELLWICH in eph. nat. cur. dec. III. a. 9. 10. p. 217. — GRASS, acta nat. cur. Vol. II. obs. 64. p. 157. — JOERDENS, ibid. Vol. V. obs. 107. p. 380. — *Journ. de méd. T. I.* p. 168. — HOLLERIUS de morbis internis. Schol. ad cap. 55. p. 573. — ISENFLAMM, nova act nat. cur. T. V. obs. 48. p. 171. — PEREBOOM ibid. p. 25. — SCHMUCKER *verm. chir. Schr.* 1. *Bd.* p. 112. — SCHURIG parthenologia. Sect.

et utero[222]) et umbilico[223]), cephalalgia[224]), neuralgia facialis[225]), vertigo[226]), phrenitis[227]), insania[228]), apoplexia[229]), paralysis[230]), epi- le-

II. c. 4. §. 5. p. 124. — STORCH obs. clin. a. 7. Mart. Cl. 4. p. 412. — JUNCKER diss. de haemorrhoidibus vesicae. Hal. 1747.

221) Perperam stymatosis dicta. DE WENKH in eph. nat. cur. dec. III. a. 9. 10. p. 258. — GENSELIUS in eph. nat. cur. cent. III. obs. 51. p. 113. — RAIMANN in act. nat. cur. Vol. VI. obs. 3. p. 17. — SEGNER et GUMBRECHT diss. de morbis ex interceptis haemorrhoidibus. Gott. 1741. §. 43. p. 30. — SEEDORF diss. de stymatosi. Gott. 1765. p. 15.

222) ALBERTI diss. cit. de haemorrhoidum et mensium consensu. — SOLENANDER consil. lib. V. p. 492. — BONZ, N. act. nat. cur. Vol. IV. obs. 10. p. 45. — REIL *Fieberlehre* 3. *Bd.* p. 230.

223) KLEIN in act. nat. cur. Vol. X. obs. 71. p. 246.

224) ARETAEUS l. c. p. 139. — ALBERTI diss. cit. de haemorrhoidum consensu cum capite et pectore. — VICAT delect. observ. pract. app. obs. 28. p. 284 (hemicrania).

225) DEGNER et BAULBACH diss. de clavo haemorrhoidali. Helmst. 1734. §. 11. p. 15. acta nat. cur. Vol. I. obs. 161. p. 347.

226) PROSPER ALPINUS de med. meth. lib. II. p. 371. — F. HOFFMANN med. rat. syst. T. IV. P. 4. c. 3. obs. 2. 5. 8. — TISSOT *Abhandl. von den Nerven und ihren Krankheiten* 4. *Bd.* p. 180. — HEISTER *Wahrnehm.* no. 578.

227) HORSTII obs. med. lib. II. obs. 26. p. 93.

228) HIPPOCRATES epid. lib. IV. ed. KÜHN T. III. p. 544. — GALENUS in epid. lib. VI. comment. 5. no. 25. ed. KÜHN T. XVII. P. II. p. 286. — ZACUTUS med. princip. hist. lib. I. obs. 6. p. m. 22 (prax. med. admir. lib. II. obs. 74.) 27. p. m. 219. Obs. 40. p. m. 330 (pr. med. admirab. lib. III. obs. 59). — F. HOFFMANN med. rat. syst. T. III. sect. 1. cap. 9. §. 18. — LUDOLFF et BREITHAUPT l. c. §. 40. p. 23.

lepsia[231]), pneumonia sequente phrenitide[232]), asthma[233]), symptomata, vitium cordis organicum simulantia[234]), cardialgia[235]), colica[236]), obstructio

— Storch obs. clin. a. 7. Mart. d. 4. p. 410. — Rödder *Abhandlung über* F. Hoffmann *von der gewissen Vorhersagung des Todes in Krankheiten* §. 15. *Anm.* p. m. 70 (haemorrhoides coecae suppressae).

229) Xiphilinus epit. histor. p. 350 (e D. Cassio refert, Trajano imperatori id accidisse). — Lancisi de subit. mort. lib. II. obs. 2. p. m. 192. — Boeticher in act. nat. cur. Vol. VI. obs. 40. p. 162. — de Haën praelect. in H. Boerhaavii instit. pathol. ad §. 708. T. I. p. 103. — Schmid diss. sist. virum apoplexia exstinctum ab haemorrhoidum inconsulta suppressione. Altdorf. 1723. — Ludolff diss. cit. p. 44. — F. Hoffmann l. c. T. IV. P. II. Sect. 1. c. 4. obs. VI. p. 105. — de Oberkamp diss. cit. p. 9.

230) Hippocrates coac. ed. Kühn T. I. p. 288. — Hildanus de valetud. tuenda. Opera p. m. 645. — Gohlius in act. Berol. dec. II. Vol. 1. Sect. 1. p. 29. — Webel diss. de eo, quod haemorrhagiis proprium est et commune. Erf. 1758. p. 25.

231) Hippocrates l. c. p. 287.

232) Bang in collect. soc. med. Havn. Vol. I. p. 45.

233) Plenciz acta et observ. med. cap. IV. p. 99. — Weisz l. c. p. 19. — Gensel in *Bresl. Samml. J.* 1719. *Jun.* p. 674. — Stahl colleg. cas. magn. cas. 10. p. 125. — Storch obs. clin. a. V. Jan. d. 4. §. 3. p. 25. Idem *von den Krankheiten der Weiber* 8. *Bd.* Cas. 48. p. 199. Obs. clin. a. VIII. Jul. d. 4. p. 545. — Hermann primit. phys. med. Polon. Vol. III. p. 55. — *Bresl. Samml.* 1723. *Mart.* p. 260. — Herlin de praeternaturali ac lethali fluxus haemorrhoidalis suppressi ad pectus translatione. Altenb. 1716.

234) Hufeland, ipsius *Journ.* 54. *Bd.* 1. *St.* p. 18. 19. Poters Ibid. 3. *St.* p. 3.

ctio alvina[237]), dysuria et ischuria[238]), ischias[239]), podagra[240]), arthritis[241]), prurigo[242]), her-

235) ERNDTEL Warsav. phys. illustr. p. 16. — MOLLER in *Bresl. Samml.* 1721. *Oct.* p. 418.

236) ALBERTI diss. de colica haemorrhoidali §. 7. Tract. P. 2. p. 192. — *Bresl. Samml.* 1726. *Jun.* p. 30. — ALBRECHT, comm. Nor. T. V. 1735. hebd. 30. p. 235. — F. HOFFMANN consult. et resp. med. cent. 2. cas. 14. 15.

237) Caussam obstructionis F. HOFFMANN (l. c. T. III. Sect. 1. cap. 9. §. 18) et SCHMID (diss. cit. sist. virum apoplexia exstinctum) in constricto intestino recto sectione facta invenerunt. — *Bresl. Samml.* 1722. *Nov.* p. 495. — ALBRECHT, comm. Nor. T. V. 1735. hebd. 30. p. 235. T. X. a. 1740. hebd. 38. p. 301. — REISEL in eph. nat. cur. dec. II. a. 2. obs. 117. p. 276 („in intestino recto ab ano usque glandulae multae medium distantes digitum circa circum adnatae fuerunt"). — BAGLIVI de fibra motrice spec. lib. I. c. 1. p. m. 358.

238) SEBIZ et SCHILLING diss. de urinae suppressione. Argent. 1651. thes. 67. — VATER et BERGER diss. de haemorrhoidum fluxu salutari et morboso. Witemb. 1717. thes. 6. p. 9.

239) STORCH praxis casual. med. T. I. p. 453.

240) FRITSCHIUS (ipse), comm. Nor. T. III. 1733. hebd. 40. p. 314. — FORESTUS obs. et curat. med. lib. 29. obs. 4. — F. HOFFMANN l. c. — LUDOLFF diss. cit. §. 43. p. 25. — BOERHAAVE consultatt. med. Vol. II. cas. 24. p. 99.

241) ALIX obs. chir. fasc. 3. app. obs. 5. p. 125. — ALBERTI diss. de fluxus haem. provocat. thes. 15. p. 9. — GENSEL in *Bresl. Samml.* 1719. *Jun.* p. 674. — MORAVIUS apud CRATONEM A CRAFFTHEIM cons. et epist. ep. 236. — STUNZER l. c. p. 61. — DILLENIUS in eph. nat. cur. cent. VII. obs. 53. p. 100. — LOSSIUS obs. med. lib. obs. 21. — F. HOFFMANN consultatt. cent. I. cas. 5 med. rat. syst. T. IV. P. II. S. 2. c. 8. cas. 1. 8.

herpes[243]), vari, furunculi[244]), abscessus et ulcera[245]), phthisis[246]), hepatitis[247]), angina[248]), cystitis[249]), steatoma[250]), tubera hepatis circumscripta[251]), excrescentia nasi[252]), scirrhus[253]), hydrops[254]). Insimul haud raro venae subcutane-

242) GABELCHOVER curat. et obs. med. cent. 3. cur. 22. p. 35.

243) LEDRAN *chir. Gutachten u. s. w.* p. 244. — RIEDLIN curar. med. millenar. obs. 465.

244) VICAT delect. observ. pract. app. obs. 28. p. 284.

245) VATER diss. cit. thes. 16. p. 15. — SOMMER in eph. nat. cur. dec. II. a. 1. obs. 42. p. 117. — SCHMID diss cit. §. 10. p. 12. — BURGHART satyr. siles. med. spec. 3 obs. 7. p. 50. — GOHLIUS, act. nat. cur. Vol. III. obs. 10. p. 49.

246) STORCH prax. casual. med. T. I. d. 4. p. 164. 263. — VAN LIL, *Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Ä. 7. Bd.* p. 440.

247) STORCH obs. clin. a. V. Febr. d. 4. p. 56. — ERNESTI in *Bresl. Samml. J.* 1724. *Jul.* p. 41.

248) MERCATUS de morb. intern. lib. 3. c. 7.

249) HOFFER in act. Helvet. Vol. II. p. 50.

250) BOERHAAVE opusc. hist. II. p. m. 113.

251) BÖNNEKEN, *fränk. Samml.* 3. *Bd.* 15. *St. no.* 3. p. 212.

252) ALBERTI de excrescentia nasi diss. cit. §. 2. p. 9. — Idem de haemorrh. insolitis viis §. 8. p. 17. — CARL in act. nat. cur. Vol. IV. obs. 84. p. 321 (quovis aequinoctio nasi apex insigni cum rubore intumescebat, et leviter compressus aliquot guttarum floridi sanguinis fundebat).

253) RONCALLI hist. morb. 7. p. 36 (in lingua et sub maxilla). — *Bresl. Samml.* 1718. *Mart.* p. 837 (in hepate). — Select. med. Francof. T. I. Vol. 2. art. 3. obs. 1. p. 100 (scirrhus hepatis). — COHAUSEN in comm. Nor. T. 43. a. 1743. hebd. 16. p. 125. et hebd. 17. p. 134.

254) HIPPOCRATES aphor. Sect. VI. aph. 12. ed. KÜHN T.

neae, praecipue dorsi manus et extremorum inferiorum turgent et dilatantur. — Quodsi rebus sic se habentibus haemorrhoides vel redierint, vel provocatae fuerint, vel varix incisa[255]) fuerit, illi morbi haud raro sanantur; id quod Galenus[256]), Valleriola[257]), Storch[258]), Consbruch[259]), Stoll[260]), Rau[261]) aliique observarunt. Similes vero affectiones ex caussa haemorrhoidum interna ortum ducere possunt, dummodo haemorrhoides quidem adsint, sed non satis derivent, id quod accidere solet iis, qui longum per tempus haemorrhoidibus obnoxii fuerint. Hi morbi nonnumquam subito et vehementer invadunt, mortemque inferre possunt, plerumque vero clandestino modo oriuntur et postquam ad altiorem gradum evecti sunt, demum cognoscuntur. — Accedunt varia vitia intestini recti ipsius, quae continuam, vel saepe repetitam ejus irritationem sequuntur. — Quodsi haemorrhoidarius haec mala evadit, tamen ejus constitutio indies gravius lae-

III. p. 751. — Stahl coll. cas. magn. cas. 14. p. 184. — Lossius l. c. obs. 26. — Rolle in Büchneri misc. phys. med. a. 1730. Aug. p. 1247. — Storch *Weiberkrankh.* 8. *Bd.* cas. 12. p. 63. — Coschwitz et Ehrlich diss. de damnis ex empiria med. oriundis. Hal. 1728. p. 44.

255) Bang l. c.

256) Comm. V. in epid. Hippocr. l. c. p. 286 (melancholia).

257) Obs. med. lib. VII. p. 163.

258) Obs. clin. a. IV. p. 253. a. V. p. 314.

259) Nova acta nat. cur. T. VIII. obs. 5. p. 14.

260) De rat. cur. part. affect. lib. X. c. 14.

261) L. c. p. 313.

laeditur, ita ut tandem vel hydrops, vel icterus, vel virium collapsus sequatur, vitaeque finem imponat. — Sed tenendum est, rarius rem eo pervenire, plerique enim haemorrhoides earumque caussam internam quam diutissime[262]) perferunt, nec mala graviora inde nata patiuntur. Praeterea sunt, qui uno[263]) tantum paroxysmo afficiantur, alii per temporis spatium haemorrhoides habent, deinceps silentes[264]). Quae quum ita sint, morbus haemorrhoidarius nunc pro leviore nunc pro graviore morbo habendus est pro copia, vehementia et indole symptomatum, pro aegri constitutione, vivendi ratione et pro parte praeter anum affecta. Ars vero medica haudquaquam morbum ipsum superare et supprimere, sed ejus modo incrementum coërcere, decursum regere, fluxum interceptum revocare et symptomata mitigare valet. Sed „provocatio haemorrhoidum ambigui semper est eventus et periculosa" [265]).

Cura. 8. Cura vel morbum ipsum vel singula ejus symptomata respicit. Sed morbus quum supprimi non possit, nonnisi coërcendus est ita, ut limites non excedat nec nimis ingravescat. Quod maxime di-

262) Senem octogenarium curavi, qui ex aetate virili haemorrhoidibus affectus est, easque ad seram senectutem usque retinuit.

263) Hic minus a diathesi, quam a caussa transitoria, v. c. a graviditate, ab alio morbo, quem critico morbo solvit, a vitio diaetetico, purgante, vel arte derivari solet.

264) Stunzer l. c. p. 103. — Trnka l. c. p. 252.

265) Trnka l. c. Vol. I. p. 359.

diaeteticis remediis perfici potest. Etenim caussae, quantum fieri potest, prohibendae sunt; quare, qui haemorrhoides vel timet vel habet, sese abstineat a nimia ciborum copia, a spirituosorum potu, ipsaque cerevisia, cujus locum aqua pura teneat; praeterea diu sub dio commoretur, corporisque vires exerceat, evitet vitam sedentariam animique commotiones deprimentes; fugiat libidinis intemperantiam; coitu modice fruatur; curet, ut alvus bene respondeat, cutisque functiones rite procedant. Quaecunque tandem intestinum rectum anumque excitare possint, prohibenda sunt. Nonnumquam venaesectione [266]) opus est, qua graviores congestiones ipsaque plethora coërceantur; freqnentius hirudines [267]) circa anum applicari aut cucurbitulae lumbis admoveri solent. — Caput rei vero in eo ponitur, ut secretiones abdominales adjuventur, et mitiora purgantia [268]) exhibeantur. Ideo extracta sic dicta resolventia, leontodi taraxaci, graminis, saponoriae, cardui benedicti, chelidonii majoris, roob sambuci et mel [269]),

266) A STAHLIO ejusque discipulis venaesectiones maximi aestumantur, ita ut ipse quovis anno bis venam sibi secandam curaret. — STOLL rat. med. T. V. p. 110.

267) Hirudines recentioribus temporibus non sine jure praeferuntur venaesectioni.

268) Faeces durae, quae retinentur, morbum evehunt, eae, quae redduntur, intestinum rectum, jam excitatum laedunt; contra haemorrhoidariis opus esse videtur, ut alvus nisi liquida, tamen pultacea, mollis et copiosior quam ab aliis solvatur.

mel[269]), pulpa tamarindorum, terra foliata tartari[270]), tartarus tartarisatus[271]), cremor tartari, sal mirabile GLAUBERI, sal amarum[272]), flores sulfuris[273]) summo cum fructu exhibentur. Contra folia sennae, rheum, aloë[274]) rarius et cautius exhibenda, drastica vero purgantia locum non habent, nisi torpor ad insignem gradum evectus sit. Imprimis conducit, vernali et aestivo tempore curam quamdam constanter et assidue instituere, etenim vernali tempore succi recens expressi taraxaci, graminis, bardanae, fumariae, nasturtii, millefolii, chaerefolii, lactucae sativae etc., nec non serum lactis dulce; aestivo vero tempore aquae soteriae, quae resolvunt et purgant, Carolinae, Mariabadenses, Kissingenses, Wisbadenses, Emsenses, Wildungenses, Selteranae, Fachingenses, Egeranae (salinae), vel sulfuratae Aquisgranenses, Bada-Helveticae, Meinbergenses; autumno denique cura, quae ab uvis nomen gerit, in usum vocari possunt. Sed accidere quoque potest, ut constitutio[275]) haemorrhoidarii debili-

269) STOLL rat. med. P. V. p. 195 (matutino tempore duo cochlearia).

270) RICHTER *chron. Krankheiten* §. 367.

271) HILDEBRANDT *blinde Hämorrhoiden* §. 114.

272) GOHL (acta med. Berol. dec. II. Vol. I. Sect. 2. p. 78) maxime sal Epsomense laudat.

273) Remedium usitatissimum, quo saepenumero abutuntur medici in plethora et excitatione vasorum praevalentibus.

274) BUSCH diss. de aloëticorum abusu in haemorrhoidibus. Marb. 1781.

275) Hae quidem haemorrhoides passivae a KREYSSIG (l. c.)

litata sit, excretiones vel nimiae vel modicae debilitatem augeant, et ratio medendi supra pertractata nocitura sit. Tunc vel excitantia, vel roborantia et adstringentia, summitates achilleae millefolii[276]), herba agrimoniae, hederae terrestris, radix angelicae, calami aromatici, gentianae rubrae, lignum quassiae, cortex angusturae, cascarillae et peruvianus[277]), glandes quercus tostae[278]), ipsaque martialia (imprimis aquae Pyrmontanae, Schwalbacenses) vel nutrientia pro re nata exhibenda sunt. Tandem erethismo quodam nervoso praevalente simul cum aliis remediis indicatis sedantia, imprimis hyoscyamus[279]) niger, acidum hydrocyanicum[280]), balnea tepida commen-

dictae, utrum primario modo oriri annon potius haemorrhoides ipsas diutinas sequi soleant, dubium relinquimus.

276) Stahl (collect. cas. magn. cas. 10), Wedel et Eckhardt (diss. cit. de haemorrh. p. 16.), Heister (*med. chir. Wahrnehm. no.* 440. 616) aliique magni habent millefolium in haemorrhoidibus curandis, adeoque ei aliquid specifici tribuunt. Trnka (l. c. p. 89) multus est in laudanda hac „herbula in haemorrhoidum therapia perquam celebri,“ eamque molimina dolorifica et coecas haemorrhoides dolentes sopire, fluxum immodicum et stymatosin compescere docet.

277) Cortex peruvianus, potissimum in haemorrhoidibus periodicis commendatur. *Journ. de méd. T. VI.* p. 208.

278) Stunzer l. c. p. 83. — Kaiser *Fortsetz. d. Unterrichts von dem Nutzen der Eicheln u. s. w.* 3. *Abth.* 5. *Krankengesch.* p. 54.

279) Rau l. c. p. 262.

280) Ibid. p. 263. — Günther (*med. chir. Zeitung* 1819. 1. *Bd.* p. 189) ex usu aquae laurocerasi per 14 dies

mendantur. — Cura particularis molimina, haemorrhagiam modicam, retentam, suppressam, nimiam, haemorrhoides mucosas, tumores haemorrhoidales, haemorrhoides aberrantes, morbosque concomitantes et sequentes tangit. Quodsi *molimina* haud urgent, sibi relinquenda sunt et crisis sub justa diaeta et quiete exspectanda est; sin autem eadem congestionibus gravioribus insignes sunt, quae vel intestinum rectum vel alias partes afficerent, hirudines circa anum admoti, venaesectio in pede instituta, pediluvia et aperientia, imprimis salia, cremor tartari, flores sulfuris in usum vocantur. Inflammationes intestini recti, partiumque vicinarum et tumorum haemorrhoidalium non secus ac aliae hujus loci inflammationes [281]) curantur, sed hirudines loco non inflammato admoveantur, laxantia, antiphlogistica pro usu interno exhibeantur; contra ubi suppuratio evitari non potest, cataplasmata emollientia imponuntur et postea abscessus, ulcera, fistula ipsaque gangraena modo apto curantur. — Spasmo autem congestionem concomitante castoreum, vel aqua laurocerasi, radix valerianae, belladonna, ipsum opium et similia aliis remediis adduntur, nec non injectiones, cataplasmata, unguenta anodyna balneaque tepida laudantur. Statu denique torpido praevalente, tonica, pure amara, martialia,

protracto, haemorrhoidalem fluxum adjuvatum vidit, et cruor ejectus acidum hydrocyanicum oluisse dicitur.

281) Cf., cap. III. §. XIX. 4.

lia, et ubi aperientibus opus est, rheum[282]), aloë aliaque propinanda sunt. — *Sanguinis profluvium*, quod moderatum est, sibi relinquitur et neque supprimi, nec augeri debet; quod ubi vel retinetur, vel suppressum est, caussis deletis, aegri vires, sanguinisque copia, morbique succedentes in censum vocandi sunt, ut inde pateat, utrum venaesectiones in pede, hirudinesque ad anum opus sint, et balnea localia, vapores aquosi, clysteres vel consueti vel viscerales applicari possint; an aperientia, drastica ipsa (aloë, helleborus) vel tonica, amara, martialia indicata sint. — Sed sanguinis profluvium, quod justo diutius protrahitur, et copia excedit, quodque vires exhaurit, et anaemiae symptomata relinquit, coërcendum est venaesectione in brachio instituta[283]), adstringentibus, acido sulfurico diluto, alumine, ratanhia, pimpinella sanguisorba[284]), cortice simarubae[285]), aliisque et aqua bene frigida ano et perinaeo admo-

282) Rheum ALBERTI (diss. cit. de haemorrh. excedentibus §. XXV), F. HOFFMANN (l. c.), ETTMÜLLER (obs. med. 203. Opera T. II. P. 2. p. 435) et HEISTER (*Wahrnehm.* 2. *Bd. no.* 221) ipsis excedentibus haemorrhoidibus opponunt, id quod haud ausus sim.

283) Ubi vires eam permittunt. Num umquam antiphlogistica in fluxu haemorrhoidali vere immodico indicata sint, dubito. Attamen RAU (l. c. p. 358) ea non minus quam sedantia (l. c. p. 360) commendat; illa scilicet fluxui hypersthenico (!), haec nervoso opponit.

284) KÖLICHEN in act. med. Hafn. Vol. I. obs. 81. p. 165.

285) WEBER obs. med. Fasc. 2. obs. 13. p. 58.

mota eademque vel pura[286]), vel cum aceto, alumine[287]), vitriolo albo, alcohole commista in anum injecta; quid quod ipsa balnea frigida profluvio rebelli opponenda sunt. Praeterea intestinum rectum linteo carpto[288]) impletur, ubi res urget, quid quod ustio[289]) subinde opus fuerit. Denique aeger quietus maneat, lecto duriori incumbat, calorem quemcunque evitet, et quae profluvium sequuntur, bene curet. Profluvio cruento justo saepius revertente aut similis cura aut alia, quae symptomatibus universalibus et constitutione aegri indicatur, longius per temporis spatium protrahi et assidue adhiberi debet. — Simili modo profluvia haemorrhoidalia non cruenta (*haemorrhoides mucosae*) curantur; etenim quae juvant, nec detrimentum ferunt, supprimi non debent, quae vero nimis copiosa sunt, et justo diutius protrahuntur, vel mucilaginosa, oleosa, opiata (intestino recto excitato), ipsasque hirudines (intestino inflammato), vel adstringentia, tonica, roborantia, uti aliae diarrhoeae species atonicae requirunt; praeterea balsamum copaivae, oleum terebinthinae et enemata adstringentia commendantur. Quae re-

286) Chavasse in *auserles. Abhandl. f. pr. Ä.* 12. *Bd.* p. 39.

287) Mayo (l. c.) Infusi terrae catechu ℥jj cum aluminis gr. xv quovis mane frigidas injici jussit.

288) Bell commendat intestinum ovile in intestinum immissum et aqua frigida impletum.

289) De qua uberrime agit Trnka l. c. p. 307. et Jos. Frank mecum communicavit casum, in quo excisio et ustio varicum enormem haemorrhagiam tandem compescebant.

recens ortae sunt, *mariscae* et *varices* supprimi non debent, sed ea evitanda sunt, quae easdem laedere possint; quare aeger nec diutius equitare, nec curru vehi, sellam duriorem evitare et curare debet, ut faeces molliores sint. Pruritus et graviores dolores, quos eae excitant, mucilagine cydoniorum, butyro cacao, aliove remedio oleoso, cui opium addi potest, unguento ex oleo amygdalarum, vitello ovorum et opio, unguento althaeae, linariae, plumbi, mercuriali[290]) cum opio infricatis, cataplasmate anodyno[291]), vel spongia lacte tepido plena, imposita, aquae aut infusi florum sambuci, chamomillae, verbasci, vaporibus ipsisque hirudinibus admotis leniuntur. Tubercula incarcerata reponenda aut lanceola aperienda sunt. Inflammatione graviore tumorum partiumque vicinarum praevalente, ulceribus, fistula, ipsaque gangraena subortis, eadem curatione opus est, ac in aliis id genus affectionibus. Quodsi vero inveterata, numero aucta, molesta tubercula haemorrhoidalia nil boni ferunt, varia topica exhibita sunt, quibus supprimantur et removeantur: fomenta decocti corticis quercus, ratanhiae, tormentillae, addito alumine, fumigationes benzoës, mastichis, thuris, succini; infricationes spirituosorum cum spiritu salis ammoniaci in regione ossis sacri, in perinaeo et cruribus; unguenta adstringentia, quae plumbum, flores zinci, pulverem gal-

 la-

290) Bonafos in *journ. des connaiss. méd. pr. et de pharmacol. Par.* 1837. Juillet.

291) Cunningham folia daturae strammonii contusa laudat.

larum, sedi tectorum succum [292]), additis opio et camphora [293]) continerent, tuberculis ipsis imposita. BERENDS linimentum saponato-terebinthinatum in aqua saturnina solutum, RUST unguentum saturninum cum alumine et opio imponi jubent. SCHMUCKER [294]), HILDEBRANDT [295]), KOPP [296]), BRODIE [297]), qui praeterea confectionem piperis nigri et confectionem sennae cum sulfure laudat, aliique clysteres frigidos commendant. HILDEBRANDT quoque die singula, dein bina clysmata exhibet, eaque diu retineri jubet. Denique suasum est, ut haemorrhoides coecae incisione facta aperirentur, cauterio [298]) imposito delerentur, ligatura [299]) admo-

292) P. FRANK (ex schedis) a peregrinante Franco-Gallico certior factus est, unguentum ex oleo, butyro et succo sedi tectorum ipsi opem tulisse.

293) CLARKE (*Beobachtungen über die Krankheiten des Weibes, welche von Ausflüssen begleitet sind* 1. *Th.* p. 118) commendat ungt. ex una parte camphorae et viginti partibus cerati compositum.

294) *Verm. Schr. Bd. I.* p. 208.

295) L. c. §. 107.

296) HECKER *literär. Annalen* 1832. *II.* 6.

297) FRORIEP *Notizen* 35. *Bd.* p. 285.

298) HIPPOCRATES de haemorrhoidibus l. c. p. 340. ustionem suadet, et p. 341. addit: „urere vero ita oportet, ut earum venarum, quae sanguinem fundunt, nulla inusta relinquatur.“ Contra Aphor. sectio VI. 12. l. c. p. 751: nisi una servetur hydropem aut phthisin timet; idem (de victus rat. in acutis l. c. T. II. p. 98) unam relinqui jubet. — Atqui WARE (*chir. Beobacht. über das Auge nebst Anh. über die . . . Behandl. der Hämorrhoiden. A d. Engl. v.* RUNDE 1. *Bd.* p. 342) docuit, unam alteramve varicum inter plures, quae forte adsint, dolores excitare ideoque exstirpandam, reliquas non tangendas esse.

mota removerentur, vel cultro forficeve abscinderentur[300]. Sed tale quid non indicatum est, nisi tumores vel numero, vel ambitu ultra modum increverunt, valde molesti sunt, insessum et sedes impediunt, nimiamque sanguinis copiam fundunt. Id quidem rarius locum habet. Caeterum chirurgorum est, eruere et describere, quonam modo aptissime tumores haemorrhoidales exstingui possint. Sed monuisse juvabit, haec opera periculo non vacare, vel enim profluvium cruentum immodicum, vel inflammatio venarum, intestini recti telaeque cellulosae vicinae inde sequitur, nec morbus ipse, sed pars ejusdem curatur. — Cura *haemorrhoidum aberrantium* tribus partibus constat, vario modo pro re nata secum conjungendis; primum enim morbus haemorrhoidarius eodem modo, quem docuimus, deinde morbus secundarius, qui haemorrhoidum locum tenet, curandus, denique agendum est, ut congestiones haemorrhoidales ad anum

299) Paulus Aegineta lib. VI. c. 79. — Petit *traité, oeuvre posthume Vol. II.* p. 128. — Rousseau, *annual med. recorder T. IX.* p. 282. Gerson *und* Julius *Mag.* 1827. *Jan. Febr.* p. 183. — Brodie, Froriep *Notizen* 35. *Bd.* p. 296.

300) Celsus lib. VII. c. 30. — Kirby *observatt. on the treatment of certain severe forms of haemorrh. excrescencc. Dublin* 1817. *addit. observations* 1825. Froriep *Notizen Bd.* 17. p. 71. — Omodei *annali* 1828. *Gennajo-Mayo* p. 224. — Dupuytren *leçons orales de chir. clin. Vol. I.* p. 339. *La clinique* 1828. 2. *Sept.* Froriep *Notizen Bd.* 22. p. 249.

anum ducantur, et interno usu aloës[301]), hellebori, myrrhae, rhei, pulpae colocynthidis, martialium, croci, sabinae, auri fulminantis[302]), florum sulfuris, et externis remediis, inter quae eminent venaesectio in pede[303]), hirudines repetita vice circa anum admotae, usus cucurbitularum cute incisa cruribus repetita vice applicatarum, pediluvia, vapores aquae anum tangentes, enemata tepida, sinapismi et vesicantia cruribus imposita; haec vero praecipue molienda sunt tempore, quo congestionum vestigia ad anum comparent. — Quodsi denique alii morbi haemorrhoides aut concomitantur, aut sequuntur, hi pro indole sua, sed simul ratione haemorrhoidum habita curari debent; non raro accidit, ut illi morbi haemorrhoidibus graviores existimentur, et subinde ea vetent, quae haemorrhoidibus indicata videantur.

Caput XV.

301) Aloë, utpote frequentissime et varia forma (Trnka l. c. Vol. II. p. 61) in morbo haemorrhoidario propinata, non locum habet, nisi haemorrhoides in hominibus torpidis provocandae sunt.

302) Quellmalz in Comm. Nor. T. V. a. 1735. hebd. 39. p. 306 („non semel hanc calcem extractis quibusdam amaricantibus laxantibusque parce adjunctam viris quibusdam—praescripsi, et mirum est dictu, quam unica tantum dosis haemorrhoides perenni, quamquam levissima diarrhoea stipatas excitare potis fuerit").

303) Reil l. c. p. 257. — Stoll rat. med. P. IV. p. 479.

Caput XV.
De cholera.

§. LXXIV.
Definitio. Literatura.

1. *Cholera*[1]) dicitur convulsivus ventriculi et intestinorum motus[2]), quo omne, quod in illis continetur, copiose, subito et magno cum impetu per os et anum ejicitur, quique cum collapsu virium spasmisque extremorum conjunctus esse solet. Definitio.

2. Cholera eodem fere, ac nostris temporibus sensu apud Hippocratem[3]), Aretaeum[4]), Cel- Literatura.

1) *Χολέρα*; hanc vocem Hippocraticam Cnidii medici (Galen. meth. med. lib. II. c. 2. ed. Kühn T. X. p. 82) a *χολὴ*, bilis, et *ῥέω*, fluo, Alexander Trallianus (lib. VII. c. 14) vero a *χολάδες*, intestina, derivant. — *Synon.*: cholera morbus, cholirica, cholerrhagia, cholerica passio, passio felliflua. Ital. *cholera, morbo-collera.* Hisp. *colera.* Lusit. *colera, colirica.* Angl. *cholera, gall-flux, bilious flux.* Gall. *Trousse-galant.* Germ. *Gallenruhr, Gallenfluss, Gallensucht, Gallenkrankheit, Brechkolik, Brechdurchfall.* Belg. *Bort, Boorts, Galzichte, Galbraking, Braakziekte.* Dan. *Galdesot, Galdesygdom.* Suec. *Gallsjuka.* Isl. *Gallbusur.*

2) Berends (l. citando p. 329) epilepsiam intestinorum choleram dixit.

3) Epid. lib. V. ed. Kühn T. III. p. 549. 573. 576. lib. VII. l. c. p. 681. et alibi.

4) De caussis et signis morb. lib. II. cap. V. ed. Kühn p. 43. — De curat. morb. lib. II. cap. IV. l. c. p. 267 (morbus egregie describitur).

Celsum[5]), Galenum[6]), Caelium Aurelianum[7]), Aëtium[8]), Alexandrum Trallianum[9]), Paulum Aeginetam[10]), quorum placita Blumenbach[11]) collegit, occurrit. Deinde quicunque vel morbos omnino omnes pertractaverunt[12]), vel singulas eorum observationes retulerunt[13]), choleram haud omit-

5) Lib. IV. c. 11.

6) Definit. no. 266. ed. Kühn T. XIX. p. 421. Introduct. s. medicus l. c. T. XIV. p. 736. et alibi.

7) Acut. morb. lib. III. cap. 19. ed. Halleri T. X. p. 291.

8) Tetrabibl. III. S. 1. c. 12.

9) Lib. VII. c. 14. ed. Halleri T. VI. p. 294.

10) Lib. III. c. 39.

11) Diss. cit.

12) Nominasse sufficiat F. Hoffmann (med. rat. syst. T. IV. P. III. Sect. II. c. VIII. p. 576), Sauvages (nosol. meth. ed. Daniel T. IV. p. 567), Quarin (Animadv. in diversos morbos c. 10. p. 204), Cullen (*Anfangsgründe der prakt. Arzneik. 2. A. 3. Bd.* p. 524), Pet. Frank (epit. lib. V. P. II. p. 429), Mason Good (*the study of med. Vol. I. sec. ed.* p. 260), Berends (*Vorlesungen, herausg. von* Sundelin, 4. *Bd.* p. 325), Geoffroy (in *dict. des sc. méd. T. V.* p. 143. art. cholera), Roche (in *dict. de méd. et chir. prat. T. V.* p. 250), Ferrus (in *dict. de méd.* Meissner *Encyklop. der med. Wissensch.* 3. *Th.* p. 154).

13) Alex. Benedictus lib. XX. c. 1—3 (Basil. 1539) p. 711. — Forestus lib. 18. obs. 43—50. — Frambesarius consultatt. p. 320. — a Fonseca consultatt. T. I. no. 83. 84. II. no. 26. — Fontanus annal. p. 102. — a Fonte consil. no. 144. — Amatus Lusitanus cent. II. no. 32. III. no. 88. V. no. 28. — Gabelchover curat. cent. II. no. 51. 72. — Horstius opera II. p. 161. — Montanus consil. no. 151. 152. 210. — Zacutus Lusitanus praxis admir. lib. II. obs. 16. 17. — Ballonius consil. I. no. 55. III.

omiserunt; accedunt dissertationes[14]) numero pluri-

no. 65. — BORELLUS cent. II. obs. 27. — BONET sepulchret. lib. III. sect. IX. obs. 1. 2. 3. — SCHENK lib. III. obs. 109. — BONTIUS med. Indor. c. 6. — PLATER obs. lib. III. p. 802. prax. T. III. p. 719. — SYDENHAM opera. Genev. 1757. p. 106. 184. 511. eph. nat. cur. dec. II. a. 10. app. p. 172. — LENTILIUS Eteodrom. p. 244. 248. 250. 251. 258. 265. 555. 568. 598. miscell. III. p. 238. — RIVERIUS obs. cent. II. no. 19. cent. III. no. 78. obs. communicat. obs. 26. p. 696. — RIEDLIN lin. med. 1695. p. 377. — RHODIUS cent. II. obs. 69. — Acta med. Berol. dec. II. Vol. I. p. 36. VIII. p. 76. — BIANCHI hist. hepatis p. 117. — Hist. morbor. Vratislav. a. 1701. p. 270. 304. a. 1702. p. 122. — DE LA METTRIE *oeuvres* p. 269. 278. — LIND *essay on diseases in hot climates* p. 248. versio germ. p. 236. — MONRO *Feldkrankheiten* p. 82. versio gall. *T. II. chap.* 3. p. 209. — CLEGHORN *Beobacht. über die epidemischen Krankheiten in Minorka* p. 220. — CLARK *über die Krankheiten in heissen Gegenden* p. 149. — STOLL rat. med. P. III. p. 64. — RÜLING *phys. Beobacht. der Stadt Northeim* p. 109. — WINTRINGHAM in MEAD mon. et praec. illustrat. Lugd. Bat. 1773. — PENADA *Beobacht. der epidem. Constitution in Padova in den Jahren* 1788 — 1790. WEIGEL *Ital. Bibl.* 4. *Bd.* 1. *St.* p. 133. — HUNTER *Bemerk. über die Krankheiten der Truppen in Jamaika* — ZAPATA, *Memor. acad. de la R. soc. de Sevilla T. VI.* p. 360. — THOMAS, SEDILLOT *Journ. de méd. T.* 22. p. 419. — GALLEREUX ibid. T. 55. p. 158. — REGNIER et DELAPORTE, *bull. de l'école de méd. ann.* 3. 1807. p. 170. — CALDANI, *mem. della soc. Ital. T. XII. P.* 2. p. 204. — AYTON-DOUGLAS, *med. essays and obs. by a soc. in Edinb. Vol. V. P.* 2. p. 646. versio Germ. p. 845. — — MATTHEY, *annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* 24. p. 251. — CHAUFFARD *Journ. gén. T.* 106. 1829 *Janv.* p. 8.

14) KENTMANN diss. de cholera. Bas. 1579. — MAYENSCHEIN

diss. de cholera morbo. Bas. 1583. — Planer diss. de cholera. Tub. 1588. — Möller diss. de cholica passione. Basil. 1594. — Pauli diss. de cholera. Rost. 1601. — Schaller diss. de cholera. Wittemb. 1620. — Weiss diss. de cholera. Altd. 1628. — Fabricius diss. de cholera. Rost. 1628. — Rolfink et Dammenhan diss. de cholera et imbecillitate ventriculi. Jen. 1636. — Michaëlis diss. de cholera. Lips. 1641. — Möller diss. de cholera. Regiom. 1644. — Schober diss. de cholera. Ultraj. 1646. — Lothus et Storch diss. de cholera. Regiom. 1649. — Körber diss. de cholera. Jen. 1653. — Schenk diss. de cholera. Jen. 1653. — Storck diss. de cholera. Leid. 1654. — van Keeren diss. de cholera. Lugd. Bat. 1658. — Engelmann diss. de cholera. Basil. 1662. — Gigas diss. de cholera. Jen. 1662. — Menjot diss. de cholera. Par. 1662. — Zollicofer diss. de cholera. Argent. 1663. — Lane diss. de cholera. Lugd. Bat. 1664. — Bohn et Grobius diss. de cholera. Lips. 1666. — Noirot diss. de cholera morbo. Lugd. Bat. 1667. — Leichner et Hermann diss. de cholera humida. Erford. 1670. — van Diemer diss. de cholera. Lugd. Bat. 1670. — van Heimenbergh diss. de cholera. Leid. 1671. — Hoppestein diss. de cholera. Leid. 1673. — Bauhinus diss. de cholera. Basil. 1675. — Fasch diss. de cholera humida. Jen. 1675. — Vallan et Henning diss. de cholera. Ultraj. 1679. — Thebesius diss. de cholera. Ultraj. 1685. — Golzius diss. de cholera. Regiom. 1691. — Schat diss. de cholera. Leid. 1691. — Wedel et Ameldung diss. de cholera. Jen. 1697. — Rivinus diss. de cholera. Lips. 1698. — Sperling diss. de cholera. Viteb. 1699. — Slevogt et Scheffer diss. exhibens choleram humidam siccam excipientem. Jen. 1704. — Liesdorf diss. de cholera. Lugd. Bat. 1704. — Koch diss. de cholera. Leid. 1704. — Francus de Frankenau diss. de cholera. Hafn. 1707. — Lodberg diss. de cholera. Hafn. 1707. — Vallan et van Nes diss. de cholera. Traj. ad Rhen. 1709. — Adolphi et Otto diss. de passione cho-

cholerica. Lips. 1710. — STAHL diss. de febre letifera HIPPOCRATIS. Hal. 1711. — VATER diss. de atrocissima et acutissima cholerica passione rite judicanda et curanda. Viteb. 1720. — SLEVOGT et FICKIUS diss. de cholera illegitima. Jen. 1721. — VATER et NICOLAI diss. de cholera humida. Viteb. 1733. — STAHL diss. de cholera morbo. Erf. 1733 — TEICHMEYER et EICHLER diss. de cholera. Jen. 1735. — HENRICI et MESSER diss. de cholera morbo. Hal. 1740. HALLERI disput. ad m. hist. fac. T. III. no. 76. p. 73. — HEIN diss. de cholera. Erf. 1745. — VERNIERS diss. de cholera. Lugd. Bat. 1743. — BRENDEL et BELIUS diss. de cholera humida. Gott. 1747. — MAYER HIRSCH diss. de cholera. Giess. 1751. — BAUER diss. de cholera. Altd. 1757. — BAUMER diss. de eo, quod haemorrhagiis proprium est et commune. Erf. 1758. — ISENBERN diss. de cholera. Lubec. 1759. — APPUHN diss. de cholera humida. Gott. 1760. — KALTSCHMIED et DÜRR diss. de cholera. Jen. 1760. — HOFMANN diss. de cholera. Vienn. 1767. — SIDREN diss. de cholera. Ups. 1768. — METFORT diss. de cholera. Edinb. 1777. — LEMAN diss. de cholera. Edinb. 1778. — A JANELLI diss. de cholera. Prag. 1779. — KISSEL diss. de cholera. Giess. 1780. — TALMANN diss. de cholera. Vienn. 1781. EYERREL diss. STOLL. II. — VAN ROSSUM diss. de cholera. Lovan. 1784. — LYONS diss. de cholera. Edinb. 1785. — EWART diss. de cholera. Edinb. 1786. — PHILIPSON diss. de cholera. Lund. 1791.— CARTER diss. de cholera. Edinb. 1794. — WILSON diss. de cholera. Edinb. 1794. — VETTER diss. de cholera. Francof. 1797. — HARKAN diss. de cholera. Edinb. 1801. — DRECHSLER diss. de cholera. Viteb. 1802. — SENGENSSE *diss. sur le cholera-morbus. Par.* 1803. — BORY diss. de cholera morbo. Par. 1803. — ESMENARD *diss. sur le cholera-morbus. Par.* 1808. — GIRAUD *diss. sur le cholera-morbus. Par.* 1812. — SCHMITT diss. de cognescenda et curanda cholera. Berol. 1820. — MORELLE diss. de cholera morbo. Verviae 1823. — GREINER diss. de cholera morbo. Berol. 1823. — MÖRING diss. sist.

hist.

rimae; denique TRALLES[15]), CURRIE[16]), DEROISSART[17]), CHRISTIE[18]), KUBYSS[19]), libros de ea conscriptos ediderunt. Accedunt novissimis temporibus innumera scripta de cholera sic dicta Asiatica s. Indica, quam hoc loco silentio praetermisimus, quoniam ea quidem quaedam cholerae similia symptomata habet, nihilotamen secius origine, progressu, decursu, exitu, natura et cura tantopere ab illa abhorret, ut pro morbo peculiari alio loco pertractanda sit. Sed libri, de eadem conscripti, non raro et choleram nostratem tangunt.

§. LXXV.

hist. cholerae cum subsequente pleuropneumonia. Lips. 1830. — HINGST diss. de diagnosi inter choleram Asiaticam et Europaeam s. sporadicam. Rost. 1831. — BLUMENBACH diss. nonnulla quae de cholerae diagnosi et curatione in Romanis Graecisque medicis inveniuntur. Berol. 1831. — HAASE diss. sist. duas cholerae indigenae historias cum epicrisi. Lips. 1832. — NICOLAI diss. de cholera, quam CELSUS descripsit ejusque similitudine cum cholera Asiatica. Berol. 1832.

15) Historia cholerae atrocissimae, quam sustinuit ipse etc. Vratislaviae 1753.

16) *Treatise on the cholera. Philadelphia* 1790.

17) *Sur le cholera-morbus ou cholerhagie. Par.* 1814.

18) *Obs. on the nature and treatment of cholera and on the pathology of mucous membranes. Edinb.* 1828.

19) *Die Cholera oder Brechruhr in allen Formen, hinsichts ihrer Erkenntniss, erzeugenden Ursachen, contagiösen oder nicht contagiösen Verhältnisse, ihres nächsten Wesens, ihrer Behandlungsart u. s. w. Berlin* 1835.

§. LXXV.

Symptomata. Necroscopia.

1. Cholera quidem subito invadere solet; attamen sunt, qui debilitatem, tensionem, doloresque ventriculi, ructus acidos, nidorosos, fastidium ciborum, nauseam, flatulentiam, dolores colicos antea[1]) persentiant, quique urinam turbidam, crassam, sedimento lateritio, cremoreve praeditam cum ardore mittant. Sed brevi tempore praeterlapso sub cardialgia et anxietate, frigore in externis, ustione in internis partibus vomitus[2]) effrenis simul vel alternatim cum diarrhoea invadit. Primum aquosa, deinde loturae carnis similia, vel alba, vel nigra, subinde lymphatica, albumini similia, quae coëant, ab aliis primum ciborum reliquiae[3]), deinde biliosa, aeruginosa, nigra, acida, corrosiva simul cum aëre, cruoreve repetita vice ejiciuntur. Insimul[4]) habitus collabitur, pul- Symptomata.

1) Caelius Aurelianus lib. III. c. 20. l. c. p. 294 („praecedit frequenter cholericos stomachi gravedo et tensio, anxietas, jactatio, vigiliae; tormentum intestinorum cum sonitu. Ventris dolor atque per podicem venti fluor nil relevans, ructationes fumosae, nausea, salivarum fluor, gravedo thoracis cum membrorum defectu“) — F. Hoffmann l. c. p. 578.

2) Celsus l. c. („simul et de ectio et vomitus est, praeterque haec inflatio est. Intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit, primum aquae similis, deinde ut in ea recens caro lota esse videatur, interdum alba, nonnumquam nigra vel varia“).

3) F. Hoffmann l. c. p. 578.

4) Haec symptomata Aretaeus graphice describit l. c. p.

pulsus parvi, contracti, exiles vix percipi possunt; ad cardialgiam sitis vehemens, vox rauca, clangosa (vox cholerica), ardor circa umbilicum, tenesmus accedunt; urina vel retinetur, vel cum ardore mittitur. Non raro singultus invadit, vel surae, crura[5]) et brachia spasmo et convulsione[6]) corripiuntur, digiti contrahuntur, ungues livescunt, cutis friget, partes internae urunt, lipothymia suboritur.

Necroscopia.

2. Necroscopia docuit, intestina, praecipue gracilia, speciatim duodenum cum dextro ventriculi orificio intus gangraenata[7]), extrinsecus bile suffusa et flava[8]), ductus vero biliferos nimium relaxatos[9]), cystidem felleam flaccidam[10]), amplam[11]),

44 („accedunt nervorum distensiones, crurum brachiorumque musculi contrahuntur, digiti incurvantur, vertigo fit et singultus, frigus oboritur et extremae praesertim partes algent, totumque corpus inhorrescit" etc.).

5) Hippocrates (epid. V. ed. c. T. III. p. 576) jam in cruribus nervorum distentionem commemorat.

6) Sydenham l. c. p. 181 (a. 1676 „saeviebat cholera morbus et insueto temporis calore evectus atrociora convulsionum symptomata eaque diuturniora secum trahebat, quam mihi prius unquam videre contigerat. Neque enim solum abdomen, uti alias in hoc malo, sed universi jam corporis musculi, brachiorum crurumque prae reliquis spasmis tentabantur dirissimis, ita ut aeger e lecto subinde exiliret").

7) Dolaeus encyclop. med. lib. III. c. 4. p. 418. — Bartholinus hist. anat. cent. II. obs. 81. — Acta med. Berol. dec. II. Vol. 8. p. 76.

8) Dolaeus l. c. — Bartholinus l. c.

9) Dolaeus l. c. — Bartholinus l. c.

10) Act. med. Berol. l. c.

plam[11]), ductum choledochum distentum[12]), vasa venosa ventriculi cruore turgida[13]), et omentum versus ventriculum revolutum[14]) esse. Sed P. Frank[15]) veretur, ne multi cholerae effectus pro caussis hujus morbi habiti fuerint, nec inflammatio ventriculi et intestinorum, horum gangraena, perforatio et volvulus, quae Chauffard[16]) necroscopia duorum cholericorum instituta invenit, cholerae tribui possunt. Hoyerus[17]) in orificio ventriculi superiore s. oesophago levem inflammationem conspexit, quam ipse a materia biliosa derivat, qua intestina et ventriculus referta et quasi suffusa erant.

§. LXXVI.

C a u s s a e.

1. Aetas constituta[1]) et infantilis[2]), sexus virilis[3]), temperamentum cholericum[4]), aestasque[5]) de- Caussae praedisponentes.

11) Riolanus anthropogr. lib. II. c. 20. 12) Riolanus l. c.
13) Act. med. Berol. l. c. 14) Act. med. Berol. l. c.
15) In schedis. 16) L. c. p. 14. 15.
17) Eph. nat. cur. dec. III. a. 7. 8. obs. 180. p. 299.
1) Hippocrates aphor. sect. III. l. c. p. 726. — Aretaeus l. c. p. 44 („ex aetatibus ei opportuni sunt juvenes, quique aetate consistunt, senectus minime, pueri maxime, sed extra mortis periculum").
2) Nic. Piso de morbis cogn. et cur. lib. III. c. 13. p. 261 („pueris familiaris").
3) Adolphi diss. cit. §. 21. 4) Adolphi diss. cit. et alii.
5) Hippocrates epid. lib. VII. ed. c. T. III. p. 685. — Aretaeus l. c. p. 44 („aestate adfectus praecipue nascitur, postea autumno, vere rarius et hyeme rarissime"). — Sydenham l. c. p. 106 („ea anni parte, quae aestatem

decidua ad morbum praedisponunt, qui nonnumquam epidemice [6]) grassatus est.

Caussae excitantes. 2. Choleram excitant perfrictio corporis [7]), praecipue pedum [8]) et ventriculi [9]), animi commotio-

fugientem et autumnum imminentem complectitur"); p. 108 („rarissime Augusti terminos excessit"); p. 184 („exeunte aestate"); p. 511 („intra Augusti limites se continens vix in priores Septembris hebdomades evagatur"). — QUARIN l. c. p. 204 („cum calidis diebus frigidae noctes succedunt"). — PILLA *tr. elementare sulla scienza della vita in applicazione allo studio de' morbi acuti autumnali* (cholera). *Nap.* 1833.

6) RIVERIUS observ. communicat. XXVI. p. 596 (a. 1564. Nemausi). — SYDENHAM l. c. p. 106 (a. 1669), p. 184 (a. 1676). — WILLISIUS pharm. rat. Sect. III. c. 3. opera p. 46 (1670 Londini dysenteria aquosa s. incruenta ab autore dicta cholera grassata est, bene descripta ab autore). — LENTILIUS Eteodromus p. 568. — PENADA l. c. p. 134 (1789 Padovae). — CHAUFFARD l. c. p. 8 (1826 a 15. Aug. usque ad 15. Sept.).

7) P. FRANK l. c. p. 438 („in juvene, qui, postquam ad furnum ardentem plurimum sudaverat, ac refrigerium quaesiturus in cellam descenderat, ubi vero aliquot per horas super humo frigido obdormiverat").

8) BRASSAVOLUS (comm. in lib. IV. HIPPOCRATIS de rat. victus in acutis p. 344), SCHENKIO referente (lib. 3. de cholera, obs. 1. p. 328) choleram ex pedum singulis diebus in aqua frigida lavatione, et in homine, qui discalceatus et nudis pedibus super frigidos lapides incesserat, ortam se vidisse narrat.

9) Potum frigidae, vel aquae vel cerevisiae, imprimis acescentis, choleram excitare, satis patet. Quare non mirandum, gelatum artificiale similem effectum edere. Id quod Parisiis 1826 (DE FERMON, *bull. des sc. méd. par* FÉRRUSSAC 1826. *Nov.*) et Lipsiae 1829 (ut oretenus accepi) accidit.

tiones, imprimis ira[10]) et terror[11]), lac praepingue copiose ingurgitatum[12]), cibi incongrui[13]), corrupti[14]), caro, imprimis suilla[15]) et bubula, barbi ova[16]), cancer Crangon[17]), cucumis[18]), me-

10) Act. med. Berol. dec. II. Vol. I. p. 36. Vol. VIII. p. 80. PLATERUS obs. lib. III. p. 754. — BORELLUS cent. II. obs. 27. p. 121. — Teneros infantes ex matrum ira excandescentium culpa saepenumero choleram cum vitae periculo pati testatus est F. HOFFMANN l. c. p. 585.

11) *Phil. transact. a.* 1667. *Vol.* 2. p. 550 (refertur de foemina, quae audito tonitru cholera quadam corriperetur, tamdiu durante, quam tonitrua repeterentur). — HENRICI l. c. §. XXIII. p. 85.

12) HENRICUS AB HEER obs. XV. p. 149. — Nec non CALDANI (*mem. di matem. et di fisica della soc. Ital. T. XII. P. II.* p. 207) a lactis usu choleram natam vidit.

13) HIPPOCRATES epid. lib. V. l. c. p. 573. lib. VII. l. c. p. 684. („Cholera morbus ex carnis usu contrahitur, praecipue vero suillae crudioris, ex cicere, vinique odorati veteris ebrietate, insolatu, ex sepiae esu, locustarum et grammorum, olerum, maximeque porri et ceparum. Quin etiam ex lactucis coctis, brassica, lapatho crudiore et ex bellariis, dulciariis, pomis, cucumere, pepone et potione, quae ex lacte et vino mistis conficitur, *οἰνόγαλα* vocatur, ervo, polenta recenti"). Similia habet ALEXANDER TRALLIANUS l. c. p. 295.

14) FORESTUS lib. 18. obs. 45. 15) HIPPOCRATES l. c.

16) TIMAEUS A GÜLDENKLEE lib. II. c. VIII. p. 118. — LENTILIUS eteodrom. p. 548. — FEHRIUS de absynth. p. 108. — FRANCUS, eph. nat. cur. dec. II. a. 1. obs. 25. p. 61. — SAUVAGES l. c. p. 571. — HENRICI l. c. §. XXI. p. 84.

17) GITTERMANN, HARLESS *rhein. Jahrb.* 3. *Bd.* 1. *St.* p. 101.

18) HIPPOCRATES l. c. — RIEDLIN lin. med. 1695. p. 273. — Hist. morb. Vratislv. a. 1702. p. 122 (aeger vero simul

melo[19]), fraga[20]), fructus horaei[21]), lactuca[22]), mala persica[23]), ribesia immatura[24]), nuces rancidae[25]), mel[26]), fungi[27]), drastica[28]), acria, venena[29]), emetica[30]), arthritis[31]), lochia[32]), catamenia suppressa[33]), fonticulus occlusus[34]), lactatio infantis detrectata[35]).

3. Caus-

cerevisiae turbidae ℞ vi ingurgitaverat et postea ira excanduerat). — Henrici l. c. §. XIX. p. 83 (cerevisiam triticeam ac foeculentam *Breyhan* superbiberat). — Fontanus analect. c. 21. ex. 12.

19) Panarolus, Iatrologism. Pentecost. I. obs. 11. — Zacutus prax. admir. lib. II. hist. 16.

20) Hoffmann l. c. obs. 7. p. 610 (aegra aquas Carolinas bibit).

21) Riedlin lin. med. 1700. p. 1026.

22) Henrici l. c. §. XXII. p. 84.

23) Timaeus l. c. p. 118. 24) Lentilius eteodrom. p. 555.

25) Adolphi, eph. nat. cur. cent. IX. obs. 77. p. 171.

26) Binninger cent. IV. obs. 15.

27) Henrici l. c. §. XVII. p. 83 (nihil laedentes commensales) — le Monnier, *Mém. de l'acad. R. des sc.* 1749. p. 210.

28) Forestus l. c. obs. 44 (ex helleboro albo). — Stalpartus van der Wiel cent. I. obs. 41. et Forestus l. c. obs. 42 (ex colocynthide). — Riverius cent. II. obs. 19. — Aaskow, acta soc. med. Havn. Vol. I. p. 154. *Samml. auserles. Abhandl.* 4. *Bd.* p. 509.

29) F. Hoffmann l. c. obs. 1. 3. 4. p. 596 sqq.

30) Rhodius cent. II. obs. 73. — Henrici l. c. §. XXIV. p. 85.

31) Sydenhamum cholera ab arthritide repulsa orta exstinctum esse, refert Sauvages l. c. p. 573.

32) Amatus Lusitanus cent. V. cur. 28.

33) Amatus Lusitanus l. c. de muliere refert, quae quoties suppressione mensium laborabat, choleram cum febre

3. Caussam proximam posuimus in affectione nervosa, quae nimiam vim in tubo intestinali habet ejusque motum convulsivum[36]) excitat non minus, quam secretiones abdominales qualescunque auget. Alii inflammationem intestinorum[37]), alii vitia bilis[38]), aliamque acrimoniam[39]) quamdam accusaverunt. Caussa proxima.

§. LXXVII.

Diagnosis.

1. „Malum ipsum facile[1]) cognoscitur, adsunt Generatim.

passa est aliquamdiu. Supervenientibus menstruis eadem iterum liberata fuit et vicissim.

34) Fehrius tract. de absynthio p. 106. — Henrici l. c. p. 79.

35) Adolphi diss. cit. §. 25.

36) Verniers (diss. cit. p. 14) sistit tria experimenta in canibus adhuc viventibus instituta, quae docent: 1) applicato caustico secundum longitudinem intestini tenuis, idem violento spasmo corripi, motum peristalticum in parte superiori versus ventriculum inverti, in inferiori versus colon accelerari, violentissime contrahi et quasi in solidum cylindrum indurescere, contenta sursum deorsumque agi, cavum fieri nullum; 2) applicato duobus locis intestini tenuis caustico, locum utrumque contrahi, intermediam vero partem inflari (cholera sicca s. colica flatulenta); 3) tacto vero duodeno motum peristalticum versus inferiora accelerari, contra tacta ilei parte omnia sursum vehi.

37) Geoffroy, *dict. des sc. méd. T. V.* p. 143. — Chauffard l. c. — Roche in *dict. de méd. et chir. pr. T. V.* p. 251.

38) Hippocrate duce.

39) Adolphi diss. cit. §. 9 sq.

1) Cholera quidem cognitu facillima fuit; vix enim cum dysenteria, diarrhoea, lienteria, aliisque morbis confundi potuit; quare eam cum istis morbis uberius compararar

sunt enim vomitus enormes ac pravorum humorum cum maxima difficultate et angustia per alvum dejectio, ventris et intestinorum dolor vehemens, inflatio et distentio; cardialgia, sitis, pulsus celer ac suppressus cum aestu et anxietate, non raro etiam parvus et inaequalis, insuper et nausea molestissima, sudor interdum diaphoreticus, crurum et brachiorum contractura, animi deliquium, partium externarum frigiditas"[2]). Sed monendum est, nec qualemcunque vomitum, quem forte excipiat diarrhoea, pro cholera declarandum esse, neque casus, qui supra dictis symptomatibus excellant, quamvis „ingluviei et crapulae"[3]), aliisve caussis originem debeant, hoc nomine indignos esse. Quare pro diversa caussa, varias cholerae species statuere licebit.

Cholera spasmodica et rheumatica.

2. *Cholera spasmodica*[4]), sive *nervosa, legitima, vera, spontanea* supra commemoratis signis, iisque cum vehementibus, tum brevi increscentibus

noluimus. Sed ex quo tempore cholera illa asiatica grassatur, errores faciles et frequentes commissi sunt, nec raro dubium mansit, utrum aegritudo, qua quis forte correptus fuerit, huic an illi adnumeranda esset, donec tandem epidemico progressu et morte victimae res in aprico poneretur. Conf. Hingst diss. de diagnosi inter choleram asiaticam et europaeam s. sporadicam. Berol. 1831. — Haas diss. sist. duas cholerae indigenae historias. Lips. 1832. aliaque opera de cholera asiatica conscripta.

2) Sydenham l. c. p. 106.

3) Sydenham l. c. pro genuina cholera hanc tantum habet, quae mense Augusto epidemice grassatur.

4) Alexander Trallianus l. c. p. 296 (cholera ex vitiato stomacho proveniens).

bus insignis est. Quodsi perfrictio corporis eam excitaverit, fortasse *rheumatica* dici posset.

3. *Cholera periodica*[5]) ea est, quae vel paroxysmum febris intermittentis comitatur (*febris intermittens perniciosa cholerica*) vel ejusdem locum tenet (*febris intermittens larvata*). Symptomata cholerica non minus urgent, quam in cholera spasmodica, sed periodum tenent. Cholera periodica.

4. Simili modo symptomata cholerica alios morbos, pneumoniam[6]), enteritidem, peritonitidem, imprimis puerperalem[7]) vel concomitata vel sequuta esse legimus. Ch. symptomatica.

5. Cholera sicca ab Hippocrate ea dicitur affectio, in qua „venter inflatur, strepitus insunt et dolor tum laterum tum lumborum; nihilque infra dejicit alvus, sed adstringitur"[8]). Morbus haud dubie flatulentis adnumerari debet. Ch. flatulenta.

6. Ci-

5) Morton oper. med. exercitat. II. c. 1. Pyretologia p. 83. 84. 191. 208. — Panarolus Pentecost. I. obs. 48. — Riverius cent. III. obs. 78. — Torti therap. spec. p. 173. 249. — Omodei *giornale* 1831. *Aprile* p. 24.

6) Delius amoenit. acad. dec. I. no. 2. p. 21.

7) Jauzion *fièvre puerperale compliquée de fièvre scarlatine, avec cholera morbus dans son debut. Annales de la soc. de méd. de Montpell. T.* 17 (hist. p. 5) p. 65.

8) Hippocrates de victu in acut. ed. Kühn T. II. p. 92. — Galeni comment. in Hippocratis libr. de victus rat. in acut. ed. Kühn T. XV. p. 877. 885 (jure contendit, aptius choleram siccam dici morbum, „in quo potius flatus erumpunt quam retinentur"). — Sydenham (l. c. p. 107) eodem sensu se unicum exemplum cholerae siccae „a spiritu flatuoso supra et infra erumpente idque sine vomitu vel secessu" se observasse meminit. — Ballo-

Ch. crapulosa. 6. Ciborum quorumdam, vel nimiorum [9]), vel incongruorum ingluviem, vomitum et diarrhoeam ciere notissimum est; sed talis sic dicta cholera ad mitiores referenda est, diarrhoea orta silet vomitus et symptomata nervosa deficiunt. Ejectio ipsa aegris saluti est [10]).

Ch. biliosa. 7. Quamquam veteres [11]), nomine morbi teste, omnino omnem choleram a bile corrupta vix jure derivarunt, tamen fieri potest, ut ea non solum vomitum, sed etiam diarrhoeam excitet; rebus sic sese habentibus per vomitum et anum biliosa [12]) ejiciuntur.

Ch. venenosa. 8. *Cholera venenosa* morbus dictus est, qui a venenis acribus, et corrosivis, atque a drasticis pur-

NIUS (consil. med. lib. I. cons. 54. p. 222) varia de cholera sicca HIPPOCRATIS disputat. — SALIUS de affect. part. c. 13. — SCHENKIUS l. c. obs. III. p. 328. — Acta med. Berol. dec. II. Vol. 3. p. 72. (tympanites ab excrescentia intestini recti orta). — SLEVOGT et SCHEFFERUS (diss. cit.) exhibent choleram humidam siccam excipientem. — THOMAS (SEDILLOT *Journ. de méd. T.* 22. p. 419). — Sed jam VOGEL (de cogn. et cur. m. §. 348) monuit, illum morbum inepte choleram vocari.

9) ALEXANDER TRALLIANUS l. c. p. 295. — FORESTUS l. c. obs. 45.

10) STOLL rat. med. P. III. p. 64 („perrarae cholerae, sanatu facillimae, cum se ipsae fere sanarint. Choleram plerorumque morborum aestatis graviorum antidoton salutabamus et emeto-catharticum medicatricis naturae“).

11) Id quidem non valet de ALEXANDRO TRALLIANO, qui cap. XV. l. c. p. 300. seorsim de cholera biliosa egit.

12) FORESTUS l. c. obs. 46.

purgantibus excitatus, vomitu et diarrhoea insignitur[13]).

9. Quamquam recentiores quidam medici omnem choleram enteritidi non optimo jure tribuunt, tamen fieri potest, ut enteritis[14]) symptomata cholerica excitet, vel eam sequatur. Ch. inflammatoria.

10. Ad inflammatoriam et metastatica cholera accedere videtur, qualis ea est, quae repulsa arthritide[15]) orta est (*cholera arthritica*). Ch. metastatica.

11. Denique cholera infantum proprium morbum exhibere videtur, quo recens ablactati, dentientes[16]), maleque nutriti[17]) infantes corripiuntur. Subinde latet gastromalacia, sed haudquaquam constanter[18]). Sed in America septentrionali cho- Ch. infantum.

13) F. Hoffmann l. c. — le Monnier l. c.

14) Amatus Lusitanus cent. V. cur. 28.

15) Berends l. c. p. 331.

16) Sydenham l. c. p. 511. — Vogel de cogn. et cur. morb. §. 349.

17) Sydenham l. c. (ex crapula).

18) Die 9. Oct. 1840 puella, quae annum aetatis primum superaverat, quaeque Majo ophthalmia leviore catarrhali-scrofulosa, et Septembri febrili accessu cum alvo tarda affecta fuerat, vomitu et diarrhoea cum collapsu insigni corripiebatur; simul potum maxima cum aviditate poscebat et vase manibus arrepto ingurgitabat. Quum medicamina vomitu rejicerentur, acquievi in fomentis aromatico-vinosis abdomini impositis; postea syrupum opiatum et mucilaginem gummi arabici exhibui. Sic factum est, ut symptomata dicta mitigarentur. Sed die 14. ej. abdomen meteorismo corripiebatur, febris et tussis accedebant; linctu exhibito et balsamo nucis moschatae abdomini infricato, nec non ascaride lumbricoide excreta quatuor post dies feliciter restituta est aegra.

cholera infantes frequentissime corripere solet, quam RUSH[19]), MILLER[20]), MEIGS[21]), HOWELL[22]), HORNER[23]), COUDIE[24]), LINDSLAY[25]) pertractant. Morbus pro varietate febris biliosae endemicae[26]), pro enteritide mucosa[27]) declaratur et calori[28]) cum regionis tum anni temporis, nec non miasmati[29]) adscribitur, et invadit potissimum pueros[30]) a quinto ad vigesimum aetatis mensem degentes, subinde et eos, qui aliquot hebdomades nati sunt. Sunt, qui initio diarrhoea simplici plures per dies laborent; plerique vero subito vomitu et diarrhoea cum febre corripiuntur; quae excernuntur, vel viridia, tenuia, aquosa et foetentia, vel mucosa, albis concrementis commista, et viridibus striis notata sunt; modo parca copia liquoris spumosi, modo magna copia laticis aquosi egeritur; bilis deficit. Pulsus parvi, frequentes, fe-

19) *Untersuchungen und Beobachtungen. Leipz.* 1792. p. 176.

20) *The med. repos. Vol. I. no. I.* 4. *Salzb. med. chir. Zeit.* 1791. 1. *Bd.* p. 372.

21) *Amer. med. recorder by* EBERLE. *Philadelph.* 1821. *Vol. III.*

22) *Amer. med. recorder by* EBERLE. *Vol. VI.* 1823. *Jan.*

23) *Amer. Journ.* 1829. *Febr.*

24) *The Philadelphia journ. of the med. and physic. sciences. New series N.* 1. p. 1. *Samml. auserles. Abhandl.* 38. *Bd.* p. 291.

25) *Americ. journ. of med. sc.* 1839. *Aug.* FRICKE *und* OPPENHEIM *Zeitschr. Bd.* 12. p. 526.

26) RUSH l. c. p. 181. — COUDIE l. c. p. 295.

27) HORNER l. c.

28) RUSH l. c. p. 176. — COUDIE l. c. p. 294.

29) COUDIE l. c. p. 292.

30) RUSH l. c. — COUDIE l. c. p. 296.

febris vespera exacerbatur; lingua alba, subinde sicca et splendens. Paulo post spasmi intestinorum ad musculos abdominales et extremitates transeunt, vires collabuntur, extrema frigida, sudor frigidus mortem praecedunt, quae primo nycthemero vitae finem imponit. Sed plerumque morbus tam vehementer non decurrit; primo stadio aegri doloribus cruciari videntur, crura enim attrahunt et se jactitant. Cutis extremorum frigida, caput calidum; facies collapsa, livida, pallida; oculi retracti, splendore carent, semiaperti in somno; sitis vehemens; aqua frigida sola aegro suavis, brevi tamen vomitu rejicitur; aeger macescit, anaesthesia increscit, subinde deliria accedunt. Tandem fusca, copiosa et foetentia frequentius egeruntur, ventriculus cibos non coctos ejicit, sitis insatiabilis, aphthae; faciei et pedum oedema, meteorismus, cutis livida, ecchymosibus notata, coma superveniunt[31]). Necroscopia instituta Coudie[32]) teste docuit, vasa hepatis, ventriculi et intestinorum sanguine turgida esse, tunicam villosam subinde inflammationis vestigia exhibere, sin autem morbus longius per temporis spatium protractus fuerat, ulcera intestinalia inveniebantur, quin etiam mucosa ventriculi et intestinorum separata erat.

§. LXXVIII.

31) In describendo hoc morbo Rush et Coudie miro modo secum consentiunt, nisi hic illum fortasse sequutus est.

32) L. c. p. 299.

§. LXXVIII.

Prognosis.

Generetim. 1. „Funestus est plerumque cholerae, sibi relictae, exitus. Sub artis vero praesidio[1]), sat cito concesso, plerique ex illa, quod tanta in alio morbo symptomata vix sperare permittunt, servantur“[2]).

Prognosis singularum specierum. 2. Sed pro varia cholerae specie prognosis alia constituenda est. Etenim cholera periodica, crapulosa[3]) et biliosa mitior quam spasmodica, metastatica et venenosa. Cholera vero inflammatoria procul dubio omnium perniciosissima vix curam admittit. Cholera infantum satis periculosa, tamen non omnes rapit; praeterea et senes valde periclitantur. — Cholera infantum Americana interdum primo die lethalis, aliàs ad sextam, octavam septimanam protrahitur; calore diei diminuto mitigatur[4]), sed seriore tempore aegros haud raro enecat convulsionibus accedentibus. Alii primis diebus sanantur, alii serius, et sub symptomatibus ipsis gravissimis.

Prognosis e symptomatibus. 3. „Convulsio, praecordiorum summa angustia, jactatio major, singultus continuus, extremitatum frigus marmoreum, ardor internus, facies in

1) Celsus l. c. („non mirum est, si subito quis moritur, neque tamen ulli morbo minori momento succurritur“).

2) P. Frank l. c. p. 440, qui in schedis addit, se neminem ex suis aegrotis per mortem amisisse.

3) Lethalem vero choleram a melle productam Binninger l. c., a cucumere Fontanus l. c., a ribesiis Lentilius l. c. viderunt.

4) Rush l. c. p. 178.

in totum mutata, lipothymiae"[5]), sitis vehemens, pulsus exiles, vix percipiendi, spasmi extremorum, vomitus modum excedentes, „excrementa a statu normali recedentia, uti livida, nigra aut loturae carnis similia"[6]), morbi vim indicant, qui tantum periculum minatur, ut primo jam die saepenumero morte finiatur. Qui vero eum aufugiunt, brevi tempore restitui[7]) solent, et rarius in eumdem morbum relabuntur[8]). Signa fausta ex-

5) P. Frank l. c. p. 440. 6) Quarin l. c. p. 205.

7) Forestus l. c. obs. 50. coeliacam sequutam commemorat. Hoyer (eph. nat. cur. cent. III. IV. obs. 3. p. 5) casum refert, in quo choleram triduanam apoplexia sequebatur, sed refrigeratione denuo admissa. — Adolphi (eph. nat. cur. cent. IX. obs. 77. p. 171) de hydrophobia morbi cholerici pedissequa agit. — Penada (l. c. p. 135) ipse salivationem passus est, quae choleram sequebatur. — Mobring (diss. cit.) enarrat historiam cholerae cum subsequente pleuropneumonia. — Brendelius et Belius (diss. cit. p. 23) nescio, an jure „qui evadunt, inquiunt, alvi constipatione diu afficiuntur; consequitur etiam frequentissime stranguria aliquot dierum, ac semper fere febris quaedam continua, quotidianae remittentis aemula et saepe paullo acutior."

8) Horstius vero l. c. casum refert, in quo intempestivus vini recentis usus morbum resuscitavit lethalem, et Rhodius (obs. cent. II. obs. 69) retulit, „quemdam assumto antimonio non satis correcto singulis ferme hebdomadis per biennium aliquot horis cholera molestissima fuisse vexatum," quam quidem choleram periodicam dicit. Et Fischer (eph. nat. cur. cent. IX. obs. 53. p. 137) pueri sexennis mentionem facit, „qui ἄνω καὶ κάτω omnia haud mutata rejecit, accedente atrophia summa et lapsu virium. In hoc illud singulare observabatur,

exhibent vomitus et dejectiones rariores, silentes, somnus placidus, dolor et sitis diminuti, pulsus regularis, licet frequentior.

§. LXXIX.

C u r a.

Cura generalis.

1. Non solum vomitu et diarrhoea, sed etiam proxima cholerae caussa, et spasmis prae aliis medicaminibus *opium*[1]) indicari videtur, ad quod, tamquam ad sacram anchoram confugere solent plurimi medicorum, nec sine jure, siquidem et aliae indicationes, quae forte adsint, non prorsus negliguntur. Cujus majores quidem doses[2]), sed cum pauxillo tantum aquae repetita vi-

quod ad singulos quadrantes lunae morbus in pejus mutatus fuerit ac post duos dies rursus remiserit, tandemque in ipso plenilunio obierit.“ Medicus *Gesch. period. Krankheiten* p. 142.

1) Opium Heraclides (apud Cael. Aurel. lib. III. c. 21. ed. Halleri T. X. p. 304) cholericis exhibuit, idem Sydenham (l. c. p. 107), Quarin (l. c. p. 206), P. Frank l. c. p. 443), Chauffard (*mém. sur le choléra-morbus et particulièrement sur l'emploi et l'action de l'opium dans cette maladie; Journ. gén. T.* 106. *Janv.* 1829. p. 8) aliique laudibus extollunt. — Leroy (Giraud *diss. sur le choléra-morbus. Par.* 1812) praefert opium, aetheris ope purificatum. Ferrus (Meissner *Encyklop. d. med. Wissensch.* 3. *Bd.* p. 159) laudat opium, unde narcotina remota est.

2) Quarin l. c. exhibet: ℞. Aq. melissae ℥jjj, Laud. liq Sydenh. gtt. xxiv, Syr. Kermes ℥ß. D. S. Sumat quarto aut sexto quovis minuto ℥ß prout necessitas urget. — P. Frank (l. c. p. 444) solam tincturam thebaicam ad guttulas quindecim primum, post quartam vero quamvis ho-

vice exhibendae sunt. Ubi opiata fluida vomitu redderentur, BERENDS[3]) commendat pilulas ex opio et moscho confectas. — Praeterea potiones antemeticae[4]) vomitu praevalente, rhabarbarum[5]), radix kolumbo[6]), spiritus nicotianae rusticae[7]), emulsio cum cera parata[8]), acidum nitricum dilutum[9]), aqua tepida[10]), frigida[11]), vinum genero-

rae partem, donec vomitus omnis sedetur, decem ad guttas, vel saccharo instillatam, vel cum aqua melissae vel simplicis paucissima quantitate porrectam omnem hic paginam absolvere dicit. Equidem Laudani liquidi SYD. gtt. XXX–XL cum aqua melissae vel cinnamomi ℥j praescribere et jubere soleo, ut aeger cochlear minus quavis quarta horae parte sumat.

3) L. c. p. 331.

4) Potio sic dicta RIVERII, bene nota, rarissime sufficeret, laudatur vero a MACBRIDE (introduct. in theor. et pr. med. vert. CLOSSIUS T. II. p. 198). SELLE med. (p. 161.) CALDANI (*mem. della soc. Ital.* l. c. p. 208). BERENDS (l. c. p. 330).

5) L'EVEQUE diss. ergo cholerae morbo rhabarbarum. Par. 1623.

6) PERCIVAL *essays Vol. II.* p. 3. *Samml. auserles. Abhandl. f. pr. Ä.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 101.

7) RADEMACHER, HUFELAND *Journ. Bd.* 62. *H.* 5. p. 91 (doloribus pedum vigentibus).

8) HAUG, *Annalen der Bad. Sanitäts-Commission* 4. *Jahrg.* p. 143.

9) BOWES, *London med. surg. and pharm. repository by* BURROWS *etc. Year* 1816. *Jan. Febr.* (guttae 4—8 in infuso radicis kolumbo subito cholerae symptomata rejecisse dicuntur).

10) Aquam tepidam, quippe qua elueretur ventriculus, initio morbi commendant CELSUS l. c. ARETAEUS l. c. p.

rosum[12]), clysteres[13]), cucurbitulae[14]), sinapismi[15])

267, Caelius Aurelianus l. c. p. 296. et Aëtius l. c. — Ayton Douglass l. c. (qui insuper decoctum panis avenacei tosti laudibus extollit).

11) Lienard diss. ergo cholerae morbo frigidus potus. Par. 1626. — Aquam frigidam potam Aretaeus (l. c. p. 268), Celsus (l. c. „aqua, neque ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est"), Diocles (apud Caelium Aurelianum l. c. p. 300), Caelius Aurelianus ipse (p. 298), F. Hoffmann (l. c. obs. 5. p. 606), Cleghorn (l. c. p. 222), Panzoni (*Beschreibung der Krankheiten von Istrien*) et Penada (Weigel *ital. Bibl.* 4. *Bd.* 1. *St.* p. 134), Bang (praxis med. p. 452), Chrestien (*de l'emploie des glaces dans le choléra-morbus; Annales de la soc. de méd. de Montpellier T. I. P. I.* p. 27. 28) commendant, nec P. Frank (l. c. p. 442) ejus usum plane rejicit. — Epithemata frigida, ventriculi regioni imponenda Celsus (l. c.), Aretaeus (l. c. p. 270), Caelius Aurelianus (l. c.), Bartholinus (de usu nivis medico p. 141) laudant, et Caelius Aurelianus (l. c. p. 296) spongias ad os et ventriculum commendat. Illa epithemata Quarin (l. c. p. 207) plane rejicit.

12) Aretaeus curat. acut. lib. II. c. 4. p. 268. — Erasistratus apud Celsum l. c. — Celsus ipse l. c. — Diocles apud Caelium Aurelianum l. c. p. 300. — Asclepiades apud eumdem l. c. p. 303. — Alexander Trallianus l. c. p. 297. — Dick in *med. Commentar von Edinb.* 2. *Bd. I.* p. 12. — Frank l. c. p. 443. et in schedis vinum hispanicum, Maderense, Tockayense ad cochlearis portionem exhiberi suadet, sed justo tempore.

13) Aëtius tetrabibl. III. Serm. I. c. 12 („adjuvare etiam oportet per sedem excretionem; alienum enim velut venenum insidens et ventrem ac intestina rodit et humores ex universo corpore attrahit." Ubi vero alvus diutius egereret, jussit amylum cum decoctione capitum papave-

mi[15]) et vesicatoria[16]), regioni ventriculi imponenda, fomenta aromatica[17]) cum eidem regioni tum membris refrigeratis applicanda et balnea commendantur, nec non venaesectio[18]) instituta et de vomitu promovendo[19]) actum est.

D d d 2 2. Sed

ris albi per clysterem infundere et monet, haec cohibere et refrigerare et somnum inducere). P. FRANK l. c. p. 444 (jure reprobat clysteres eluentes et commendat, „si opium ore assumtum diarrhoeam effrenem non comprimeret, idem hoc remedium [opium], enematis sub forma pauco carnium jusculo, ovi vitello, et amylo remistum ano injiciendum). — CHAUFFARD l. c. p. 12 (℈jj Laudani liq. SYD. cum ℥jv decocti althaeae ano injicere ausus est). — LIND l. c. p. 240 (tincturae thebaicae ℥ß clysmati addidit).

14) ARETAEUS curat. acut. lib. II. c. 4. p. 269 (inter scapulas, infra umbilicum), CELSUS l. c. (epigastrio), CAELIUS AURELIANUS l. c. p. 297 („differentibus locis"), ALEXANDER TRALLIANUS l. c. p. 299 (ad stomachum), PAULUS AEGINETA lib. III. c. 29 (epigastrio).

15) CELSUS l. c. (ad epigastrium).

16) Vesicatoria abdomini imposita laudant AASKOW (act. soc. med. Havn. Vol. I. p. 154. *Samml. auserles. Abhandl.* 4. *Bd.* p. 509), MORELLI (*Lettera — in nouvo giornale di Milano* 1792. KÜHN *Ital. Bibl.* 2. *Bd.* 1. *St.* p. 22).

17) ARETAEUS l. c. p. 270. — FRANK l. c. p. 445 („brachia et crura cum vino, cui herbae aromaticae infusae sint, calido fricabimus fovebimusque"). — Frictionem membrorum CAELIUS AUREL. l. c. p. 296. et ALEXANDER TRALLIANUS l. c. p. 298. collaudant.

18) QUIQUEBOEUF diss. ergo cholerae phlebotomia. Par. 1605. — PIÈTRE diss. ergo cholerae morbo convenit venaesectio. Par. 1624. — AMATUS LUSITANUS cent. V. cur. 28. — RIVERIUS prax. med. o. 9. p. 345. — MACBRIDE introd. in theor. et pr. med. vert. CLOSSIUS T. II. p. 198.

Cura var. chol. spec. 2. Sed, si quid recte video, variae cholerae formae non eodem modo curandae sunt. Etenim in cholera spasmodica ad opium jure confugiendum, in eoque acquiescendum est. Praeterea fomenta aromatica abdomini imponi, clysmata amylacea cum Laudano liquido Sydenhami injici possunt. Denique calida cuti admovenda, ubi aut frigesceret, aut morbus frigori originem deberet. — Sed *cholera periodica* simili modo ac febris intermittens tractanda eoque citius, quo magis symptomata urgent, etenim tempore apyretico chininum sulfuricum cum opio conjunctum exhibendum est. — *Cholera symptomatica* pro sympto-

— Cleghorn l. c. p. 222. — Wintringham in R. Mead mon. et praec. med. illustr. p. 114. — Tralles l. c. p. 257. — Selle l. c. — Chauffard l. c. — Sed P. Frank l. c. p. 442. venaesectionem rejiciendam esse putat.

19) Celsus l. c. („aquam tepidam quamplurimum bibere oportet et vomere"). — Alexander Trallianus eapropter mulsam, tepidam ipsosque digitos in os inditos l. c. p. 296. laudat, quem secutus est Paulus Aegineta l. c. — Sydenham l. c. p. 107. ut eluatur ventriculus pulli jusculum commendat. — F. Hoffmanni prima in cura hujus morbi indicatio haec est, ut ante omnia peccans et noxia materia corrigatur, attemperetur, ad exitum disponatur, et si opus fuerit, arte proscribatur; et ipse etiam Cullen (l. c. §. 1462. p. 529) eluitionem ventriculi cum aqua tepida commendat. Sed jam Caelius Aurelianus l. c. p. 300: „si quis vomitum hic provocare vellet, id est," inquit, „non aliter contrarium, quam si quis fluore sanguinis pereuntem vel diaphoresi dissolutum phlebotomare vel ita ut cardiacum sudore defluentem calido lavacro vel sudoriferis vaporibus velit adjuvare."

ptomate graviore habenda ideoque opiatis, nisi ea morbo primario haudquaquam negligendo vetantur, indiget. — *Choleram flatulentam,* uti alia flatulentiae signa tractare decet. — In *cholera crapulosa, biliosa* et *venenosa* vomitus non illico supprimendus, contra adjuvandus est per tres horas, ut materiae nocentes ejiciantur; quapropter aquam tepidam, qua ventriculus eluatur, CELSUS [20]), jusculum pulli SYDENHAM [21]) commendat; sed ne in his quidem emetico opus est, quoniam vomitus spontaneus modum excedere solet, quare brevi tempore praeterlapso eadem cura adhibenda est, ac in cholera spasmodica. — Insimul ea, quae vel bilem corrigant, vel veneni vim frangant, exhibenda esse per se patet. — In *cholera inflammatoria,* dolore quodam fixo notata, venam secandam, hirudines applicandas, morbumque pro enteritide acutissima tractandum esse, nullus dubito. — *Cholerae arthriticae* BERENDS [22]) praeter opium ammonium carbonicum, camphoram, moschum vinumque generosum opponit. — *Cholera metastatica,* praeter antiphlogistica, praecipue derivantibus indiget, qua de caussa sinapismus, vesicatorium et similia locum habent. — *Cholerae infantum* tincturam rhei aquosam cum liquore Cornu Cervi succinato, aut emulsionem cum aliquot Laudani [23]) guttulis, aut syrupum opiatum opponere, imprimis vero fomenta aromatica abdomini appli-

ca-

20) L. c. 21) L. c. p. 107. 22) L. c. p. 331.
23) Idem SYDENHAM l. c. p. 511. laudat.

care solemus. Americana infantum cholera exorta laudantur: emetica[24]), Kalomel[25]), opiata[26]), spiritus terebinthinae[27]), magnesia[28]), carbo ligni[29]), potus demulcentes et attenuantes[30]), clysmata e decocto seminum lini, jusculo vervecino aut amylo parata[31]), emplastrum theriacale[32]), vesicatoria[33]) et fomenta aromatica[34]) regioni ventriculi applicata, balnea[35]), hirudines[36]), postea sedatis vehementioribus symptomatibus roborantia[37]). Sed summo cum fructu aegri rus[38]) petunt.

Cura convalescentiae.

3. Quamquam superata cholera aegri brevi tempore convalescere solent, tamen primis postea diebus necesse est, ut parce vivant, cibosque faciles concoctu assumant, et vires labefactatas cum medicamentis amaris, martialibus, tum cibis bene nutrientibus restituant.

24) Rush l. c. p. 181. emetica laudat, quae Coudie l. c. p. 303. rejicit.

25) Miller l. c. (cum opio). — Meigs l. c. (Kalomel, opii et radicis ipecacuanhae aa gr. $\frac{1}{12}$). — Coudie l. c. p. 306.

26) Rush l. c. p. 182. — Coudie l. c. p. 305. opii usum valde restringit.

27) Coudie l. c. p. 304 (guttae x-xxx ter quaterve per diem).

28) Coudie l. c. p. 312.

29) Jackson apud Coudie l. c. p. 317.

30) Rush l. c. p. 182.

31) Rush l. c. p. 183.

32) Rush l. c. p. 183.

33) Coudie l. c. p. 317.

34) Coudie l. c. p. 315.

35) Coudie l. c. p. 314.

36) Coudie l. c. p. 313 (ubi inflammationis signa eminent).

37) Rush l. c. p. 183.

38) Rush l. c. p. 185. — Coudie l. c. p. 301.

Typis Fr. Rueckmannii Lipsiae.